Universidad de Deusto
Biblioteca

S. THOMÆ

PARS III

Universidad de Deusto
Biblioteca

# OPVSCVLA QVE-
## STIONES ET OMNIA QVOLIBE-

ta Thomæ de Vio Caietani Cardinalis ſancti Xiſti, in Quatuor Tomos diſtincta: & nunc recens ab authore multis Tractatibus, ac Quæſtionibus locupletata. In quibus agitur

De author. Papæ & cõcilij.
De primatu Rom. Eccleſiæ.
De ſacramentis.
De indulgentijs.
De cõceptione b. Virginis.
De euchariſtia.
De præcepto eleæmoſynæ.
De monte pietatis.
De cambijs.
De uoto.
De uſura.
De ſimonia.
De ui cultus diuini.
De unione uerbi.
De cauſa mali.
De immortalitate aiorum.
De paſſiõe aiarum ab igne.
De ſynodorum differentia.
De infinitate Dei.
De potentia obedientiali.
De ſubiect. philoſophiæ nat.
De analogia nominum.
De ente, & eſſentia.
De ſacrif. miſſæ, Tractatus.

*Addita eſt inſuper ad nonnulla illi propoſita dubia acuta quidem Reſponſio: aliaq; permulta, quæ tu, candide Lector, ſequenti pagina uidere facile poteris.*

LVGDVNI,
Apud Vincentium à Portonarijs.
M D XLI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# Opusculorum huius Voluminis Index.

Index omnium opusculorum thome de vio caietani cardinalis sancti xisti.

## Primi Tomi opuscula.


De comparatione authoritatis pape ⁊ concilij tractatus. folio. 2.
De comparata authoritate pape ⁊ concilij apologia. 15
De primatu romane ecclesie tractatus. 24
De attritione ⁊ contritione: questiones quinq. 35.
De confessione questiones quinq. 36.
De satisfactione questiones due. 39.
De ministro penitentie questio vna. 40.
De thesauro indulgentiarum questiones. 4. 40.
De causa indulgentiarum questiones. 2. 42.
De susceptione indulgentiarum questiones. 2. 43.
De modo tractandi ⁊ recipiendi ordines. 43.
De sacramento matrimonij questiones. 3. 44.
De vsu matrimonij questiones. 2. 44.
De delectatione morosa questiones. 45.
De indulgentijs tractatus. 45.
Rursus de indulgentijs questiones sex. 48.
De tempore contritionis. 53.
De premeditatione ante confessionem. 54.
De confessione venali ⁊ omnium mortalium. 54.
De circūstantia diei festi. 54.
De absolutione sacramentali questiones. 2. 55.
De effectu excōmunicationis: questio vna. 56.
De impletione penitentie questio vna. 57.
De pollutione ex auditione confessionis questio vna. 57.
De purgatorio questio vna. 58.
De imperfecta charitate questio vna. 59.
De timore pene questio vna. 59.
De obligatione precepti: questio vna. 59.
De religioso electo in epm: questio vna. 60.
De collatione sacramenti ordinis. 60.
De celebam sacerdotum: questio vna. 61.
De diuortio, questio vna. 61.
De redditione debiti: questio vna. 62.
De proprietate verborum scripture in canonibus. 63.
Declaratio quinq articulorum Luteri reprobatorū. 63.
De sex propositionibus in laudem beati Ioseph. 64.
De predicatis coniugio nouitij. 64.
An adulter sit priuatus iure exigendi debitum. 64.


## Secundi Tomi opuscula.


De inquisitione questiones quinq. 64.
An ijs qui ex iudeis originem ducunt sit negandus religionis ingressus ⁊c. questio vna. 65.
De perpetua permansione in vna religione ⁊c. questio vna. 65.
De persoluente preces horarias in choro: questio vna. 65.
De restitutione vsure, de pertinace in peccato veniali, et de delicto publico. 65.
De venditione pensionis ecclesie: questio vna. 66.
De societate negociatoria: questio vna. 66.
De contritione, de confessione circūstantie loci sacri, de venditione ⁊ appropriatione ferarum ⁊c. 66.
De venditione iudeis eorum quibus vtūtur in suis sacrificijs. De iudicio hūano respectu occultorū. De inductiōe ad hoc vt minus peccetur. De exhibitione cene tpe ieiunij omnino cenaturis ⁊c. Nū petitio venie sit in restitutione necessaria. De murmurationis vitio. De scrupulo conscientie q̄ stante licite operamur oppositum. folio. 66.
An sicut bonitas essentialis stat cum peccato veniali, ita meritum ⁊ster cū peccato veniali. De restitutione cum dāno in re superioris ordinis: an vtērem malitia alterius oporteat semper petere aliquid ablatū peccato prestabile. An sicut votum abstinentie vrouis sic ⁊ votum cōtinentie vir irritare possit. Quo modo excommunicatio iniusta priuat suffragijs ecclesie. 67.
Quomodo sustineatur q̄ votum est de bono supererogationis. Quo religiose persone venereis vacantes agant contra votum. Item de vnitate vel plurificatione numerali peccati actus exteriorus propter discōtinuationem actus interioris voluntatis. 68.
De conceptu entis questiones due. 68.
De emptione rerū raptarum in bello iniusto: q̄stiones q̄nque. 68.


## Tertij Tomi opuscula.


De conceptione beate virginis tractatus. 70.
De eucharistia, tractatus. 72.
De celebratione misse, questiones due. 74.
De valore oratiōū dictarum ab audientibus missam in festo. 76.
De precepto eleemosine tractatus. 76.
De monte pietatis tractatus. 79.
De cambijs tractatus. 83.
De vsura: questiones sex. 86.
De simonia: questiones tres. 88.
De vsu spiritualium rerum in peccato mortali, questio vna. 90.
De voto, questiones tres. 90.
De solutione maleficij opera malefici ad hoc parati. 91.
De spasmo beate virginis. 91.


## Quarti Tomi opuscula.


Orationes sex. prima de vi cultus diuini. secunda de vnione verbi. tertia de causa mali ⁊ abundantia mali in specie humana. quarta de immortalitate animorū. q̄nta quomō anime patriarē absigne corpore. sexta de ecclesia ⁊ sy nodorū differēcia. 93. 94. 96. 99.
De infinitate dei. questio vna. 106.
De potentia neutra. questio vna. 106.
De potentia receptiua actuum supernaturalium. q̄stio vna. 107.
De subiecto philosophie naturalis, questio vna. 107.
De analogia nominum tractatus. 109.
De ente ⁊ essentia tractatus cum commento. 116.
Responsio acuta quidem ad quedam dubia illi proposita. 142.
De sacrificio misse aduersus Lutheranos, tractatus. 150.


¶ Distinctiones horum omnium Indices inuenies in fine cuiuslibet Tomi.

Finis.

# De autoritate ꝑpape et Concilij Caput I. et II. 2

¶ Ad Nicolaum a Flisco Epm Cardinalē sabineñ. Thome de vio Caietani (tūc ordinis pre. generalis magistri, nūc sancti Xisti Cardinalis) in comparationem autoritatis ꝑpape ⁊ concily, Prefatio.

Tametsi puto, pater amplissime fiisce, eam comparationē quā nuper de pontificis maximi ecclesieq̄ totius autoritate scripsi, a multis hac tēpestate, quēadmodum in diuersa studia scinduntur, ita dissimili ratione esse legendam, acceptandā, diiudicandā: omnibus tamen gratū fore puto, vel minimarum rationum, que ad hāc rem inuestigatam, consentaneam tamen, his tēporibus afferuntur, fieri certiores. Aduersarijs quidē ⁊ emulis, vt impugnēt, amicis, vt ea que veritatis sunt, defendant: ceteris autem, vt presto ad legendum habeant, quid de tanta his temporibus concursatione maximaq̄ ⁊ olim sepe ⁊ in presentia contentione sit constituendum. Ego predicatorum ordinis (romane ecclesie veritatisq̄ studiosissimi) generalis magister, hanc summe autoritatis comparationem, in defensionem quidem veritatis ⁊ sedis apostolice, non vt hominibus placeam (q̄q̄s si id quoq̄s assecutus fuero, non aspernabor) sed vt Jesu christi veritatisq̄ seruus sim, libere scripsi: vti hūc in presentiarum ⁊ dedico quidem recte, ⁊ perquā libenter inscribo: q̄ ab illa sede quam defendo, ⁊ quam fiisce orum ornatissima familia tua ornatissimis viris, episcopis, Cardinalibus, ⁊ summis pontificibus semper ornauit, ipse sis tandem summis honoribus exornatus. Quumq̄ te optimum predicantium ordinis protectorem, ⁊ conciliande conseruandeq̄ ecclesiastice vnitatis, ⁊ veritatis amplificande vehementer cupidum esse sciam, nil ambigo, quin ea que pro veritate ⁊ tante autoritatis vnitate atq̄ concordia ex eo ordine a me tibi inscripta dedicataq̄ sunt, grato sis animo, ⁊ qua polles probitate ⁊ benignitate singulari susceptu rus, atq̄ habiturus inter ceteras sempiterne voluntatis ⁊ obseruantie erga te mee testimonia. Jn cuius vale.

¶ Thome de vio Caietani Cardinalis sancti Xisti de comparatione autoritatis ꝑpape ⁊ cōcily, Tractatus.

¶ Q: Papa habeat suprēmā potestatē in ecclesia dei. Cap. 1.

Intendēs resolute comparare potestatem Pape potestati ecclesie ⁊ concily vniuersalis, prio potestas Pape suo loco ponēda est: deinde cōparabitur specialiter apostolorum autoritati: post ecclesie ⁊ concily vniuersalis absolute: ⁊ deinceps in casibus, primo hereticis, secūdo incorrigibilitatis, ⁊ demum in cuentibus: vt sic resolute habeatur ⁊ simpliciter ⁊ secundū quid. Et intendo pro solis viris doctis absq̄ vlla passione rationibilia tantum dicere: sub iudicio tamen sacro sancte Ro. ecclesie. ¶ Et ne quis putet ponere me fatē in messem alienam, premitto q̄ quia autoritas Pape immediate est a deo et reuelata in sacra scriptura, ⁊ autoritas ecclesie vniuersalis immediate dicitur esse a deo (vt constantiēsi. concilium declarauit) ideo materia ista primo ⁊ principaliter est theologorum: quorum est sacram scripturam ⁊ diuina opera scrutari. secūdario autem inquantum scilicet est in sacris canonibus declarata, ad canonistas spectat. Propter quod grauiter errant in hac re canonistas primo deferētes. Oportet ergo virum hocilem vtroq̄ (theologos ⁊ canonistas) in re hac perspicere, ⁊ in suo quemq̄ loco honorando theologie primatum dare: vtpote que ex propijs potest hoc determinare. Canonicum autem ius non nisi ad theologiam recurrat autoritatem scilicet sacre scripture, que vera theologia est.

A primo igitur inchoando dicimus, q̄d certa est ista propositio, Papa habet suprēmam potestatē in ecclesia dei. Fūdatur q̄ super institutione Jesu Christi Mat. 16. ⁊ Joan. vlti. Saluator siquidem noster rex Regum ⁊ dominus dominantium, cuius potuisset Christianam rempub. in terris diuersis modis regendam disponere: voluit tamen ⁊ statuit, vt non populare, non diuitum, non potentum, non optimatum multorum aut paucorum esset regimen, sed vnius tantum: promittens soli petro Matth. 16. tibi dabo claues ⁊c. ⁊ eidem soli promissionem exhibēs, curam omnium ouium suarum committens Joan. vlti. pasce oues meas. Comparatiua siquidem interrogatio, a qua sermo incepit dicens, simon Joannis diligis me plus his? et connumerit etiam proteruos, quod petro vt distincto ab apostolis presentibus (ad quos refertur comparatio) ⁊ non in persona eorum loquebatur dominus. Et licet hic textus sufficere deberet: quoniam tunc factus est Petrus pastor vniuersalis, dum dictum est in presenti, pasce oues meas: non has vel illas, sed indistincte, vt omnes comprehenderet: vt Grego. notat. Non desunt tamen glosse Chryso. dicentis ibidem, preteriens alios, petro loquitur, preposituo loco mei esto, ⁊ caput fratrum tuorum. Et Theophili dicentis quod cōmisit ei curam ouium mundi petro commendat non alij. Et leo papa in ca. ita dominus, distin. 19. ⁊ in. 6. de elec. ca. fundamenta, dicit, Ita dominus huius muneris sacramentum ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Et merito inquit diuus tho. in. 4. contra gent. cap. 76. sic saluator instituit: q: regimen ecclesie est optime ordinatum: optimum autem regimē est vnius. Quod ex fine regiminis apparet. est enim finis par, que in vnitate consistit: ⁊ constat quod melius est causa vnitatis vnus q̄ multi: qui non nisi vt in vnum vementes eam causant. est ergo ecclesie regimen institutum, vt vnus solus presit vniuerse reipub. ⁊ Et tu valde notabis assumptum scilicet q̄d Jesus Christus instituit tale regimen, vt claudas ora opponentium de regali regimine instituto a senatu seu populo libero. non enim ecclesia, aut populus Christianus, aut cōcilium aliquod vniuersale, sed Christus ipse (qui vnit ⁊ regnat) instituit tale regimen, sic vt petrus non ecclesie, sed Jesu Christi vicarius esset: vt ex cōcilio Lugd. in ca. vbi periculum de elect. lib. 6. patet. vbi Papa dicitur Jesu Christi vicarius. Et in ca. Quis. distin. 21. Pelagius Papa dicit. Sacta Ro. ecclesia catholica ⁊ apostolica nullis synodicis constitutis ceteris ecclesijs prelata est, sed euangelica voce domini ⁊ saluatoris primatum obtinuit. Afferuntur quoq̄ in dicto ca. contra gē. multe ad hoc propositum rationes de primatu Pape ⁊ de necessitate eiusdem vnita Jesum Christum in celis: quas poteris ibi videre. Firmatur autem asserta propositio autoritate martini. 5. in concilio constantiēsi. vbi diffinita est: vt patet in bulla condemnationis Joannis wicleff. Jn concilio quoq̄ ecumenico florentino sub eugenio. 4. (vbi vnio grecorum ⁊ armenorum cum Ro. ecclesia facta est) habētur hec verba: Diffinimus sanctam apostolicam sedem ⁊ Ro. pontificem in vniuersum orbem tenere primatum: ⁊ ipsum Roma. pontificem successorem esse beati Petri principis apostolorum, ⁊ verū Christi vicarium, totiusq̄ ecclesie caput, ⁊ omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, ⁊ ipsi in beato Petro pascendi, regendi ⁊ gubernandi vniuersalem ecclesiam, a domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse. Hec ibi. Et quibus patet propositionem dictam non solum esse veram, sed contrariam esse erroneam, vt etiam sanctus Tho. in Tracta. contra errores grecorum cap. 65. ⁊ tribus sequentibus rangit. ⁊ pertinet ad errores Joannis Huss. damnatos in concilio constantiēsi. a martino. 5.

¶ Opiniones alioum de comparatione potestatis petri primi Pape, ⁊ apostolorum. Cap. 2.

Quamuis autē Pape potestas petro apostolo primū collata ostēsa sit suprema: non desunt tū qui apostolos reliquos paré prātie accepisse a Christo arguāt. Et vt veritas clarius elucescat, scito q̄ in hac re duo dubia inuoluunt: q̄ si separent, plus q̄ magis sonnent veritatē. Alterū dubiū est de equalitate prātis petri ⁊ aliorū apostolorū. Alterū de modo habēdi potestatem: an scz oēs imediate habuerint eā a



his opuscul i quot tomos: dissicz i fine cuiuslibet tomi possit ē index oīs opusculoz ⁊ capitū seu qōnum eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iesu christo, an solus petrus immediate a christo, alij vero ab eodem mediante petro. ℣ Et quo ad vtrumq; dubium, due sunt opiniones extreme.

¶ Prima est dicentium, q; omnes apostoli parem potestatem a Iesu christo immediate habuerunt. Et hi vtrumq; simul multipliciter probant ex sacra scriptura. ℣ Primo ex eo quod matth. 18. saluator omnibus apostolis replicauit quod soli petro dixerat in ca. 16. Sit enim, quecunq; solueritis super terram &c. Et verbum illud Ioan. vlti. dictum petro, pasce oues meas, omnibus apostolis in sententia dictum est: quoniam pascere tripliciter fit, doctrina, vita, et correctione. Hec autem omnia oibus dicta sunt apostolis. Primus matth. vlti. Docete oēs gētes. Secundum matth. 5. Vos estis lux mundi, sic luceat lux vestra coram hominibus &c. Tertium Ioan. vlti. quoru remiseritis peccata &c. ℣ Secūdo ex. 2. capitulo ad gal. vbi paulus dicit, q; hierosolymis petrus et alij apostoli nil sibi contulerunt, nec doctrine nec potestatis (vt ibidem bis habet. s. tho.) sed dederunt et dextras societatis. Et q; in antiochia restitit petro in faciem, quia reprehensibilis erat. Hec enim non sunt inter superiorem et subditos, sed potius inter socios. In actibus apostolorū, 8. ca. legimus, q; apostoli miserunt petrum et ioan. in samariam. Cōstat autem q; maior non est qui mittitur mittente: iuxta illud, non est seruus maior domino suo, nec apostolus maior eo qui misit illum. Ioan. 13. ℣ Et cōfirmantur hec autoritate sacrorum Canonū. Primo anacleti pape di. 21. ca. in nouo. Ceteri apostoli inquit cum beato petro pari consortio predit, et honorem et potestatem acceperunt. Secundo ciprianus in ca. loquitur dominus. 24. q. 1. Hoc ceteri apostoli erant quod petrus fuit, pari consortio preditus et honoris et potestatis. Tertio hieronymus super epistolam ad galathas (et habetur. 2. q. 7. ca. paulus.) Paulus petrum reprehendit: quod non auderet, nisi se non imparem sciret.

¶ Altera extrema opinio est, discordantium in vtroq; et dicentiū, quod nec parem potestatem, nec immediate a Iesu christo omnes apostoli acceperunt potestatem: sed solus petrus immediate a domino Iesu christo potestatem accepit, et omnes ei subiecti fuerunt ab ipso potestatem habentes. Et de modo quidem habendi potestatem scilicet q; solus petrus habuit eam a domino Iesu immediate, probant in communi quidem ex textu anacleti. di. 21. in nouo. Petro primo pontificatus in ecclesia christi datus est. ℣ In speciali autem quo ad potestatem ordinis, non sacerdotalis (hanc enim constat habuisse omnes immediate a christo in cena dicente, Hoc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis, quo ad actum celebrandi missas. et post resurrectionem quo ad actum absoluendi in sacramento penitentie, dicente, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. sed ēpalis probat ex consecratione iacobi et pauli ac barnabe. Iacobus enim ordinatus fuit archiepiscopus hierosolymitanus a petro, iacobo et ioanne: vt dicitur in ca. petro. di. 66. Et paulus et barnabas ordinati ab aliis fuerunt. Dicitur enim act. 13. dixit spiritus sanctus, Segregate mihi paulum barnabam &c. Et subiungitur, Imponentes eis manus dimiserunt. glosa. in modum ordinandorum. Et in ca. quod die dominico. dii. 75. ℣ Quo ad potestatem vero iurisdictionis, cū nullibi clarius appareat q; matth. 18. vbi apostolis dicit dominus Ie sus, quecunq; solueritis super terram &c. Probant ex hoc, q; christus soli petro dixerat quodcunq; solueris &c. matth. 16. Ex ipso in quium ordine promissionum insinuat, quod potestas ligandi et soluendi ordine quodam exhibēda erat: vt scilicet per petrū ad alios deueniretur: vt. s. tho. in. 4. contra gent. ca. 76. et in. 4. sen. distin. 24. q. vlti. dicit. ℣ Differunt quoq; autoritas leonis supra inducta ex ca. ita dominus. distin. 19. clare dicēs, quod christus hoc dispositurus erat vt ab ipso petro quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.

**De equalitate** Vero potestatis apostolorum aliorum inueniuntur expositiones, sustinentes cum hoc petri autoritatē super omnes. ℣ Prima distinguit potestatem ordinis et iurisdictionis. Et omnes dicit esse equales in potestate ordinis, sicut omnes episcopi sunt equales tali potestate. Petrus autem super omnes dicitur potestate iurisdictionis. ℣ Secūda dicit, q; omnes apostoli fuerunt in potestate iurisdictionis pares. i. similes. Probat. 19 q; in scriptura paritatem pro similitudine sumi. ex Leui. 18. ca. Cauete ne vos similiter cuomini, cum parta fecerit is. glo. i. similia. ℣ Tertia (et est. s. tho. in secunda secunde. q. 33. articu. 4. ad secundum quod fuerunt pares aliquo modo quantum ad fidei defensionem. Inquit enim sic coram omnibus paulus petrum non reprehendisset nisi aliquo modo par esset quantum ad fidei defensionem. ℣ Quarta est eiusdem super epistolam ad gz'a. 2. ca. quod apostoli fuerunt equales quantum ad exequutionem autoritatis, aut enim Apostolus scilicet paulus fuit par petro in exequutione autoritatis, non autem in autoritate regiminis.

¶ Rōnabilis sententia, q; petro subiecti erāt ceteri apostoli. Ca. 3.

**Vlatis** Duabus extremis opinionibus mediis mihi via incedendum occurrit: et dicendum quod apostoli inter se possunt comparari dupliciter. Primo inquantam apostoli, et sic omnes fuerunt equales. Alio modo inquātum omes christi, ab eo hic corporali conuersatione separate, et sic petrus solus est pastor, et reliqui apostoli oues sub illius cura. ℣ Sed quia non sufficit dicere, sed oportet declarare et probare sic esse vt dicimus, declaro primo dignitatem et potestatem apostolatus. Scribitur in primis luc. 9. ca. quod conuocatis iesus. 12. apostolis, dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia, et vt languores curarent: et misit illos predicare regnum dei et sanare infirmos. Matth. quoq; vlti. legitur, quod eisdem dominus dixit. Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes, baptizantes et docentes seruare omnia que mādaui vobis. ℣ In prima quoq; epistola pauli ad corin. 12. ca. legitur, quod deus posuit in ecclesia primum apostolos, vbi glo. interlinearis in verbo primum dicit, dignitate et tempore. Et in verbo apostolos, dicit: omnium ordinatores et iudices. ℣ In decre. di. 68. ca. quonam vices. dicitur ex aug. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, patres missi sunt apostoli, pro apostolis filij nati sunt et constituti episcopi. ℣ Et in concilio ecumenico florentino sub eugenio. 4. inter documenta fidei de ministro confirmationis habēur hec verba. Hanc scilicet confirmationem non nisi episcopus debet conferre: quia de solis apostolis legitur (quorū vicem tenēt episcopi) quod per manus impositionem spiritum sanctum dabāt. ℣ Diuus tho. super preallatis verbis ex prima epistola ad corin. 12. ca. dicit hec verba, Pastores autem ministri in ecclesia sunt apostoli, ad quorum officium tria pertinent. Quorum primum est autoritas gubernandi fidelem populum: que propie pertinet ad officium apostolatus. secundo facultas docendi. tertio potestas miracula faciendi ad confirmationem doctrine. Hec ille. Et postq; subiunxerit, quod tertium horum ordinatur ad secundum, et secundum ad primum, subdit. Deus posuit primum apostolos, quorum regimini commisit ecclesiam. Et tripliciter probat. Primo per illud luc. xxij. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum. Secundo per illud apoc. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta. xij. et in ipsis. xij. nomina duodecim apostolorum. Tertio per illud ad roma. 8. Nos ipsi primitias spiritus habentes, maiori enim gradu maior datur gratia.

¶ Ex his omnibus facile est videre, quod apostoli inquantum apostoli habuerunt non solum potestatem ordinis, sed iurisdictionis. Autoritas enim gubernandi ecclesiam, que est apostolatus propria, sine iurisdictionis potestate non est.

℣ Et si huic adiunxeris, quod non habuerunt apostolatum a christo mediante petro, sed immediate ab ipso Iesu christo, iuxta illud Ioan. xx. sicut misit me pater, et ego mitto vos: et Matthei 10. et Marci. 3. et Luc. 6. patet, quod ipse fecit eos apostolos. Et ad gala. 1. Paulus probat se apostolum: quia neq; ab hominibus neq; ab homine tam mittente q; docente est apostolus. Soluo virtus dubium scilicet de potestatis equalitate, et de modo habendi: quod scilicet apostoli quantum ad appellatus autoritatem fuerunt equales simpliciter, et quod hanc potestatem habuerunt a Iesu christo immediate, sicut et apostolatum. Dixi autem simpliciter: quia secundum quid nihil prohibet vnum apostolum habere apostolatum dignorē altero: vt paulus alijs, iuxta glo. interlinearem ad gala. 1. in verbo, qui suscitauit eum a mortuis, dicentem in persona pauli, et ita dignius me constituit per immortalem christum q; alios per mortalem. et glosa, marginalem ex aug. in libro retractationum ex eadem radice. Propter quod dominus tho. ibidem dicit paulum ad dexteram, et petrum ad sinistram in bullis papalibus imponi. Dignitas enim ista ex parte status vocantis, quia scilicet est immortalis, non facit vocatum apostolum maiorem simpliciter, sed quo ad hoc.

**Si autem** Consideremus, quod etiam ipsi apostoli oues erant christi, a quo statuitur est vt sit vnum ouile et vnus pastor, sic petrus inuenitur alte vnus pastor, cui dictum est, pasce oues meas, non has vel illas: et reliqui inuenīntur vnius ouilis oues. In cuius signum petrus statim fuit eius pastor: curam ioan. suscepit, interrogans de eo, hic autem quid? vt patet ioan. vlti. ℣ Quomodo autem verificari possunt hec duo simul, q; scilicet omnes apostoli fuerint pares in autoritate



gubernandi ecclesiam, atq; a Iesu christo eā immediate habuerunt, et q; petrus solus fuit institutus pastor vniuersalis ecclesie et maioz autoritate super alios apostolos. Ita q; ab ipso capite in totum ecclesie corpus potestas derivata est: difficile apparet prima fronte. Sed si subtiliter contemplati fuerimus, videbimus de facto omnia vera simul fuisse. ℣ Sciendum est nāq;, q; sicut in natura dupliciter aliqua fiunt scz naturaliter, vt cū homo generat hominē, et infirmus ex virtute nature sanatur: et supernaturaliter, sicut cū homo creatus est a deo, et infirmus miraculo sanatur. Ita in ecclesia dupliciter quoq; modo aliquid fit scz ordinarie, vt cum seruato iuris ordine creatur episcop⁹: et de speciali gratia a principe, vt si statum aliquis crearetur episcopus: vt de Ambrosio contigit. Utroq; autem modo princeps noster Iesus christus in primitiua ecclesia vsus est. nam in institutione ecclesiastici regiminis ordinario iure perpetuo seruādi monarchicū id est vnius principatū instituit, et posuit petrum caput vnū totius corporis ecclesie: a quo in omnes dunt omnes sacri autores. cū dependentia omniū a petro doctri- in conferendo potestatē ordinis (dum ipse dñs per seipsum, etiam alios apostolos fecit sacerdotes in vltima cena, et confessores post ta preuenit eundē in dando autoritatē gubernandi, ordinādi, iudicandiq; ecclesiam: vt ex allatis patet autoritatibus. Et quemadmodum nihil obstat matoritati ipsius petri capitis, q; alij non habuerūt ab ipso potestatē ordinis, q; hoc nō fuit ex defectu potestatis in petro, aut ex exemptione altoū ab ipso, sed ex puentione superioris, qui primo dedit id subditis Petri ex gra. qō ordinarie dādū erat eisdem a Petro) ita etiā nihil officit excellentie potestatis iurisdictionis Petri super omnes, q; eī subditis saluator superior omnibus dedit illā potestatē ex gratia qua a Petro per viā ordinariā erant accepturi. ℣ Modus itaq; varius dandi et accipiendi potestatem clarificat veritatē. In Petro enim et a Petro inchoat omnis ecclesie potestas, et derivatur in totam ecclesiam via ordinaria: et rursus aliqui Petro subditi plures potestates acceperunt a Christo immediate, quas a petro accepturi erant, via puentionis gratuite. Et sic ecclesia vna sub vnico tantum capite petro scilicet et habet apostolos omnes immediate a Christo potestatē ordinis et iurisdictionis habētes ex gratia puemētē: et hz petrū solum caput apostoloū ceteroū et omniū, a quo in apostolos alios et in oēs ordinarie potestas ordinis et iurisdictionis derivāda est. Sūt ergo simul vera, que aduersari sibiuicē videbantur.

**Et vt** Clarius elucescant dicta, scito quinq; esse differentias inter potestatē petri et aliorum apostoloū. Prima est in modo dandi et accipiendi: quia petro data est ordinarie, alijs autem ex speciali gratia: vt explanatū est. ℣ Scōa est in officio (et sequitur ex prima) q; petrus factus est vicarius generalis Iesu christi, alij vero facti velut legati seu delegati eius: iuxta illud pauli scōe ad corin. 5. Legatione pro christo fungimur. et ad ephe. vlti. legatione fungor in cathena ista. Et hoc ipsum apostoli nomen importat, a missione sumptum: cuius extenso vocabulo in prefatione dicātur vicarij. ℣ Tertia est in obiecto potestatis: q; aliorum potestas iurisdictionis nō erat supra semuicem, sed super alios. petri vero potestas erat et super alios, et super ipsos reliquos apostolos, dicente sibi soli christo, pasce oues meas: in quarum numero sine dubio erant apostoli. Ubi Chrysostomus dicit in persona Christi ad petrū. Loco mei prepositus esto, et caput fratrum tuorum. ℣ Quarta est in perpetuitate potestatis: quia aliorum potestas finienda erat cum vita eorum: quoniā data est eis in personis propijs pro solis personis propijs, et nō pro eorum successoribus. Petri vero potestas vsq; ad consummationem seculi perseuerat: q; data est sibi in persona propria non solus pro seipso, sed omnibus successoribus suis, quod sancti doctores exponunt sub alijs verbis, dicendo q; data est petro in persona ecclesie. Et ex hac differentia oritur, q; nullus est successor Joan. aut iacobi nec etiam pauli apostoli in autoritate apostolatus vniuersalis gubernationis ecclesie, sicut apostoli gubernabant vbiq;: sed tantum in potestate ordinis et regiminis vnius certe ecclesie succedūt episcopi. sed solius petri successor est. ℣ Dicitur papa: vt patet in allegatis superius. ℣ Quinta et vltima pro nunc est in ipsa essentia potestatis: qm autoritas cōuenit apostolis data. et vi apostolatus fuit velut potētia executiua, vnde a sancto Tho. vocat autoritas gubernādi: gubernatio em executionē sonat. Autoritas vero data soli petro quū facit? est papa, dicēte Christo, pasce oues meas. est potētia receptiua: et pterea vocat a sancto Tho. autoritas regiminis. Propter qō dixit. s. Tho. Paulus fuit par petro in executione, non in autoritate regiminis, ad gala. 2. ad corin. 12. ecclesie regimē. quod sonat executionem non autoritatem regiminis, quod sonat imperium, commissum dicit apostolus. Unde ꝛ in prefatione non appellantur vicarij absolute, sed vicarij operis: dicente ecclesia ad deum de apostolis, quos operis tui vicarios: quasi diceret vicarios ad exequēdum. Ueruātamen, quia vnum pro alio quandoq; poni potest, si etiam inueniretur paritas in autoritate regiminis, pie exponēdum esset, q; exequutiua potentia. Dedit enim saluator omnibus apostolis cōter, vt exequi possent in eis ad quos mittebantur, omnia que poterat exequi petrus: pura instituere ecclesias et episcopos, docere, excōmunicare &c. petro autem absolute dedit potestatem omnium. Et si paulus aliquo modo id est executiue erat par petro quantū ad defensionem fidei: vt ex secūda secunde dictum est. ℣ Et si non penetras differentiam hanc inter potestatem exequutiuam et precceptiuam, vide illam in exemplo. Episcopi habent officium predicādi, et fratres predicatores habent etiam officium predicandi (cum ad hoc instituti sint) sed differenter: quia episcopi ex propria autoritate hoc faciunt. fratres vero predicatores autoritate pape delegātis eis in officium, hanc predicationis exercende potestatem. Sic enim proportionaliter de potestate gubernandi ecclesiam in petro et aliis apostolis fuit: petrus enim ex propria sui pontificatus officij autoritate gubernabat, alij vero apostoli ex priuilegio domini delegatis eis gubernationis officium. ℣ Nunc superest respondere obiectis in sequenti capitulo.

¶ In quo soluuntur obiectiones contra determinationē factam de petri primatu super alios apostolos. Cap. 4.

**Vtauē** Ordinate satisfiat obiectis, primo adducendo primo inductas obiectiones, et sic deinceps respondebitur. ¶ Ad autoritatē ergo ex Mat. 18. dicitur, q; in verbis dictis petro soli ca. 15. et in verbis dictis omnibus. ca. 18. perspicienda sunt duo scilicet ordo et potestas data. Ordo fuit, q; primo petro soli est dictum, quodcunq; solueris: et deinde omnibus. Et ex hoc ordine insinuat dominus ordinarium progressum potestatis soluendi et ligandi, q; scilicet a petro ad ceteros deriuanda est propter vnitatem capitis et corporis ecclesie: vt ex autoritatibus san. Tho. allatis ex. 4. contra gent. 4. 4. sen. apparet. ℣ Potestas data fuit (vt dictum est) ad gubernatiuam ecclesie potestatem pertinens, et equalis modo dicto. Et ex hoc ostendit dominus, quod ipse ex gratuita puentione dare voluit apostolis. Ambo igitur simul considerata ostendūt magis quod dicimus esse verum. ¶ Ad illud Joan. vlti. quāuis male probetur, quod confectio iurisdictionalis sit commissa omnibus per illud, quoruq; remiseritis peccata (quoniam hec verba ad correctionem fori penitentie spectant) quia tamen posset probari per illud Matth. 18. quecunq; solueritis: vbi saluator loquitur de exteriori iurisdictione, qua ecclesiam non audiens fit ethnichus et publicanus. Respondetur q; in veritate saluator illa verba etiam quo ad sensum, pasce oues meas, soli petro dixit: vt probatum est. Et q; si inueniatur aliquid simule commissum apostolis, puta pastorale officium, ex eodem fundamento dicatur, quod nulla commisse sunt oues Christi indistincte, vt comprehendantur omnes, nisi petro, alijs vero commisse sunt oues determinate saltem hac determinatione scilicet alie ab ipsis apostolis, saltem petro. Et propterea alij possunt dici delegati pastores: iuxta illud prefationis, quos operis tui vicarios eidem contulisti preesse pastores, quasi diceret, q; gregi tuo contulisti apostolos preesse pastores, vt vicarios operis tui id est multos vt vice tua ad executionem operis tui. Petrus autem creatus est pastor ouium Christi absolute et vniuersaliter, dicente Christo ipsi soli, pasce oues meas. Unde (vt vnico verbo dicatur) plus datum est per hec verba petro, cū per quecunq; alia simul congregata ceteris: quia autoritas regiminis vniuersalis simpliciter hic clauditur: quamuis totum pastorale officium executiue cōcessum sit omnibus apostolis. ¶ Ad autoritatē ex scōo ca. ad gal. iam p3. q; nil doctrine aut potestatis acceperit paul⁹ a petro, nō ex defectu potestatis in petro, sed ex puentione gratuita, qua a dño Iesu habuit potestatē ꝛ scientiā: vt ipsemet in primo ca. dixerat. Dexteras autē societatis ꝓpter vnitatem fidei quam docebant: nō solum namq; socij, sed fratres in vnitate fidei sum⁹ iuxta illud Matth. 23. omnes vos fratres estis. Quomodo vero in faciem restitit vt par, tam declaratum est, q; de paritate in exequutione officij defensiui fidei intelligitur. ¶ Ad illud vero, q; in actibus apostolorum, petrus et Joannes missi sunt: facile patet ex theologis in primo sen. distin. 15. responsio quod non oportet mittentem esse maiorem misso. Et nihilominus in proposito missi

Universidad de Deusto
Biblioteca



dsir cōsilio vel amore, nō autoritate aliorū. ¶ Ad autoritates ana
clen. ciptant; z hiero. iam patet qđ dicendum ex fundamēto tam
posito. Unde vir docte, qz nō vagando, sed ex eadē radice oia sol-
uūtur, teslimonium habens q doctrina hec vera est. Nec em oia
ꝓsonāt: z opz ex qō qđ est rei, oēs difficultates propias soluere: vt
philosophus dicit. 4. phy. ¶ Ex eadē quoq radice patet depositio
ne aliorū, quā recitauimus circa modū habendi potestatē a chri-
sto immediate. Patet inq̄s de potestate ordinis, q nihil refert an
dño telius preueniens petrum in faciendo oēs apostolos epos (vt
glosa in ca. porro. dist. 5. ꝛ.) teneri videtur cōtra textū. an eos ordinan
dos petro reliquerit: vt prealegata sonāt. Si esi petro hoc dimi-
sit, ordinarij, ꝓgressum potestatis ordinis in statuto cursu nō pue
nit z si ipse ordinauit per seipsum, gratuita prelectione nō reuoca-
tionis statuti ordinis hoc fecit. De potestate vero iurisdictionis, iā di
cium est q gratuita pūctione per seipsum eā oibus exequendā de
dit, q in ordine dādi seu ꝓmutēdi, ordinarij, ꝓgressum determinatio-
nis illius ad alios p petrū fore statuit: vt allate autoritates docēt.
¶ Ex his oibus clare liquet, q petrus solus princeps caput z pa-
stor ē apostolorū: z ei subditi fuerūt apostoli vt oues pastori: z qō
ordinaria via ab ipso potestatē sortiti erāt ordinis z iurisdictionis.
Iz gratuita pūctione potestatē iurisdictionis exequutiā equalem a
dño immediate habuerint, potestatē autē ordinis ēpalē immedia-
te vel mediate, oēs eccl̄a a dño habuerūt eē. ¶ Et si predicta perspi
caciter intuitus fueris, videbis q petrus Iz apostolus z papa fue-
rit simpliciter maior ceteris: linus tamen, cletus aut clemens non
sic se habebat ad ioānē apostolū z euāgelistā qui vixebat. sed ali-
quo modo vt par. z excedēs. z excessus. Erāt enim pares in potesta
te executiua regiminis ecclesie: ꝓ quāto ioannes poterat ex apo-
stolatu exequi quicquid poterat papa. Erat papa excedens in au-
toritate regiminis, sicut de petri autoritate dictum est: quia illius
erat successor. z Iesu christi vicarius ipse, non ioannes. Erat et ex-
cessus in dignitate apostolatus: quia ioānes erat apostolus. linus
autem aut clemens nō. Et qz apostolis nō pape cōdēdi libros sa-
cre scripture cōcessum est, dicēte illis dño q spiritussanctus doce-
ret eos omnia. z omnem veritatē (vnde aug. de consensu euāge. Lu
cas z marcus scripserunt illo tēpore, quo ab ipsis in carne manen-
tibus apostolis probari meruerunt) ideo prenaluisset sententia ioā.
sententie clementis pape in doctrina fidei z morum: sicut modo ꝑ
ualet euangelium ioannis sententie cuiuscūq̄ pape z totius eccle-
sie. ¶ Nec obstat illud aug. Euāgelio non crederem, nisi me autho
ritas ecclesie admoneret: quia ipse ioānes, z similiter quilibet apo
stolus ecclesia erat Iesu christi autoritate: restante hoc ipso ioan-
ne, qui de seipso loquens ca. vlt. dicit in persona ecclesie, quam au-
toritate christi gerebat. Et scimus, quia verum est testimonium
eius. Ex quo namq̄ constat apostolum aliquem scripsisse ad do-
ctrinam ecclesie, ecclesie autoritatem habet.

¶ Ex his ante ps q duarum extremarum opinionum. f. dicentis,
q omnes apostoli eodem modo sint instituti a christo vicarij sui. z
dicentis q christus immediate soli petro dedit potestatem iurisdi-
ctionis, neutra videt vera: ꝯuis illa secunda sit non reprobanda
Iz exponenda. Media autē via sola vera est, quā declarauimus sci-
licet q solus petrus habuit vicariatum Jesu christi. z solus imme
diate potestatem iurisdictionis ordinarie a christo acceptauit. q ab
eo alij ordinario iure accepturi erāt. z ei sint subiecti: hoc est mō
verificatur 2ª opinio. Et cū hoc iesus christus dīs turis puenien
do deseguit ceteris parē in exequiēdo prātem (vt dictum est) z hoc
veritatis habet prima opinio. Sequere ergo medium.

¶ In quo ponuntur rationes tenentium q ecclesia vniuersalis
seu concilium vniuersale habet potestatem supra papam simpli-
citer. ita q papa est illi subditus. Cap. 5.

¶ Examinata comparatione potestatis pape
ad apostolos ratione sui apostolatus comparanda modo est pape potestas vniuersa
lis seu concilij vniuersalis potestati. nunc quidem ab-
solute. postmodum vero in euentibus z casibus vt pro
mittimus. Et quoniam opposita intra se posita magis elucescunt
afferam primo rationes primarias in quibus consistit vis. quibus
probatur papam subesse ecclesie seu concilij vltra iudicio. Et ne, cō
ing at sepius ecclesiā z concilij ungere, pro eode sumātur: qm nō
nisi sicut repiesentans z repiesentatum distinguntur.

¶ Fundant igitur constitutionem dictam primo in actis concilij
constantiēsi. sub ioanne. 23. anno domini. 1415. vbi in sessione quinta
habita die. 6. mensis aprilis sic legitur. Hec sca synodus declarat,
q ipsa in spiritusancto legitime congregata, concilium generale
faciens, z ecclesiam catholicam repiesentans, potestatē a christo
immediate habet: cui quilibet cuiuscūq̄ status vel dignitatis. etiā
si papalis existat, obedire tenetur, in his que pertinent ad fidem,
z extirpationem dicti scismatis, z reformationem dicte ecclesie in
capite z in membris. Hec ibi. ¶ Et subiungitur aliud decretum in
hec verba. Item declarat, q quicunq̄ cuiuscunq̄ conditionis, sta
tus dignitatis, etiā si papalis, qui mandatis, statutis seu ordina
tionibus aut preceptis huius sacre synodi, z cuiuscunq̄ alterius
concilij generalis legitime congregati super premissis seu ad ea
pertinentibus factis vel faciendis, obedire contumaciter contem
pserit, nisi resipuerit condigne penitentie subiiciatur, z debite pu
niatur, etiā ad alia iuris subsidia si opus fuerit, recurrendo, ibi
dem. ¶ Ex quibus habentur tria. Primo quod concilium vniuersa
le habet auctoritatem a Iesu christo immediate. Secundo quod
papa tenetur ei obedire. Tertio quod ipsa synodus habet po-
testatem coactiuam supra papam, dum punitioni eum subiicit.

¶ Confirmatur q̄ eadem sententia per concilium basiliēse. ce-
lebratum anno domini. 1431. sub eugenio quarto vbi resumpta
sunt hec decreta in sessione secunda z. 18. Deinde in condemna-
tione erroum ioannis wuicleff in eodem concilio constantien. ses-
sione octaua z posimodum per bullam martini quinti sacro ap-
probante concilio firmata ibidem. Ubi inter alia sic damnatur ar-
ticulus iste scilicet Non est de necessitate salutis credere roma-
nam ecclesiam etiam supremam inter alias ecclesias. Erroz, si per
ro. ecclesiam intelligatur vniuersalis ecclesia. aut concilium gene
rale: aut pro quanto negat z primatum summi pontificis super ali-
as ecclesias particulares. Hec ibi. Ex qua condemnatione habe-
tur, quod concilium verisimile est suprema ecclesiarum: z conse
quenter est superior ecclesia romana, que est vna ecclesiarum.
¶ Et confirmatur hanc esse intentionem patrum: quia faciunt
differentiam inter primatum concilij z summi pontificis: quoniam
de concilio dicunt simpliciter, quod est suprema inter alias eccle-
sias. De summo vero pontifice dicunt quod habet primatum re-
spectu ecclesiarum particularium.

¶ Fundāt quoq̄ hoc idē in euāgelio z doctorib⁹. ex eo q claues
regni celorū, ossim pastorale z potestas ligandi atq̄ soluendi. eccle
sie data sunt dupliciter. autoritative z finaliter. Et q autoritative ec-
clesia ipsa hec habeat testatur in primis matth. 18. ca. vbi posito
domino dixerat. Dic ecclesie, z si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut
ethnicus z publicanus: statim subdit. Amē dico vobis: quecunq̄
ligaueritis super terram, erunt ligata z in celo. z q̄cunq̄ solueritis
super terram, erunt soluta z in celo. Ubi manifeste ecclesie hanc cō
tulit potestatem vniuersalem: ad hoc. n. illa verba subdidit dom-
nus (vt hieron. ibidem dicit cum hylario) ne primata autoritate
reputaretur non audiens ecclesiam ethnicus z publicanus, sed
diuina auctoritate ecclesie collata.

¶ Testatur deinde aug. superiora. vt habetur. 24. q. 1. ca. quod-
cunq̄) vbi concluditur q petrus quando claues accepit, ecclesiā
sanctam significauit. ¶ Et rursus sermone. 10. super ioan. loquens
de prāte ligandi z soluendi dicit. Hoc petrus cum oibus tanquam
personam gerens ipsius vnitatis accepit. ¶ Et inter um in sermone
apostolorū petri z pauli. Petrus totius ecclesie gestabat personā.
z propterea audire meruit. tibi dabo claues regni celorum. Illis
enim claues non ipse cepit homo vnus, sed vnitas accepit ecclesie.
Et in libro de agone christiano. Non sine causa inter apostolos,
ecclesie catholice personam sustinet petrus. Nunc enim ecclesie
claues date sunt cum petro date sunt. Et cum ei dicitur, ad omnes
dicitur: amas me? pasce oues meas.

¶ Et confirmatur hoc ratione. Quia non minus iuris habet ec-
clesia in claubus sibi datis a iesu christo q̄n in rebus. sed dominus
rerum temporalium principaliter est in ecclesia: cum ea? papa nō
sit dominus. Iz dispensator rerum ecclesie vr. s. tho. in 2ª 2ª. q. car.
primo ad septimū. ergo ecclesia principaliter habet claues quam
papa. ¶ Et confirmatur hoc rursus. Quia cum recenm sit iudex sui
z obliqui, z ecclesia vniuersalis adeo sit recta, vt errare nō possit
z obliqui, z ecclesia vniuersalis adeo sit recta, vt errare nō possit
(vt ps. papa autē errare posset etiā in fide (vt ps. 40. di. ca. si papa)
consequens est, quod ecclesia excellentius z prius habeat claues
quam papa: immo quod habeat etiam vt iudex pape. ¶ Et au-
tē finaliter ecclesie date sunt claues, p 2ª. 2. ad col. 13. potestatem
mihi dominus dedit in edificationem, z nō destructionem. Et. s.
tho. in tract. contra impugnantes religionem. expresse tenet quod
potestas iurisdictionis prelatorum est propter bonum subditorū:
z propterea nulla iniuria fit prelato inferiori, puta episcopo, quādo
eximitur ab eo abbas propter bonum ecclesie. Ex quibus sequitur
q papa est propter ecclesiam z nō econuerso: z consequenter clau
es pape date sunt propter ecclesiam finaliter.



¶ Fundāt z tertio idē sup principiū naturaliter p se notis. Omne
miquum totū est maius sua parte: ecclesia vniuersalis est totū, et
papa pars. ergo ecclesia vniuersalis maior est papa. Processus bo
nus. Et maior est principiū per se notū. Minor est apostoli ad ro.
12. multi vnum corpus sumus. singuli autem alterius membra. et
hieronymi ad propositum in ca. legimus di. 93. Et autoritas que-
ritur, orbis maior est vrbe. ¶ Fundant demum hoc idem sup hoc,
q ecclesia constituta est a domino Jesu Christo iudex pape in ca-
su peccati: vt patet Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus ꝛc.
dic ecclesie, z si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus z pu-
blicanus. Et qua autoritate licet loquatur in casu peccati (qz incip
pit si peccauerit) z propterea non spectet ad presens ca. in quo cō
paratur papa ecclesie non in casu, sed absolute, volunt tamen elic-
cere etiam q ecclesia sit absolute supra papam. Tum quia ordina
rius iudex alicuius in puniendo, est etiam ordinarius iudex illius
absolute. Tum quia iudex z lex non differunt nisi sicut animatum:
z inanimatum: vt patet. 5. ethi. Ad eandem autem legis autoritatē
hz imperare, vetare z permittere. Ad eiusdē ergo iudicis ordina-
punire. Et sic cum ecclesia sit iudex ordinarius pape in puniendo,
sequitur q erit simpliciter iudex eiusdem in imperando, vetando
z permittendo. hi enim quatuor actus sunt legis: vt in 12. q. 92. ar.
2. habes a diuo tho. ¶ Et confirmatur hoc sacrorum autoritate
canonum. 25. ti. q. 1. contra statuta dicit zozimus papa. Contra sta
tuta patrum concedere aliquid vel mutare, nec huius quidem se-
dis potest autoritas. Et in ca. primo dicitur. Prima salus est recte
fidei regulam custodire, z a constitutis patrum nullatenus deuia-
re. ¶ Ex quibus habetur z q papa non est supra potestatem concī-
lij, z q ad primum falsorum spectant statuta patrum nō pape. Mul
ta quoq̄ in eadem causa z. q. dicuntur ad hoc, que breuitatis cau-
sa omittuntur.

¶ Quis sit sensus, quo questio de comparatione autoritatis con
cilij z pape vertitur in dubium. Cap. 6.

¶ Ad euidētiā huius comparationis pre-
declarandi sunt termini: qd
scilicet nomine ecclesie seu concilij vniuersalis intel
ligatur, ne in vanum tota disputatio sit. Ecclesia vni
uersalis duo significare pōt in ꝓposito: aut totū co
pus ecclesiasticum constans ex omnibus membris, comprehenso
etiam capite id est papa: aut totum residuum corpus ecclesie di-
stinctum contra caput id est papam. Concilium quoq̄ vniuersale
aut sumitur cum capite id est papa, vel personaliter, vel autoritate
eius autorizatum: aut sine papa vtroq̄ modo. Et sic tres compa-
rationes examinande sunt. ¶ Prima est inter papam z ecclesiaz seu
concilium sine capite id est papa omnino. Secunda est inter papā
z ecclesiam seu cōcilium cum capite personaliter. Tertia est inter
papam z ecclesiam seu concilium autorizatum a papa. ¶ Et quo-
niam omnes he comparationes supponunt papam esse caput ec-
clesie vniuersalis, z non solum singulorum membrorum (vt inimi
ci veritatis glossiant) hoc primo monstratur. ¶ Primo ex autorita-
te ipsius constantiēsi. concilij ante z post electionem martini. 5. vt
patet in sessione. 5. eiusdem. z in bulla martini. 5. vbi damnatur pro-
positio illa Joannis huss, Petrus nec est nec fuit caput ecclesie
sancte catholice. Et altera scilicet. Non est scintilla apparentie, qō
oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod
semper cum ipsa militante ecclesia conuersetur. Illic expresse dam
natur, quod petrus non fuit caput catholice ecclesie: catholicum
enim idem est quod vniuersale. Et similiter damnatur quod non
oporteat esse preter Christum qui in celis est, vnus caput quod re-
gat ecclesiam conuersans cum ea, quod est papa: vt latius ostēn-
dit diuus tho. hanc necessitatem in. 4. contra gen. ca. 76.

¶ Hieron. quoq̄ in li. de ortu z obitu sanctorum in nouo testamen
to. petrus inquit in Christi ecclesia firmamentum est, cephas cor-
poris Christi principatus z caput est. Si petrus est caput corpo-
ris Christi, ergo totius ecclesie collectiue: iuxta illud apostoli ad
ro. 12. multi vnum corpus sumus in Christo.

¶ Et. 24. q. 1. rogamus vos, marcellus papa expresse dicit, qō pe-
trus est caput totius ecclesie. ¶ Et in concilio Lugd. Gregorius
10. (vt habetur in ca. vbi periculum, de elec. lib. 6.) papam vicariū
Jesu Christi petri successorem, rectorem vniuersalis ecclesie, z di-
rectorem gregis dominici vocat. ¶ Ritus quoq̄ Ro. eccle. habet,
vt cum papa se subscribit in aliqua vniuersalis negotij bulla dicit
sic, Ego. N. catholice ecclesie episcopus. Et quibus patet, quod
emulatio dicens, quod papa est caput membrorum ecclesie, z nō

Universidad de Deusto
Biblioteca



verobno dependẽãra papa.l.congregari ꝛ repiesentare vniuersale ecclesiã ita ꝙ in his intendum.ꝙ seclusa autoritate pape.ex quo congregata est ecclesia vel cõciliũ fit comparatio potestatis ecclesie vel concilij ex vna parte,ꝛ pape ex altera. Totus ergo futurus sermo de ecclesia ꝛ concilio seclusa pape autoritate post congregationem legitime factã. ¶ Et contra hos hereticos ecclesiã habere autoritatẽ supra papã,ratio est. Quia positio illa peruertit ordinẽ regiminis ecclesie:oportet nãq; secundum istos regimẽ ecclesie esse democraticũ seu popularem:in quo tota autoritas apud nullum residet,sed in tota communitate.sicut in capitulo accidit.vt.6.tho.in 4.sen.di.19.q.1.ar.primo.q.3.ad tertium dicit.Et hoc ipsi volunt: dum ecclesiam velut cõmunitatẽ liberam,potestatẽ supra papam quasi regẽ habere dicunt:vt senatus populusq; romanus habebat super imperatorem.Et ꝙ hoc ipsi non reputãt inconueniẽs quãtũ ad rẽ.licet vocabula horrere videãtur.ideo circa rẽ insistẽdo mõstrandum est.ꝙ nõ communitati ecclesie,sed vni soli in illa chuisti plenitudinẽ potestatis ecclesiastice dedit.

¶ Quod papa sit super potestatem ecclesie vniuersalis ꝛ concilij generalis.vt distinguitur contra papam. Cap.7.

❡ Confirmantur hec autoritatibus supra allatis. Et hec responsio est ratio sumpta ex parte cause materialis: ex hac enim habetur. q̃ non magis communitas quam vna persona in officio vicariatus christi posita quantum ad ea que sunt fidei. habet quod sit subiectum seu materia assistentie diuine: cum non sit differentia apud deum in multis aut paucis. vno vel pluribus saluare: imo ex quo monarchicum institutum est regime. in vno solo constituta est potestas: vt. s. tho. in. 4. senten. dist. 19. q. j. dicit.

❡ Ex quo patet. q̃ voluntarie dicitur q̃ papa habet potestatem in edificationẽ prout sapiens. i. concilium determinabit. In his enim que sunt fidei fm diuinam sapientiam in scripturis reuelatam et sibi assistentem: in directione autem morum secundum prudentiam monasticã ⁊ politicã. que in principe est edificare ecclesiam debet. Et ad hec multum adiuuat ex concilio sanctorum patrum. ⁊ propterea cũ veneratione a summis pontificibus suscipiuntur. obediendum siquidem statuta illius pape: quod sequi fm deũ debet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quamuis cogere ipsum nequeant: vt ex prima secunde. S. tho. allatum est. Rationes autem que concernunt depositionem pape: infertus soluentur. ¶ Ex parte vero cause formalis: quia papatus est ex formali sua ratiõe suprema in ecclesia dei potestas: vt ex antedictis habetur, ⁊ ipsemet fatetur. Suprema autem potestate in ecclesia repugnat dari in ecclesia superiorem: quia iam non esset suprema in ecclesia: sed potestas in ecclesia regulativa papat⁹ quo ad vsum est superior papatu: ergo in ecclesia dei non est talis potestas: et consequenter non est in illa papatus sicut in regulativo vsus illius. Prima propositio assumpta (vt dictum est) patet ex determinatione etiam concilij constantiensis, sub Martino quinto. Secunda autem est nota ex terminis. Tertia autem, et probatur, et est ab eo confessa. Probatur quidem: quia cum par in parez non habeat imperium: et propterea vnus papa non potest ligare manus alterius, oportet si ecclesia potest ligare manus pape constituendo leges coactiuas circa vsum papatus et suspendendo ab executione, quod potestas ecclesie non sit par papatui: sed superior papatu. Confessa est autem ab hoc viro: quum loquens de dispensatione facta a papa dicit, tenet ⁊c. Hec dispensatio si non contineat errorem apertum: aut nisi fuerit superiori lege prohibita: quod dicitur propter statuta fieri possibilia circa papalis vsum potestatis per generale concilium. Hec ille.

¶ Et vt magis pateat houm fictio: aduertendum est quod quemadmodum in admatione omnium sensuum exteriorum in vnum subiectum: non inueniretur aliquis vnus iudex preter singulas sensuum potestates, nisi sensus superior eis omnibus et cõmunis omnibus preimgeretur (et propterea oportet ponere sensum communem: vt patet in secundo de anima, vnicum et commenem omnium sensibilium iudicem aliorem omnibus: quo vno vnum subiectum habens plures sensuum potestates iudicat) ita posito, sed non concesso quod in ecclesia inueniretur omnes potestates ecclesiastice, scilicet papatus, cardinalatus, episcopatus ⁊c. posset. Perinde enim est (vt dicitur in secundo de anima) duabus potentijs iudicare, ac si duo iudices essent. Ex concursu igitur omnium potestatum in ecclesia vniuersali etiam cum papa, non plus potest apud sapientes tota ecclesia cum papa, quam possint singule potestates: ac per hoc cuz papatus non possit ligare manus pape, nec tota ecclesia hoc potest nisi fingatur superior quedaz potestas papatu: qua ecclesie communitas vtens iudicet de singularum potestatũ actibus: ⁊ si hoc fingitur, contradicitur veritati ⁊ sibijpsi: qui ecclesiam ex papatu, cardinalatu ⁊c. componi vult. ¶ Ex causa demuz finali probatur intentum quadrupliciter. Primo, quia incidit in scyllam, cupiés vitare charibdim. Si enim propter hunc finem vt quilibet potẽs errare habeat superiorem in terris, oportet hãc in ecclesia supra papam potestatem ponere, quis corriget concilium ipsuz potens errare: imo quod de facto errauit in decretis illis constantiensi, ⁊ Basiliensi, ⁊ in multis aljs errare potest propter quod a concilio ad papam conceditur appellatio: vt. s. tho. in. q. de po. dei. q. 10. ar. 4. ad decimũ tertium dicit. Et de concilio basilien. q⁹ ẽ legitime congregatũ, errauerit notorie, conuincitur ex ipsius verbis in secunda sessione scilicet synodus basiliensis, decernit ⁊ declarat, q⁹ ipsa ꝓ hereseum extirpatione ac morum generali reformatione ecclesie in capite ⁊ in membris: necnõ pace inter christianos procuranda, in spiritusancto legitime cõgregata per nullum quauis auctoritate etiam si papali dignitate prefulgeat dissolui, aut ad alium locum transferri seu ad aliud tempus prozogari debuit aut potuit, debet aut potest, debebit aut poterit in futurum, absq; eiusdẽ synodi basiliensis deliberatione ⁊ consensu. Hec ibi. Ubi manifestissime apparet: quod etiam in his que sunt iuris positiui (qualia sunt tempus et locus concilij) determinauerunt non habere potestatem summum pontificem etiam antequam ipsa synodus congregata ibi tunc esset: quod tam erroneum est, vt argumentatione non egeat.

¶ Et hoc vnum ideo attuli: vt ostendatur et quod concilium rite etiam congregatum auctoritate Romaũ. pontificis, ipso presente aut non consentiente decretis errare potest et errauit: et vt ex hoc vno manifeste falso in principio concilij illius decreto, omnium decretorum illius autoritas quanta sit cognoscatur. Inquit enim Augu. quod si vel minimum mendaciuz in sacra scriptura admittitur, tota perit.

¶ Secundo. Quia verus finis potestatis ecclesiastice scilicet, vnitas fidei, charitatis et pacis, qua vna est ecclesia: et peruenitur ad patriam celestem, melius caulatur per vnum quam per plures conuenientes in vnum.

¶ Tertio. Quia nimis derogat dignitati supernaturalis admissio ista: quasi sicut deus in naturalibus creauit hominem liberum et reliquit eum in manu concilij sui, quo fit vt communitas libera regem constituat cum certis legibus tacitis vel expressis: sic disposuerit Christus in supernaturali regimine ecclesie, dando communitati potestatem supra principem. Longe quippe aliter est: nam supernaturalis regiminis firmitas nõ super humano concilio: sed super diuina assistentia supernaturali fundatur ac per hoc ad infallibilitatem infallibiliter consequẽdam, ipsa supernaturalis regiminis resolutio respuit recursum ad potestatez communitatis. ¶ Quarto. Quia cum gratia perficiat naturam per modum ei⁹: et diuina sapientia disponat omnia suauiter, oportet vt dominus Jesus Christus disponat regimen ecclesie sue, vt vnus non vt defunctus: propter quod non ante mortẽ, sed post resurrectionem in eternum non moriturus petrum instituit non successorem, sed vicarium suum. Commune est autem omnibus principibus viuentibus vicarios instituentibus: vt potestatem recipiat super vicarium non dent, sed sibi reseruent iudicandum. Dominus igitur Jesus Christus, communitati ecclesie non dedit potestatem super suo vicario: sed illi suam assistentiam non defuturã aperiens Luce. 22. ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, ipsi confirmationem aliorum cõmisit subdens, cõfirma fratres tuos. Et hec ratio licet magis ex modo quam fine regiminis sumatur ostendit tamen quod ad consequendum ecclesie finem ex modo regiminis non conuenit in ecclesia talem ponere potestatem.

¶ Quia ergo posita potestas ista in ecclesia supra papam, regiminis ecclesie per vicarium sub Jesu Christo viuente non consonat: ⁊ supernaturali resolutioni ecclesiastici iudicij derogat: ⁊ ad verum ecclesie finem inepta est ⁊ intentum finem correctionis omnium errare potentium non assequitur, rationi formali papatus repugnat, assistentie Christi ad pape iudicium in his que sunt fidei obstat, et nulla autoritate autentica aut ratione efficaci asseritur: nec ꝙ sanctorum testimonijs aduersatur, concludendum est quod frustra, ignoranter, temere atq; impie predicatur, scribit, defendit.

¶ Quod seclusso papa non sit in ecclesia potestas legislatiua. Cap.xiij.

Quoniam Autẽ ꝓter dictã ptãtez duas assertatem applicandi ptãtes ecclesiasticas ad personas ⁊ ptãtem cõdendi interpretandiq; autoritatiue leges) de his aliquantisper dicendus est. Autoritas ecclesie in condendis legibus, conuenit ecclesie ꝓt istum ex hoc q⁹ est cõitas pfecta. Vñ si quelibet cõitas libera ⁊ perfecta potest condere leges, ⁊ ipsius solius autoritate possunt mutari condite ab ea leges, sic in ecclesia etiam oportet. ¶ Sed vt breuiter erroz istius pateat: omisso q⁹ ecclesia absq; papa non est communitas perfecta (quia sine cap(te) dicimus, q⁹ quia ecclesia vniuersa distincta contra papam est communitas subiecta a Jesu Christo pape (vt patet ex autoritatibus inductis, testantibus ipsum esse patrem, rectorem, episcopum, directoremq; omnium christianorum ⁊ vniuersalis seu catholice ecclesie) consequens est q⁹ ecclesia esti possit ordinare per modum societatis cuiusdam, nõ tamen potest aliquid statuere habens vim coactiuam non solum circa actus pape, sed nec circa quencunq; christianum: nisi ratione autoritatis prelatorum illius, si illi ad hoc concurrunt: ⁊ si fiat de facto, non valet nisi autoritate Ro. pontificis implicite vel explicite roboretur. Unde. S. tho. (vt supert⁹ adductum est) inquit, sancti patres in conciliis congregati nihil possunt statuere: nisi intueniente autoritate Ro. pontificis. Et vt predictum est, recte dicit. sancti patres: quia multi patres ex sua temeritate possunt statuere etiam ligando manus pontifici summo.

¶ Et confirmatur hoc ex diffinitione legis posita a sancto tho. in prima secunde. q. 90. vbi in vlti. art. ex predeterminatis concluditur, quod lex est rationis ordinatio ad bonum cõmune ab eo qui curam habet communitatis promulgata. Ex hoc enim patet, q⁹ lex ecclesie nihil aliud est quaz rationis ordinatio ad ecclesie commune bonum a Papa (qui curam habet communitatis ecclesiastice) promulgata: ac per hoc communitas ecclesie, cui sunpsius cura non est relicta a Jesu Christo, sed commissa Pape, non potest leges autoritatiue facere. Et hoc cognoscentes sancti patres, a Papa robur decretorum suorum recognouerunt. vt etiam ex orto hoc errore post electum Martinum Papam quintum: ipsa requisitio oratorum regis Polonie, quod approbarentur decisa



in materia fidei a martino testatur: vt patet in sessione vltima. Et basilienses multum institerũt apud eugenium quartum, vt decreta basiliensi, concilij approbaret: ⁊ nunquam obtinuerunt: vt dominus Joan. de turre cremata refert: ⁊ in gestis basiliensi, concilij apparet. ¶ Amplius. Autoritas ecclesie determinatiua de his que sunt fidei principaliter residet in summo ponti. ⁊ non solum principaliter sed finaliter, ita quod ad ipsum spectat finalis de fide determinatio, nec expectat concilium, sed concilij sententia a Papa confirmatur, ⁊ a concilio ad papam appellatur: vt sanct⁹ Tho. in allatis locis ex secunda secunde, ⁊ qõ. de potentia dei: ⁊ contra errores grecorum docet. ergo a fortiori ad papam principaliter et finaliter spectat cetera statuere: ⁊ frustra a concilio ad eum appellaretur: nisi iustitiam posset supra concilium ministrare.

¶ Amplius. Consuetudo ecclesie habet et habuit, vt papa in omnibus que non sunt de iure nature aut diuino possit non solum dispensare, sed mutare iura: non ergo ipse a concilio in interpretando dependet: sed econuerso. Et ex hoc patet quod capitulum frequens in concilio constantien. decretum: nisi apostolica autoritate firmatum sit, non habet certam vim obligatuam: quonã in sessione 39. ante electum martynum factum est.

¶ Quod potestas applicatiua ecclesiastice potestatis ad personam, non est in ecclesia seclusso papa, nisi in casu. Cap.xiij.

De autoritate Autem applicatiua papatus ⁊ aliarum ecclesiasticarum potestatum ad hanc personam vel illam, sciẽdume est quod potestas ista regulariter ⁊ principaliter est in papa, ⁊ non nisi in casu in concilio seu ecclesia. Et in papa quidem esse potestatem hanc quo ad applicationem potestatum inferiorum papatui patet. cum ex gestis apostolorum, dum singulos episcopos per loca instituebant. tum ecclesie confuetudine: que quotidie hec a papa faciente suscipit absq; conscientie scrupulo. tum ex ratione officij sui: ad eundem namq; spectat plena potestas supremi reguminis, et assumptio aliorum in partem sollicitudinis: vt patet ex Odi. decimooctauo vbi moyses dux populi ex consilio tetro elegit ⁊ constituit principes populi: ⁊ millenos, ⁊ centuriones, ⁊ decanos. Quo ad applicationem vero papatus: ⁊ ex gestis beati petri apostoli, cum instituit clemẽtem papam (vt habetur octaua. q. 1. si petrus. ex autoritate Joannis tertij, qui sedit anno domini. 600. tempore iustini imperatoris) ⁊ ex continua obseruatione liquet. Papa namq; instituit ad quos spectet electio: ⁊ mutat, ⁊ limitat sic actum electionis vt oppositio modo sit irritus. In ecclesia autem seu concilio non esse hanc autoritatem seclusso papa: ex hoc patet. q⁹ tota ecclesia tuta non potest autoritatiue mutare legem factam a papa: puta quod electio nõ spectet ad Cardinales veros ⁊ indubitatos, quod electus a minus quam duabus partibus Cardinalium sit papa: sed bene econuerso papa posset statuere, quod electus a minus quam duabus partibus Cardinalium sit papa: ⁊ quod electio spectaret ad tales et tot prelatos, ⁊ non ad hos qui vocantur Cardinales: quia eiusdẽ est destituere, cuius autoritatiue est constituere in his que sunt iuris positiui: quale est quod electio spectet magis ad presbiteros et diaconos talium ecclesiarum rome: qui vocantur cardinales, quam ad canonicos late ranẽses, ⁊ sancti Petri: magis ad episcopos Ostiensem, Sabinensem, Prenestinum, Tusculanensem, Albanẽsi, et Portuen. ꝙ ad alios Episcopos. Hoc enim nec a diuino a nec naturali iure esse cõstat. Si esti ptãs ipsa applicatiua eẽt in ecclesia seclusso Papa, posset ecclesia mutare statuta Pape, circa applicationem huiusmodi. Unde secundum veritatem, concilium, seclusso Papa, quia nihil potest nisi quod per singulas potestates in eo contentas potest: nec vnum quidem et illum minimum potest constituere episcopum. si illi prelati ad quos spectat illum constituere defuerint. papa autem potest et eligere ⁊ constituere episcopos vbiq; terrarum sua sola autoritate: que non sua, sed illius est qui graditur in multitudine fortitudinis sue.

¶ In casu autem permissionis (puta quia Papa nihil statuit in oppositum) ⁊ ambiguitatis: quia nescitur si aliquis est verus cardinalis: et similium euentuum mortuo vel incerto Papa (vt tempore magni scismatis inchoati sub vrbano sexto contigisse videtur) in ecclesia dei esse potestatem applicatiuam papatus ad personam seruatis debitis requisitionibus, ne perplexa sit asserendum est. Et tunc per viam deuolutionis ad vniuersalem ecclesiam potestas hec deuenire videtur, tanquam non existentibus electoribus determinatis a Papa ad representandum illam in hoc actu pro bono ipsius ecclesie. Jamenim ostensum est, quod ecclesie cura non sibi ipsi: sed petro a Christo commissa est: et propterea determinatio petri ad exercendum electionis actum nomine ecclesie preualet tam determinationi quam actui ipsius ecclesie: cuius nomine sed non autoritate fit.

¶ Quid autem de potestate depositiua sentiendum sit, inferius tractabitur domino concedente. Hec autem dicta sunt, vt pateat concilium seclusso papa, nec regulatiuam vsus papalis potestatis, nec legum conditiuam et interpretatiuam, nec applicatiuam omnis potestatis ecclesiastice ad personam potestatem autoritatiue habere: sed omnia a papa mendicare ipsum oportet.

¶ Et per hec etiam satis clarum restat, quod cõcilium non habet papalem potestatem suppletiue. Et si contra hec afferatur gesta in concilio constantiensi, tam dictum est quod propter incertitudinem pape et electorum in his que electionis actus exigebat admitti potest congregatio illa post vnionem tri um obedientiarum. Veruntamen perfectum ac indubitatum concilium absq; vero et indubitato papa et vno eorum contradicente esse non potuit, propter quod illius acta non nisi sub martino quinto autentica sunt: sub quo nihil gestum est a concilio sicut prius.

¶ In quo soluuntur rationes contra papam, q⁹ ecclesia sit tatum et autoritas eius maior: in sex. Cap.xiij.

Quod vero Dicitur Quod comparare ecclesiam pape est comparare totum parti integrali, de potestatibus ecclesiasticis loquendo (quia de his est sermo) facillimum est soluere: imo sophisticum monstrare, nam sophisma est. Nam sicut vnitas est paro numeri, ⁊ senarius numerus est maior vnitate ẽ vnalitate, ita papatus, qui est vnica potestas ecclesiastica, est pars totius numeri potestatis ecclesiastice. Et hoc modo potestas ecclesie est maior potestate pape, sicut totum parte, ⁊ hoc est dicere, quia sunt plures potestates quam potestas papat: quod gratis conceditur. Sed ex hoc non sequitur: quod potestas ecclesie sit maior, i. plus possit quam papa: in quo sensu disputatur. Unde puerile est, quod ex distinctione potestatis ecclesiastice in papatum, cardinalatum, episcopatum ⁊c. inferatur quod querere an ecclesia sit maior papa, est querere an totum sit maius parte integrali. ¶ Quod esse dicitur q⁹ ecclesie autoritas est maior autoritate pape in ser, falsum ⁊ erroneum est: quoniam si sumatur ecclesia vt distincta contra papam, nullo modo est maior papa, nisi amplitudine seu extensione numeri: q⁹ papa est vna potestas, illa multe. Et quo enim ostensum est: q⁹ papatus seclusso papa, non est in ecclesia nisi in po⁹ ministerialiter electiua (quia scilicet potest sede vacante papam eligere per cardinales, vel per seipsam in casu) ⁊ papatus est potestas suprema, ad quam spectat causas fidei determinare, ⁊ qui certus est, non eget amplius certificari: erroneuz est dicere, quod vltima decisio fidei non ad papam sed concilium spectat, ⁊ tanto magis erroneum quanto de concilio dicitur distincto contra papam. ¶ Et quoniam sola diuina assistentia causa est mobliquabilis directiõis ⁊ iudicij in ecclesia, ⁊ hic adest pape, ⁊ similiter papatus est potestas omnium aliarum potestatum coactiuam vim habens, ⁊ omnem potestatem virtualiter continens; consequẽs est quod auctoritatiue ecclesia non sit maior papa: sed econtrario in ceteris quinq; enumeratis capitulo. 10. Et sic patet quantaz cecitate percussus fuerit ille iterson, dicens q⁹ luce clarius ex principijs theologie deducta erat conclusio ista, quam monstra unus erroneam. Et rursus quam presumptuosus fuerit appellando doctrinam sanctorum, annis. 140. approbatam, pestiferam ⁊ perniciosissimam, Nec excusatur nisi affectata foue ignorantia ex declaratione concilij constantiensis in vna tantum obediẽtia sub Joanne. 23. papa dubio, ꝓfugo esset ⁊ reclamante, vt dicit.

¶ Opinio aliorum q⁹ in ecclesia seclusso papa est autoritas congregandi generale concilium. Cap.xv.

Et quoniam Inter singulares autoritates ro. pontif. potestas cõgregandi generale concilium computatur: ⁊ hanc aliqui putant alijs conuenire posse, ideirco in hac quoqs cõsilium pape comparandum specialiter est. ¶ Est igitur nonnullorum opinio, quod quamuis regulariter congregatio concilij spectet ad papam (vt in cap. significasti. de elect. ⁊ di. 17. per totum in decretis patet) in casu tamen aliquo congregari generale concilium potest. papa non consentiente ac etiã mortuo. ¶ Fundant hoc super illo principio scilicet. Regule ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca



rales patiuntur exceptiones. ꝓsertim vbi casus particulares incidunt variabiles modis infinitis, quod probatur ex epistia in quinto ethi. et gnomi in sexto ethic. virtutibus positis ab arist. ad has exceptiones. ¶ Ex his namq; oportet dicere: q; quandocunq; obseruatio legis dissiparet vnitatem que est finis legis: et obesset reipu. non esset in illo casu seruanda. ¶ Et propterea si Papa requisitus nollet necessarium congregare concilium, non est seruanda pio tunc lex, q; ad ipsum spectat congregare, sed ipso inuito congregari potest. ¶ Explanat aute ꝛ dictus Joan. Jerson tres in specie casus, in quibus congregatio generalis concilij sit legitime sine ꝑpa. Primus est dum desiit esse: quod tripliciter accidere potest scilicet vel per mortem naturalem, vel per mortem ciusdem: vt si cadat in perpetuam maniam: aut si ad eum captiuatum non pateat accessus: vel per mortem canonicam: puta depositionem. Secundus est, dum sufficienter requisitus Papa de conuocando concilium, renuit contumaciter in perniciem ecclesie: ꝓsertim si tangat ipsum. Tertius est, si cõcilium postea a Papa est legitime congregatum statuat certum tempus ꝛ locum pro celebrando generali concilio: puta intra quinquennium, vel de decennio in decennium, etiam vbi Papa renueret. ¶ De autoritate autem concilij sine Papa, dicit q; fulcitur et vitur autoritate primo Jesu Christi indefectibilis capitis ecclesie. Secundo legum suarum tam diuine quam naturalis: que hanc licentiam vel necessitati, vel manifeste charitati, vel religiose pietati concedunt. pio quo facit autoritas domini marci. xij. exclusantis discipulos a violatione sabbati exemplo dauid propter necessitatem. ¶ Sunt et alij duo casus positi a felino in ca. super literis, columna. 10. in fi. de rescrip. et ab Alexan. in. 17. di. capitulo synodum. Primus est in casu, quo Papa potest legitime deponi: quia ex quo concilio contra papaz distincto inest potestas deponendi Papam, oportet q; possit ipsum dispersum congregare vt deponat, alioquin cum papa deponendus nollet congregare concilium non posset deponi. Secundus est, cum dubia est electio facta de Papa: alioquin perplexa esset ecclesia, dum nesciret se habere Papam, et non posset obuiare. Et hoc modo consummata est congregatio concilij constantiensis, benedicto. 13. nolente conuium autenticare quamuis sua interesset.

¶ Quomodo verificetur q; concilium potest aut non potest sine papa congregari. (Cap. xvj.

Ad euidẽtiã Proposite ãbiguitatis scire oportet, q; aliud est loq; de cõuocatione ꝛ cõgregatione personarũ ex quib⁹ constitui põt concilium: et aliud est loq; de cõuocatione seu cõgregatione concilij. Primum enim significat solummodo cõgregationem ad simul esse quo ad locum, tempus, collationem mutuam et huiusmodi: secundum autem significat congregationem ad autoritative disponendum de vniuersali ecclesia. ¶ Et si de primo fiat questio, dicendum est q; regulariter spectat ad papam: sicut ad quemlibet principem spectat conuocatio procerum regni sui, et si ipso inscio huiusmodi conuocatio fit, suspitio generatur coniurationis. Ideo tamen non sic spectat ad Papam, quin in multis casibus possit ꝛ sine ipso ꝛ contra ipsum fieri. Et secundum hunc sensum verificari potest dictum aliquorum: quod concilium potest congregari sine Papa, ꝛ quod pape potestas congregandi concilium introducta est de iure positiuo: vt in cap. vltꝛ. di. 17. Alexã. dixit, pro quanto ad modum iuris positiui exceptiones patitur: et vana est questio de potestate sic congregandi, quando sunt vndecunq; congregati patres.

¶ Sed si de secundo modo congregandi fiat questio, distinguendum est q; duplex est concilium autoritatiuum: quoddam perfectum simpliciter: quoddam perfectũ ſm presentem statũ ecclesie. Vocatur cõcilium perfectũ simpliciter, qõ constat ex capite ꝛ membris: qõ põt simpliciter statuere ꝛ ordinare vniuersalez statũ ecclesie. Vocatur concilium perfectum secundũ presentem statũ: quod cõstat ex membris popularibus inuenitꝛ ecclesia in tali statu existente: ꝛ potest quo ad aliquid tantũ de vniuersali ecclesia se impedire. Et vtrunq; horum licet habeat latitudinẽ: q; concilium perfectus simpliciter fit capite presente per legatos, ꝛ capite presente personaliter, ꝛ hoc est perfectum in summo: de quo non est dubiũ q; errare in his que sunt fidei non potest. Quando autem fit per legatos, cum adhuc super sit papa: ad quem finalis determinatio eorum que sunt fidei ꝛ consequenter reliquarum causarũ spectat, ꝛ a quo sententia concilij confirmatur (vt patet ex dictis) si erraret in aliquo (vt de cõcilio basilien. patet) hz correctorem papã: sicut ꝛ illud habuit ꝛ habet. Concilium quoq; perfectum secundũ presentem statũ ecclesie pluribus modis contingit: q; ꝛ existente vno papa heretico deponendo: ꝛ existentibus pluribus pontificibus summis dubijs: quale fuit concilium constan. Licet inq; latitudo sit in vtroq; quo ad congregationem: tñ sic se habent, q; concilium perfectum simpliciter solus Papa potest congregare. Ita q; nec mortuo, nec heretico, nec quomodolibet alr se habente papa, põt concilium perfectũ simpliciter absq; pape ꝓsensu fieri: ꝛ si fiat, de facto nullo⁹ autoritatis est. ¶ Probatur hoc primo ex dictis: quia sez cõitas ecclesie sine papa non hz ptãtẽ papalẽ: nisi in potentia electiua: vt ostensum est. Concilij aũt perfectũ simpliciter includit ptãtem papalẽ in actu: ergo ꝓcilij hoc nõ est perfectũ simplr. ¶ Secundo. Quia si cõitas ecclesie absq; papa constituaret concilium perfectũ simplr, cũ ad tale cõcilij spectet ordinare simplr vniuersalem ecclesiã, ꝛ hoc sit propriũ vicariatus Jesu Christi (vt patet) sequit q; cõmunitas ecclesie esset vicaria christi, ꝛ sic Jesus Christus haberet in terris duos vicarios suos: ꝛ papa nõ esset vicarius Jesu Christi immediate: sed esset vicari⁹ vicarij, puta cõcilij acephali in terris: qõ non solũ est erroneũ, sed fatuũ. ¶ Tertio. Quia cum solus papa ex cura vniuersalis ecclesie habeat ptãtẽ determinandi de fide, ordinandi symbolũ, ꝛ congregãdi concilij (vt in. q. predicta. S. tho. probat ex rõne vnitatis fidei) sicut cura vniuersalis ecclesie ex iure diuino conuenit soli pape: ita hec specialia immediate ad ipsam curã vniuersalis ecclesie. ¶ Et confirmat hec rõ ex doctrina eiusdẽ. S. tho. in ꝑma scẽe. q. 100, ar. 8. Quescz ea q̃ sunt de iure diuino determinata ab ipso deo nõ solũ in cõclusione iustitie: sed etiã quantũ ad determinationẽ ad singulares actus, non sunt dispẽsabilia a prelatis ecclesie: sed a solo deo. Verbi gratia, quia a deo prohibita est simplex fornicatio, qõ est cõiungi non sue, nõ põt fieri ab ecclesia q; coniunctio cũ hac non sua sit quandoq; licita: sed solus deus hoc põt, sed deus in solo petro et successoribus posuit curam vniuersalis ecclesie: ꝛ non reliquit ipsi ecclesie curam suipsius: ꝛ ad curam vniuersalis ecclesie spectat concilij congregatio ꝛ celebratio: vt patet ex eiꝰ officio principali ergo solus deus põt in hoc dispensare. Hec hz locũ in hoc epistola aut gnome: qm expresse in. 5. ethi. dicitur, q; est directio iustitie legalis, quam nos iuo positiuum vocam⁹. quod quia ab homine est non potente prouidere ꝛ prouidere singulis euẽtibus defectibile est in casu: ꝛ tunc gnome in intellectu practico: ꝛ epistia in voluntate suppleant: non interpretando ambigua, sed manifesta spectando et eligendo: vt. S. tho. in secunda secunde. q. 120. arti. 1. ad tertium. aperit. Non est ergo regula hec vt morales, grammaticales, ciuiles aut canonice: sed diuini iuris, a quo excipi nequit. Et sic intelligenda sunt que dicuntur in di. 17. et propterea dixit. S. tho. q; sancti patres nihil possunt in concilijs cõgregati statuere: nisi autoritate ro. pontificis interueniente. ¶ Concilium perfectum secundum presentem ecclesie statum potest congregari sine papa, ꝛ eo inuito si requisitus non vult ipse illud congregare sed non habet potestatem ad ordinandum vniuersalem ecclesiã: sed ad prouidendum illi casui tunc occurrenti. ¶ Et licet casus humani variabiles sint infinitis modis (pura si contingeret mors omnes electores pape: si contingeret tale quid, quod electores nõ possent eligere sine cõuocatione concilij, ad reprimendum dicerem vel pacificandum ꝛc.) omissis his ꝛ similibus duos tantum certos casus, et qui fuerunt quandoq; et possunt esse, assero: in quibus concilium tale cõgregandi est. ¶ Primus est, si papa propter heresim est deponendus, tunc enim ex quo requisitus renuit, possunt cardinales, potest imperator, possunt prelati congregationem vniuersalem facere, in qua erit non vniuersalis cura ecclesie, sed tantum depositua potestas Pape: et electio ad solos cardinales (ad quos de iure spectat) pertinebit. Probabitur hec, cum de depositione Pape inferius agetur. Secundus est, quando Papa vnus vel plures incerta electione laborant: vt contigisse dicitur in magno scismate vbam sexti, et aliorum. Tunc enim ne perplexa sit ecclesia: nulla membra ecclesie que inuenium tur, potestatem habent iudicandi verum si potest scire: et si certi nequit, prouidendi q; electores in vnum eorum vel alium conueniant, ꝛ si certi electores nescirentur, cum electio ad ecclesiam deuoluta sit, ex ipso electorum defectu concilium sic imperfectum eliget vt in concilio constan. factum videtur in electione martini quinti.

ꝛ In alijs autem recitatis casibus nulla necessitas apparet talis concilij, nam si non sane est mentis perpetuo, et hoc cõstat, alius eligit a cardinalibus potest: quoniam mortuus est papa vita rationali non solum in actu (vt dormiens: aut ebrius, aut phreneticus) sed in potentia naturali. Constat autem, quod papa eligit in pastorẽ ecclesie ſm vitam rationalẽ: ꝛ ꝓpterea non est trepidandũ timore, vbi nõ est timor. Et si dubium esset de sanitate recuperanda, expectandum est, sicut in diuturnis egritudinibus. ꝛ Posset quoq; propter dubios euẽtus statuto pontificis obuiari huic casui, si statueretur, q; Papa insanus factus tãto tẽpore expectetur: ꝛ si post, nullũ vestigium sanitatis recuperãde appareat, et a collegio medicorum iudicatus incurabilis fuerit, censeatur mortuus, ꝛ apostolica sedes vacare. Et quo namq; quilibet sub ista lege pontificatum acceptaret, ꝛ eam nõ renocaret tacito cõsensu renunciare, aut depositionem acceptare se profiteretur adueniente tali casu, ꝛ sic si post electum alium põtificem sanus fieret, papatum repetere non posset, a quo semel rite eccidisset. ꝛ Ex eo autem q; Papa captus esset, ꝛ non pateret accessus ad eum, aliter non esset creandus, petrus namq; seruabatur in carcere nullo patente accessu (vt patet ex actibus apostolorum) ꝛ tamen non est electus aliter, sed oratio facta sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo, ipsum liberauit. Numquid abbreuiata est manus domini, aut tamen dum fieret terminus domino intra quem debeat liberare Papam, vt fecit cajas cum illis de bethulia: ꝛ repehẽsi a nuditb sunt vestri um diem constituistis et: vt patet iudith. 7. et. 8. ꝛ Posset tamen in hoc ꝛ in precedẽti casu, pontificio statuto prouideri, quod a Cardinalibus eligeretur vnus, qui vices pontificis in omnibus ꝛ per omnia illo fatuo aut isto incarcerato durante obtineret. Et tunc ille electus posset omnia facere in vtroq; foro: sicut modo potest summus penitentiarius in foro conscientie absoluere autoritate iuris, mortuo pontifice, vel fatuo, vel detento. ¶ In casu autem quo Papa non hereticus certus ꝛ indubitatus renuit requisitus congregare concilium, ꝛ statutum esset concilij generalis cum omnibus clausulis derogatorijs (vt constantiẽsi. ceperunt. et basilien. apposuerunt) nescio ad quid congregatio ista fieret: cum nihil posset facere, quod rentens Papa non posset irritare. Pro erronea ergo habenda est omnis opinio, dicens concilium perfectum idest habens autoritatẽ disponendi, ꝛ statuendi simpliciter de vniuersali ecclesia posse absq; Roma. pontifi. autoritate celebrari seu congregari: quia derogat singulari priuilegio potestatis Papalis: cõcesso sibi a Christo imediate: vt patet ex dictis.

¶ Dicentibus autem quod quia concilium constantien. in sessione. 39. ꝛ post basilien. in sessione. xij. constituit cap. frequens. ideo etiam inuito pontifice de decennio in decennium potest celebrari cõcilium etiam perfectum: propter autoritatem statuti. Respondendum est, quod sunt in magno errore: ꝛ quod in veritate scismatici operã dant tales. ꝛ tanquam scismatici puniri possunt. si sic exquerentur: quoniam rebelles sunt Roma. pont. qui est supra totũ ius positiuum, ꝛ constat q; determinatio temporis ꝛ loci concilij de iure est positiua. Et si doctores aliqui inueniuntur sententes, quod quia tempus interpellat ꝛ autoritas deuoluitur ad alios, et huiusmodi: aut sunt sectatores aliius erroris, q; concilium est supra Papam aut loquuntur stante statuto in roborẽ, ita q; Papa non tollat, aut interpretetur, aut dispenset aut prohibeat. ¶ Quod ad negationem vero consensus requisiti pape ad congregandum concilium: quia tantum ponderatur, sciendum est: q; oportet hic discretione vtinam si requiritur a viris pacificis: quos preterita et perfecte anos vite ac morum integritas commendat: ꝛ subest causa concilij (puta heresis vel scisma) debet papa annuere: ꝛ nunquã credo q; fuerit papa, qui negauerit. sic rebus se habentibus. Si autem requirantur a viris, qui volunt alligare onera alijs, et digito suo nolunt mouere ea, qui pascuum conciliorum statuta non seruant, ambitiosis, insanabilibus suarum passionum sectatoribus et huiusmodi pro reformatione ecclesie: nonne responsio Christi conuenit: filij pochnita estote primum trabem de oculo tuo: et tunc pertpicies vt educas festucam de oculo fratris tui: presertim qõ melius potest papa solus reformare ecclesiam inchoando sponte a templo et suis quam per concilium, oportet enim primo seruare que scripta sunt: ꝛ deinde alia scribere statuta. Sufficiens quoq; est causa negandi consensum concilio, probabilis timor vsurpãde autoritatis a Concilio supra Papam: vt Basilien. mox ostenderunt bis: fez cũ primum inchoarũ est cõcilium. sessione. xij. ꝛ cũ iterũ redintegratũ fuit ab Eug. sessione. xviij. Finis essi cõcilij, est pax, que per istam vsurpationẽ perturbatur: vt experientia rerũ magistra testatur. ¶ Ex his igitur patet, q; inter extraneas opiniones de congregatione et celebratione Concilij, absq; Pape consensu: media via sola vera est, quam declarauimus, scilicet, quod Concilium perfectũ simplr: minq; perfectũ vero cõcilij ſm presentẽ ecclesie statum quãdoq; sine papa, ꝛ contra ipsum cõgregari ꝛ celebrari potest. Et secundum hanc distinctionẽ potes diuersa, si vis, dicta doctorum saluare.

¶ In quo incipiat comparatio potestatis ecclesie ꝛ pape in casu heresis. Et primo de modo quo papa propter crimẽ heresis suo ijcitur concilio secundum vnam opinionem. (Cap. xvij.

Post collatam potestatem pape cũ autoritate ecclesie ꝛ concilij generalis simpliciter et absolute, et manifestationem superioritatis pape supra ecclesiam vniuersalem ꝛ cõcilium vniuersale: consequenter cõparanda est autoritas concilij ad papam in casib⁹. Et primo in casu heresis: deinde in casu incorrigibilitatis ꝛ aliis casibus: ꝛ demum in euentibus. ꝛ Et quoniam innata est nobis via ex certioribus nobis in minus certa, supponamus cum doctoribus, ꝛ communi animi cõceptione ex ca. si papa. di. 40. q; Papa propter crimen heresis potest deponi a concilio generali: ꝛ inuestigemus modus depositionis, ꝛ potestatẽ depositiuam: vt sic nosse possimus an Papa in aliquo casu sit subditus concilio seu ecclesie vniuersali.

De modo Quo papa propter crimen heresis deponitur, varia est opinio. Quidam dicunt q; hoc fit propter defectum subiecti. Subiectum namq; papatus dicunt esse hominem fidelem: ac per hoc sicut deficiente vita corporali per mortem desinit subiectum papatus: ita deficiente fide in illo homine qui est Papa per heresim, desinit subiectum Papatus. Fundatur hec opinio super hoc: q; fides constituit viatorẽ in hoc q; esse membrum ecclesie christi. Idque enim adiuncta alia propositione scilicet qõ negatio priuat inducit negationẽ posteriorus in essentialiter ordinatis ordine cause formalis (que patet inductiue: si enim non est animal, non est homo, ꝛ si non est color, non est albedo: ꝛ sic de alijs) subiungunt. Sed esse membrum ꝛ esse caput sic essentialiter ordinata, quod esse membrum est prius qm esse caput, vt patet: quia caput oportet esse membrum: sed non econuerso. quod igitur non est membrum, non est caput. Et sic homo carens fide (qualis est hereticus) non est mẽbrũ ecclesie: igitur non est caput eiusdẽ. ac per hoc cũ papa nihil aliud sit qm caput ecclesie, eo ipso quo fit sine fide, fit nõ papa. Et hoc est qm sub alijs verbis ab alijs dicitur, q; cum papa fit hereticus ipso facto tunc quo fit distinctio fidelium ab infidelibus: est primatus papatus. Et quãdo per ecclesiam propterea deponitur: non iudicatur neq; deponitur papa: sed quitam indicatus est (quia non credit. ſm verbũ dñi Joan. 3.) ꝛ quitam depositus est, dum propria voluntate trãsfugatus est extra corpus ecclesie factus infidelis, declaratur iudicatus et depositus. ꝛ Primam autem propositionẽ radicem huius opinionis (que sola negari in hac ratione potest) fundant super autoritatibus plurimis: quibusdam dicere ex ratione fidei ꝛ ecclesie: quibusdam ex consequentibus ad esse extra fidem ꝛ ecclesiam id testantibus. Ex ratione fidei quatuor afferuntur autoritates. ꝛ Prima sit auctoritas matꝰ. 16. super hanc petram edificabo ecclesiam. sine eñ per petram intelligatur christus, sive petrus, sive confessio fidei, in idem redit quo ad fidei rationem: ipsa enim semper inuenitur fundare ecclesiam. ꝛ Secunda est abacuch. 2. ꝛ apostoli ad ro. 1. et hebꝛ. 10. iustus ex fide vivit. Sicut autem viuere viuentibus est esse in naturalibus, ita in ecclesia viuere est esse in ea: bene viuere autem est per charitatem. ꝛ Tertia est apostoli ad hebꝛ. xj. Fides est sperandarũ substãtia rerũ. Substãtia eñ primũ locũ tz. ꝛ Quarta est sancti tho. in tertio sen. di. 13. q. 2. ar. 2. q. 2. expresse dicentis, q; homines infideles non pertinent ad vnionem corporis ecclesie, secundũ q; est vnum simpliciter, ꝛ ideo respectu horum christus non est caput nisi in potentia. ſm q; sunt visibiles corpori. ꝛ Ex ratione ecclesie afferitur diffinitio ecclesie scilicet quod est collectio fideliũ. de conse. di. 1. ca. ecclesia. ꝛ Ex cõsequentibus vero ad esse extra fidem ꝛ ecclesiã multe afferri possunt autoritates, dicentes ad statũ extra fidẽ ꝛ ecclesiã consequi extra cõmunionẽ fideliũ, sine claubus, sine potestate, sine honore, sine officio pascẽdi oues. Fieri ꝛ esse, pecula cõmunione fidelium hereticos facimus: inpamis dñs numeri 16, recedite inquit a tabernaculis impiorũ dathan scilicet ꝛ abirõ, scismaticorum. constat enim omnes hereticos esse scismaticos. Deinde paulus apostolus ad gal. 1. si angelus de celo euangelizet vobis preter id quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Et secundum ad thessalo. 3. rogamus vos fratres in nomine domini nostri Jesu christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinate, ꝛ nõ secundum doctrinam quam acceperũt. Et. 2. ad cor. 6. nolite iugũ ducere cũ infidelibus: que eñ participatio iustitie cũ iniquitate? aut que societas lucis ad tenebras? que autem cõuentio christi, ad belial? aut q; pars fideli⁹ cũ infideli? Demũ ioan. euãge-

Universidad de Deusto
Biblioteca



lista. 2. Joan. 2. Si quis venit ad vos, ⁊ hanc doctrinam non affert: nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. ℭ Amissionez claudum Ambrosius in pasto. (⁊ habetur de pe. di. 1. ca. verbum) explicat. Dominus par ius ⁊ soluendi esse voluit ⁊ ligandi, ⁊ subdit. Certum est q ecclesie vtrunq; licet, hereſis vtriusq; non habet, Honorius vero ⁊ prãtis pditionẽ cipiant⁹ promulgat: vt habet 7. q. 1. ca. nouatianus. ℭ Ut necvnitatem spiritus nec communionem pacis obseruat: ⁊ se ab ecclesie vinculo atq; sacerdotum collegio separat: nec episcopi potestatem poterit habere nec honorez. Est. 24. q. 1. ca. didicimus, dicit omnes omnino hereticos ⁊ scismaticos nihil habere potestatis ⁊ iuris. Ad idem est gelasius ibidez in ca. agathinus. Ad idem est expresse. s. Tho. in secunda secunde, q. 39. ar. 3. volens q potestas spiritualis iurisdictionis non maneat in hereticis nec quo ad vsuz nec quo ad substãtiã: ita q si qd fecerint: nihil est actum. ℭ Officium pascendi oues admist Augu. in sermone de pasto. tractans illud canti. 1. pasce hedos tuos. ⁊ dicens, Manenti petro dicitur, pasce oues meas: exeunti hereticꝰ, pasce hedos tuos. Et hanc sententiam repetit in epistola ad vincentiuz. ℭ Ex his omnibus clare patet radicalis illa propositio, q fides facit membrum ecclesie. Si enim secluso iure positiuo (vt loquuntur) cum perditione fidei remanerent membra in locio suis, non esset eis subtracta communio non honoꝝ, non potestas, non officium: vt de se patet. Imo subtractio sola potestatis sufficit ad propositum: quia papa sola potestate iurisdictionis constituitur. ℭ Confirmatur q hec positio: ex eo q papa hereticus est excommunicatus: vt patet ex glosa in ca. agathius. 24. q. 1. dicẽte, Hmodi est casus, in quo papa papam ligare potest: in quo papam canonem late sententie incidit. ℭ Nec huic obuiat illa regula: q par parem soluere vel ligare non potest: quia si papa est hereticus est minor quolibet catholico: vt habetur. 12. q. 1. ca. audiuimus. Hoc idem Hug. dicit in ca. inferiori. di. 21. Est etiam accusandus: adeo (vt glo. in. cap. si papa, di. 40. dicit) q papa non potest statuere, q non possit papa accusari de hereſi. Est etiam iudicandus: vt in dicto ca. si papa habetur. Que omnia arguunt hereticum non esse papam, sed minorem. Et ad hoc est. s. Tho. in quarta di. 19. q. 2. ar. 1. 2. q. 3. ad primum: tractans illud ad gal. 2. quomodo paulus restitit in faciem petro, dicit q non debent prelati a subditis coram multitudine corripi nisi imminꝛet periculum fidei: tunc em prelatus minor fieret: si in fidelitatem laberetur: et subditus fidelis maior. Constat enim q non de maioritate z minoritate charitatis loquitur: quia hoc est commune omni peccato mortali: sꝫ potestatis, qua prelatus preest subdito. ergo vt prius. ℭ Ex his autem infertur, q in vtroq; modo quo certus papa viuens desinit esse papa, eadem est causa desitionis, scilicet propria voluntas illius qui est papa. nam renunciando propria voluntate, abdicat a se esse caput ecclesie: hereſim autem amplectendo: propria voluntate aufert a se esse membum ecclesie: et consequenter esse caput. Et sic ex nullo certo modo desitionis pape viuentis: habetur q papa in uitus deponitur: propter quod remanere dicunt inconcussum: qꝺ papa manens papa non habet superiorem in terris potestatem.

¶ De modo, quo papa hereticus subijcitur concilio secundum aliam opinionem. Cap. xvij.

Quãuis Autem dicta positio illustrium sit virorum ⁊ communis videatur esse: nõ placet tamen omnibus: cõtradicunt nanq; duobus ponentes duas propositiones. Prima est, q papa hereticus non est ipso facto depositus: sed deponendus. Secunda est, q papa hereticus manens papa, habet superiorem iudicez in terris, concilium vniuersale. ℭ Primam propositionem licet multipliciter probent, quatuor tamen solum afferẽtur: quia in his consistit vis. ℭ Primo ex facto marcellini, et glos. di. 21, ca. nunc autem, qui idololatra non fuit depositus: ⁊ fuit sanctus. Et glo. affert Hug. dicentem, quia paratus erat corrigi: non deponitur: vt. 24. q. 3. dicit apostolus. ℭ Secundo ex ca. audiuimus. 24. q. 1, vbi dicitur de episcopo hereticꝰ. Si autem in corde suo nouam hereſim confinxit: ex quo talia predicare cepit: neminem damnare potuit. Ante igitur q̃ publicaret hereſim: damnare potuit: et sic non erat depositus ipso facto.

ℭ Tertio, Quia alij prelati non sunt ipso facto priuati: sed perseuerant in prelationibus suis redeuntes ad penitentiam. ergo nec papa: cum non sit deterioris conditionis. Assumptum patet. 1. q. 7. maximum.

ℭ Quarto quia (vt patet extra de here. cum ex inuncto) ad eundem pertinet instituto ⁊ destituto: sed institutio pape pertinet ad electores: ergo ⁊ destitutio, absq; ergo iudicio electorum non destituitur papa. ℭ Secundam autem propositionem: q papa hereticus manens papa habet iudicem in terris vniuersalem ecclesiam: probant quo ad primam partem sic. Papa hereticus est accusandus ⁊ iudicandus secundum omnes: vt habetur di. 40. si papa. ⁊ non est ipso facto depositus: vt probatum est. ergo habet iudicem, coram quo accusetur: et a quo iudicetur. Quo ad secundã ex eo q ecclesia vniuersalis seu vniuersale concilium est supra papam in hoc casu: vt communiter tenetur.

¶ Examen illius propositionis, papa hereticus est ipso facto priuatus papatu. Cap. xvi.

Remissis Duobus modis dicendi contra rijs quomodo papa hereticus desinit esse papa: examinãda primo occurrit illa propositio, que est fundamentum primi modi, an sit vera. Et breuiter facile ostenditur: q est falsa simpliciter quanuis fortetracta ad aliquem sensum: sit vera. Monstratur igitur, quod nec iure diuino nec humano papa hereticus est ipso facto priuatus: tali ratione. Alij episcopi si fiunt hereticꝰ, non sunt ipso facto priuati iure diuino aut humano: ergo nec papa. Sequela patet: quia papa non est deterioris conditionis: quam alij episcopi. Assumptum probatur sic: episcopus discredens contra fidem, solo actu interiori est vere propinquus et perfecte hereticus: ⁊ nõ est priuatus potestate iurisdictionis ipso facto: ergo perfecte hereticus episcopus non est priuatus ipso facto. ℭ In hoc processu sunt due propositiones, Prima qꝺ solo actu interiori constituatur perfecte hereticus. Et hec est manifesta per scripturas hereſis est peccatum mortale oppositum fidei: que perfecte consistit in solo actu interiori: cuius effectus est confessio exterior: iuxta illud ad Romanos decimo, corde creditur ad iustitiam, oze autem confessio fit ad salutem. ℭ Secunda autem probatur: quia potestas iurisdictionis inest huic homini qui est episcopus ex simplici commissione hominis, vt. s. Tho. expresse dicit in secunda secunde, questi. 39. arti. 3. Ex hoc enim deducitur intentum sic. Episcopus hereticus solo actu interiori: nullo hominis iudicio fidei tuus ex hoc est: quia solius dei est iudicare de interioribus puris: iuxta illud primi reg. 16. homo videt que foris sunt, deus autem intuetur cor. Et prime ad corinthios quarto, apostolus dicit, nolite ante tempus iudicare: donec veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum: ⁊ manifestabit consilia cordium. Propter quod talis hereticus non est excommunicatus: non enim potest ecclesia excommunicare, quod nõ potest iudicare. Ergo multo minus est priuatus iurisdictiõis potestate: que est ab hominis commissione: vtrunq; enim est humani iudicij, committere. s. ⁊ auferre illam: ⁊ dixi multo minus: quia plus exigitur ad incurrendã priuationem ipso facto: quam ad incurrendam excommunicationem: quoniam incursus censurarum non requirit declarationez: sicut incursus priuationis apud iuristas. ℭ Ad hanc rationẽ non video respõsionem: nisi dicatur q potestas iurisdictionis non est ab homine: quod est primo contra sanctũ Tho. Et secundo cõtra sententiam omnium doctorum catholicorum, sentientium q a petro omnis iurisdictio in totum residuum ecclesie corpus manauit et manat: iuxta illud leonis pape, ca. ita dominus di. 19. Ita dominus huius muneris sacramentũ ad omnium apostolorũ officium pertinere voluit: vt in beatissimo petro apostolorũ omnũ summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi a quodã capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Ad hoc idem sunt tot auctoritates ⁊ rationes: quot sunt ad ostendendam vnitatem capitis ⁊ membrorum ecclesie militante: propterea nolo immorari: sed pro constanti supponere. ℭ Et si dicat, q non est par ratio de papa ⁊ alijs episcopis in hoc casu: quia potestas iurisdictionis in alios episcopis est ab homine: in papa vero est a deo immediate: ⁊ propterea merito accidit vt episcopi, quorum potestas est ab homine, nõ sint ipso facto priuati (quia homo videt que foris sunt, ⁊ papa cuꝰ potestas est a solo deo: sit ipso facto priuatus: quia deus intuet cor. Et hec obiectio facile excluditur: discernendo inter opus dei ⁊ opus hois. Quod enim in papatu sit potestas iurisdictionis a deo hominis. Quod enim in papatu sit potestas iurisdictionis a deo est immediate: iuxta illud Matth. 16. quodcunq; ligaueris super terram ⁊c. Quod autem papatus ipse habẽs hanc potestatẽ sit immediate ab homine: ab homine est (sola petri persona excepta: quẽ deus ipse papam fecit Joan. vlti. pasce oues meas.) nam ab homine eligitur hic homo, vt in eo sit papatus. ℭ Et quoniam cui⁹ deponitur papa, non aufertur potestas iurisdictionis a papatu, qꝺ esset auferre opus dei (quoniã vt dicitur ad ro. xj. sine pniã sunt dona dei) sed auferetur prãs iurisdictionis ab hoc homine, in quo nõ fuit politia a deo immediate, sed mediãte iudicio hũano: ideo cadit rõ est de



papa ⁊ alijs ẽpis, quo ad perditionem potestatis iurisdictionis a deo seu iure diuino. In vtriusq; enim a deo cum sit mediante iudicio humano, consequens est q nõ auferaꝛ a deo immediate, sꝫ mediante humano iudicio: ac per hoc nõ aufertur per id qꝺ humano iudicio secundum se non subiacet. s. occultã in solo corde hereſim.

in ꝓposito in custediã poni: quãto magis seuiẽs in perditionẽ ruit: papa gladio papalis potestatis abutens: illo puniendus est tanq̃ phreneticus ꝛ ebrius suarũ passionũ cõmotione actus. Logit cũ alios male facere suo exẽplo: vt apostolus testatur ad gal. 2. di. quis ad petrum: cogis gentes iudaizare: glo. conuersationis exemplo. ¶ Et confirmatur, quia si papa vellet mulierem opprimere vel occidere: posset ꝛ repelli ꝛ percuti ꝛ occidi: cum moderamine inculpate tutele: a fortiori si oppugnat ecclesiam: si occidit animas: resistendum primo: ꝛ si opus est occidendus depositione est. ¶ Et confirmatur hoc ex ratione finis prãtis accepte: q. s. ad edificationẽ est: ꝛ nõ in destructionem. ¶ Tertio ex parte obligationis ipsius ꝑape, tenetur esse papa ad purgationẽ sui cum infamis est de crimine scãdaloso: vt patet de damaso accusato de adulterio: teste hiero. de viris illu. et de sixto: leone ꝛ simacho, secunda questione septima. ¶ Et probatur ratione: q: tenetur pascere oues suas. ꝛ constat q scãdalũ depascit oues. Purgationi autẽ subiectus si deficit indicandus est. igitur papa potest ab ecclesia de alio crimine q̃ de hereſi iudicari. ¶ Et confirmatur autoritate gregorij. in ca. si quis secunda questione septima vicentis: Si quis super hoc nos redarguere voluerit, vel extra autoritatem facere nos contenderit, veniat ad sedem apostolicam, vt ibi ante confessionem beati petri mecum iusse discepter, quatenus vnus ibi ex nobis suscip. ꝛ sententiam suam. Nec hoc inquit Ierson ex humilitate, sed ex debito gregorius fecit. ¶ Quarto ex parte ecclesie. Quia sicut papa sponsus potest dare libellum repudij ecclesie sue sponse renuntiando papatui: ita econuerso (cum non deberent quo ad hoc impari iure censeri) ꝛ potior adducitur ratio pro ipsa contra sponsum: vel quia prostituere eam querit quantuz in se est, vel tyrãnide seua laniando eam, vel placitando bona sua dissipando, vel quia abuti conatur ea in perniciem filiorum. ¶ Et confirmatur hoc. Quia ad communitatem totam spectant puncipia correctio vel destitutio apud aristo. in 5. politico. si inemendabilis perseueret. Et hec potestas inauferibilis vel inabdicabilis est a communitate libera: ꝯto magis hoc habebit ecclesia. ¶ Quinto ex parte diuine prouidentie. Cum enim dei perfecta sint opera, ꝛ ecclesia opus ipsius immediate sit, multo magis q̃ synagoga, cui tamen dicit, quid vltra tibi debui facere, ꝛ non feci esaie. v.) oporet ecclesie regimen ꝛ corpoi perfecte prouisus esse. Constat autem q perfectum non est corpus, quod non potest putrida a se membra abiicere vel sanare: sed cum totius dãno euidenter emergente oportet sustinere. Et similiter non est perfecte dispositum regimen, quod non potest commune bonum ꝛ necessarium conseruare, abiiciendo manifeste ꝛ notorie commune bonũ vsurpantes, diripientes ꝛc. Hec enim omnia papa notorie scandalizans, symonia, luxuria, blasphemijs, tyrãnide, promotione indignorum ꝛc. manifeste facere contra bonum charitatis cõmune ecclesie militantis ꝛ triumphantis bonum. ¶ Sexto ex parte decretorum ꝛ gestorum concilij constantiẽ. ꝛ Basiliẽ. In cõcilio namq; Cõstãtiẽ, depositus fuit io. xxiij. quem ipsi tenebant vt verum papam, ꝛ benedictus. xiij. de consensu sue obedientie. In cõcilio quoq; Basiliẽ depositus fuit eugẽ. iij. ꝛ creatus felix. multiq; olim depositi sunt pontifices non propter hereſim: vt felix, stephanus, christophorus, benedictus, greg. vj. ioan. xij. ¶ Et confirmatur locus iste autoritate multorum doctorum sentiẽtiũ idẽ quod concilia illa: vt patet de glo. in ca. si papa. di. xl. ꝛ sequacib⁹. ¶ Septimo ex parte nature iudicij humani. l. ꝑm allegata ꝛ probata vel ꝑsumpta iudicãtis. Quo fit, vt rõne ꝑsumpte hereſis papa non hereticus deponi possit in multis casibus. l. dũ ꝑsumitur hereticus ꝓpter cõtumaciã: iuxta ca. cũ cõtumacia. de here. li. vj. Vel per mãstionẽ in excõicatione per annũ deficiente purgatione iuxta ca. excõicamus. extra de here. Vel dũ timore mortis actus hereticales exterius tantum fecit: vt de marcellino dicit. Vel ꝯmuti timore verba hereticalia absq; intẽtione ꝓtulit: vel si per falsos testes conuincitur hereticus relapsus: vel dum suam excusationẽ in causa fidei probare non potuit. Ex his ꝛ similibus creditur papam in casibus pluribus incorrigibilibus subesse iudicio concilij generalis, sic vt possit ab ipso deponi.

¶ Discussio ꝛ determinatio, ad quam legem spectet, determinare casus in quibus iudicio concilij subest papa. Caput. xxv.

**Dicte autem** opinioni communis sententia doctorum theologorum ꝛ canonistarum antiquorum obuiat, tenens q si sit catholicus papa non iudicatur a q̃cũq; iudice in terris: iuxta ca. si papa. xl. di. ꝛ ca. oues. ij. q. vij. ¶ Et quoniam hinc inde multum disputatur, oportet primo videre in quo consistit hec difficultas, vnde scilicet questionis veritas pendet: quo ignorato veritas huius latet, ꝛ quo cognito veritas liquet. Nisi enim hoc sciatur, continget quidem aliquẽ verum assequi, sed nescire se verũ assecutũ. ¶ Sciendum est igitur, q tota difficultas pendet ex hoc, an iure diuino vel humano papa in casu criminis quodcũq; sit illud, deponendus sit potestate ecclesie seu concilij. Si enim lex diuina exigitur ad faciendam exceptionem hanc. l. q in casu criminis hereſis posset ab ecclesia deponi, lex quoq; diuina exigitur, stante q ꝓpter tale crimẽ, puta notorium scandalizans ꝛ perinaciter deponi possit. Et si solum ius humanum sufficit ad statuendum q papa in casu hereſis est deponendus, solum quoq; ius humanum sat est ad statuendum q papa propter notorium crimẽ deponatur. ¶ Dicẽtes q ius diuinum exigitur, fundãtẽ super hoc q licet petrus potestate ministeriali ecclesie sit tunc̃is papatui, factus tã papa diuina lege est supra ecclesiã ꝛ cõcilia: ac per hoc nulla inferiori lege potest subiaci (nec simpliciter nec in casu) concilio aut ecclesie, sed sola diuina lege. Et quia lex diuina in solo casu hereſis subduxit illum ꝓtãt ecclesie ministerialis, vel vt aliis placet autoritatiue, ideo in solo hoc casu iudicari deponiq; potest. Quod enim casus hereſis inueniatur exceptus in lege diuina patet ex multis inductis textibus sacre scripture, expresse separationem ab hereticoquocunq; indicentibus. Quod autem solus sit exceptus, patet ex sententia saluatoris Matth. xxiij. super cathedram moysi sederunt scribe ꝛ pharisei: omnia ergo quecunq; dixerint facite. Sm autem opera eorum nolite facere. Ubi dominus aperte statuit subditos debere audire prelatos male vite, ꝛ bone doctrine. Constat autem q doctrina ad fidem spectat, vita autem ꝛ opera ad malos mores aliorum criminum: secundum igitur sententiam domini, audiendi sunt fideles prelati q̃uis mali. ¶ Confirmatur quoq; eadem sententia a petro apostolo in prima epistola. ij. ca. Obedite ꝓpositis vestris, non tantum bonis ꝛ modestis, sed etiam discolis. ¶ Dicentes autem, q ius diuinum non exigitur sed deus reliquit hoc in manu consilij humani, sicut ꝛ multa alia fundant se super hoc, q opus pure humanum secũdum se nec bonum nec malum moraliter, subiacet plenarie legi humane: consilio autem inter petrum ꝛ papatum est opus pure humanũ quãdoq; bonum: quandoq; malum, ergo subiacet plenarie legi humane: ac per hoc lex humana disponere potest de illa connunctione, quod quando est bona perseueret, quando mala dissoluatur. ¶ Dicunt opus pure humanum ad differentiam operationum sacramentalium que non sunt pure humane. In connunctione autem petri cum papatu sola humana actio interuenit conungens electionis actu vtrumq; supponẽdo materiam formẽ: vt patet ex hoc, quod si cessat a papatu (vt celestinus fecit) nihil diuini operis in se restat: sicut restat in ẽpo renuntiante, et in sacerdote degradato potestas ordinis a deo data, sine penitentia namq; sunt dona dei: vt dicitur ad ro. xj. ¶ Dixi secundum se nec bonum nec malum moraliter, ad differentiam actuum secundum se bonorum: vt credere, amare q̃q; deum ꝛc. ꝛ secundum se malorum: vt blasphemia dei, maledicium, et similia: hec enim naturali diuinoq; iure regulantur. Connunctio autem petri cum papatu quandoq; bona est: vt patet in tot sanctis Ro. pontificibus. et quandoq; mala: vt patet in multis eisdem sceleratis, quos vtinam ignescire licuisset. ¶ Et confirmatur. Quia potestas ministerialis existens in ecclesia ad connunctionem petri ꝛ papatus, regulatur humana lege: vt patet de actu electionis pape, qui irritus ꝛ nullus ab humana lege si non seruatur redditur. Unde sicut bonifacius papa et martyr, pro mulgauit, quod in casu hereſis potest papa iudicari et deponi, potest alia lege humana promulgari quod pro symonia in beneficio possit deponi, et sic de aliis maximis excessibus, obseruata consonantia legis humane ad naturalem et diuinam legis. Icet iam sine noua lege (quia in defectu manifesto humane legis habent gnome ꝛ epistria) posset papa ex notorio excessu, scandaloso ꝛ incorrigibili deponi, sicut ꝓ hereſi.

**Siquis autem** diligentius perspiciat, videbit q diuina lege opus est statuente casus depõitus pape, nec vlla lege humana potuit potuit hoc fieri. Ds probatur ex rõne humane legis breuissime ꝛ clarissime sic. Omnis lex ecclesiastica potest tolli ꝛ mutari a papa: ergo nulla lege humana pot cõtra papã inuitũ ꝓcedi. Ads constat ex eo, q est ds iuris positiui. Consequentia est euidẽs: quia ex quo pot tollere legem: ꝛ nõ vult subire ipsam: tollet eã ꝛ sic cõtra eum fiet. ¶ Et licet hec ratio sufficiat: q: papa diuina autoritate hoc pot: ꝛ nulla deuolutiue: iterceptione: inchoatione: appellatione: suspensione: aut quouis alio termino potestas sua minuitur aut impedit in his que sunt positiui iuris: attamẽ ex ꝓpriis rationibus prãtis ecclesiastice ꝛ currentis ad ꝓpositũ: ide ostẽditur. Quadruplex nãq; prãs hic noiaf. ¶ Primo prãs papalis, de qua cũ par in parẽ nõ hẽat imperiũ: nõ ops q̃ solicitari. ¶ Secõo prãs ecclesie seu cõcilij vniuersalis supra papam simpliciter ꝛ absolute. Et hec nihil est: sed chimera. vnde nullũ effectum in mille q̃ngentis annis in ecclesia dei habuit: nisi eẽ iura positiua subiecta sunt, ꝛ fuerũt semp pape, velut nolit concilium: testante hoc vniuersalis ecclesie ꝓ orbem diffuse obseruãtia. ¶ Tertio potestas autoritatiua concilij supra papam in casu criminis, puta hereſis. Et hec potestas licet minus rationabiliter poni videat, verũtamẽ attestantur ꝓposito: q: ponentes eũ in solo casu a diuina lege statuto debent eam posse exire in actum. ¶ Quarto est potestas ministerialis ecclesie, que habet ꝓ obiecto: quia cũ ipsa nõ se directe extẽdat supra cõiunctionẽ petri ꝛ papatus papam, vt pote superiorẽ iam nominatũ. ac per hoc minus re dispositiues cõiuncti. l. petri pape disponentes ad dissolutionẽ cõiunctionis: nã dispositiones tales adueniũt cõiuncto iã facto: ad quod nõ se extẽdit potestas ista. Et ꝓterea nisi diuino aut naturali iure dispositio petri pape ad dissolutionem determinata sit, potestas ista nõ potest exire in actum dissoluendi: vt pote non habens partes dispositiũ. nec potẽs per seipsam illud disponere, determinando que est dispositio subiciens subiectũ. l. petrum papã tali potestati. Et ex hac cõclusione. l. q lex diuina exigitur statuẽs casum depositionis pape, patet q̃ ignoranter procedãt quotquot ex vi canonici iuris procedũt ad ostẽdendum: q papa ex crimine nototo scandaloso ꝛ incorrigibili deponi potest: vt glo. super ca. si papa. di. xl. Let super ca. agathius. xxiij. q. j. nesciẽs quid dicat, errauit cum tota multitudine sequacium. Oportet namq; ex iure diuino casus inuenire subiectiõis pape ad cõcilium. ex quo iure diuino ipse absolute est supra cõcilium, ꝛ vniuersam ecclesie cõmunitatem. Et hic iacet lepus: non est hac illacq; amplius vagandum. Unde ipsamet glo. a veritate inducta, dicit q papa non potest statuere, q nõ possit iudicari de hereſi: hoc em ideo verũ est, q diuino non humano iure iudicium hoc in casu hereſis statutũ est. nam iuris humani papa est dominus.

**Ratio** Auté in oppositũ allata nõ concludit oppositũ: qm opus humanũ indifferens subici humane legi, pot intelligi dupliciter. primo quo ad modũ fiẽdi: ꝛ sic est verũ. Secũdo quo ad ipm fieri ꝓm suã substantiã. Et sic est falsa: vt patet de abscissione ligni vel ferri. preciditi siquidẽ pot bene ꝛ male moraliter, ꝛ lege humana determinari potest, quando bene ꝛ quãdo male: sed nõ spectat ad humanã legem, si potest vel non potest precidi, sed ad naturalem potentiam precisoris, ꝛ dispositionem subiecti cedendi. Unde in proposito humane legi subiicitur modus actionis, quo connunctio petri ꝛ papatus fit aut dissoluitur: sed si potestas ista potest exire in actum, ex altiori pendet principio. Nam non potest exire in actum connunctionis nisi vacante sede: et tunc in subiectũ dispositũ: scilicet xpianũ voluntariũ. Depositionis vero nisi disposito subiecto, aut per recessum a christianitate, aut per recessum a voluntario: vt patet de papa heretico vel renũtiante. Propter quod non potest lex humana statuere, q connunctio papat⁹ ꝛ petri quando est mala propter alia crimina ab hereſi, dissoluatur. nõ potest dico efficaciter statuere coactiue: quia papa criminosus posset illam legẽ tollere: cum par in parem non habeat impertium.

¶ Quot casus criminum sint diuina lege statuti, vt possit concilium papam deponere. Caput xxvj.

**Quia igitur** ad solam diuinam legem spectat determinare casus depositionis pape, in ipsa ꝛ ex ipsa scrutari oportet, quot sint casus depositionis pape. Et vt probabitur, solus casus hereſis est a lege diuina, in quo papa potest deponi ab ecclesia siue autoritatiua siue ministeriali potestate, non curando in ꝓposito. ¶ Probatur hoc tripliciter. l. ratione ex principijs theologicis certis: et autoritate sacrorum doctorum, et diffinitione sacre scripture. ¶ Ratio est ista. Constat q seclusa papa, in ecclesia est potestas electiua pape, seu applicatiua papatus ad petrum: quocunq; vocetur: habet ꝓ obiecto connunctionẽ persone ꝛ papatus in fieri ꝛ in dissolui: vt patet de actu electionis quo Petrus fit papa, ꝛ de actu depositionis, quo petrus papa hereticus incorrigibilis deponitur. Constat etiam q ad hoc q Petrus fiat papa efficaciter, ita q̃ sit papa, ꝛ consequenter ad hoc q potestas illa ecclesie exerceat actum constructiuum connunctionis efficaciter inter petrum ꝛ papatum, aliqua dispositiones requiruntur in petro de necessitate simpliciter, aliqua ad bene esse. Requisite de necessitate simpliciter sunt due: scilicet esse voluntarium, ꝛ esse christianum. nunq; enim aliquis quantũcunq; electus, est papa, nisi consentiat: ꝛ similiter non est papa, nisi sit membrum christi. Secunda dispositio exigitur de iure diuino: et quia ordo gratie presupponit ordinem nature, prima dispositio exigitur de iure nature. Requisite autem dispositiones ad bene esse, sunt boni mores scientia ecclesiastica, charitas, experientia regiminis: ꝛ huiusmodi: sine his enim petrus si est electus ꝛ acceptat est papa: q̃uis ineptus ꝛ malus. Constat etiam, q quia facilius est destruere q̃ construere, duabus simul requisitis necessario conditionibus ad constructionem, quecunq; earum deficiat, dissolui potest connunctio ista. Nãq; si petrus non vult amplius esse papa: potest renuntiatione dissolui connunctio ista. ꝛ dissoluitur dum acceptatur renuntiatio: vt patet de celestino. Et rursus si petrus papa labatur in hereſim incorrigibiliter, potest deponi minus. ex quo desijt quantum est ex se esse membrum christi: sicut in primo casu desijt esse volũtarius. Hec omnia certa sunt: ex quibus necessario sequitur, vt deficientibus in petro conditionibus que non sunt necessarie simpliciter, sed ad bene esse, non ꝓ parte fit dispositus, vt possit dissolui connunctio ista, vt possit attingi petrus a potestate depositiua. Nam dispositiones die que non requiruntur in subiecto ad hoc q virtutur efficaciter forme, sed tam cum eis q̃ cum suis contrarijs vnitur forme ꝛ constituere compositum. nõ sunt tales. vt earum contrarie pertineãt ad dissolutionem cõpositi. Quod est dicere, q si petrus sceleratissimus ꝛ criminosissimus, ꝛ scandalosus, ꝛ incorrigibilis, christianus tamen ꝛ consentiẽs, fit ꝛ est papa si eligatur: oportet ꝙ huiusmodi crimina superuenientia petro tam pape, aut perseuerantia, et si reddant ipsum malum papam ꝛ non solum malum hominẽ vt puus, non tamẽ reddunt ipsum deponibilem. Ex quo enim ad bene esse pape requritur bonitas, ꝛ non ad esse papam, consequẽs est, q malitia ad male esse pape, ꝛ non ad non esse pape spectet: ac per hoc sicut non spectat bonitas ad esse, quod est effectus electionis. ita malitia non spectat ad non esse, quod est effectus depositionis. ¶ Ex his patet ratio, ꝛ potest formari breuiter sic. Sola contraria conditionib⁹ necessario requisitis ad esse pape, reddunt papam deponibilem: sed inter crimina sola infidelitas contrariatur conditionibus necessario requisitis ad esse pape: ergo sola infidelitas inter crimina reddit papam deponibilem. prima propositio patet ex hoc, q̃ depositio est nõ esse pape, ꝛ vnusquisq; in suo esse perseuerat, si cõtrarium non superueniat. Nunc̃ enim homo, definieret esse, si non superueniret aliquod contrarium illi esse: et simile est in alijs. Secũda autem propositio probata est: quia cetera vitia contrariantur conditionibus requisitis ad bene esse pape. Hanc rationem vellem in statera poni: ꝛ non frivolas ꝛ apparentes, per accidentia vagantes. Hec de primo.

**Autoritates** Sanctorum sunt inprimis anacleti pape ꝛ martyris: ꝛ habetur. lxxix. dist. cap. electionem. Si namq; papa posset propter crimina deponi, sicut alij episcopi: frustra dixisset, q electionem summorum pontificum sibi dominus reseruauit. ¶ Deinde bonifacij pape ꝛ martyris: et habetur. xl. distin. ca. si papa. Nisi sit inquita fide deuiauerit papa: redarguere eius culpas mortalium nullus presumit. Ubi solum infidelitatis crimen subiicit iudici, a quo papa potest iudicari: quem constat esse vniuersalem ecclesiam, seu concilium generale: ab eodem enim excipit a quo negat redarguẽdum esse. ¶ Sanctus quoq; Euseb. papa (ꝛ habetur. ij. quest. vij. in. c. oues) dicit: Oues que suo pastori cõmisse sunt: reum nec repehẽdere nisi a fide exorbitauerit. nec vllatenus accusare possunt. ¶ Sanctus Anterius papa ꝛ martyr (et habetur. ix. quest. (ij. in cap. facta) inquit. Facta subditorum iudicantur a nobis: nostra vero iudicantur a domino. Et q loquatur de factis peccatorum, pater ex eo quod subdit: deteriores sunt, qui vitam moresq; bonorum corrumpũt, his qui substãtiã aliorum predaq; diripiunt. ¶ Sanctus Beda

Universidad de Deusto
Biblioteca



(ꝛ habetur.ix.q.iij.ca.episcopo)tractans de iudicio peccatorum ait.Sola enim roma.ecclesia sua autoritate valet iudicare de omnibus:de ea vero nulli iudicare permittitur.¶ Sanctus Bernar. inno.ij.scribés inquit.Quis faciet mihi iustitiam de vobis,si haberem iudicem?ad quem vos trahere possem:iam nunc ostenderem vobis?vt parturiens loquor:quid mihi imminet,extat quidem tribunal christi:sed absit, vt ad illud appellem vos.¶ Sanctus tho.in.iij.sen.di.xix.q.ij.ar.ij.q.iij.ad secundum,dicit:Quibus ꝑlati sint corripiendi a subditis,non tamen est eis pena infligenda sed recurrendum est ad superiorem denunciando, vel si non habet superiorem.ad deū,vt eum emendet,aut de medio tollat. Et ibidem ad primum excepe:at crimē infidelitatis,cum dicit:prelatus minor fieret,si in infidelitatem laberetur.ꝛ subditus fidelis maior. ¶ Et licet he autoritates deberēt sufficere?ad promulgationem diuini iuris (quia tot sanctorum sunt:ꝛ spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines:vt dicit secunde petri.j.ca.) ad maiorem tamen firmitatē debiliū,adsunt simachus papa in ca.alioum.ix.q.iij.dicēs:Alioum hominum causas deus voluit per homines terminare:sed sedis istius ꝑsulem suo fine questione reseruauit arbitrio.Et q̄ loquatur de causis peccatorū,patet ex eo q̄ subdit dicens:voluit beati petri apostoli successores celo ꝛ mō debere innocentiam,ꝛ subtilissimi discussoris indagini inuiolatam habere cōscientiam.Et excludēs obiectionem subdit nolite estimare eas animas inquisitionis nō habere formidinem,q̄s deus ꝑe ceteris suo reseruauit examini ꝛc.¶ Innocen.iij.in sermone consecrationis pape dicit:Intantum mihi fides est necessaria:vt quum de ceteris peccatis deum iudicem habeam, propter solum peccatum quod in fide committitur,possem ab ecclesia iudicari.¶ Bonifa.quoq.viij.in extra.uaganti.vnam sanctam dicit. Si deuiat ſupma potestas:a solo deo iudicatur:vt supertius allegatum est.¶ Albertus mag.petrus de pal.herueus,viricus,aug. de anch,ꝛ alij quos refert dominus ioan.de tur. crema.in lib. de ecclesia,hanc viam secuti sunt.quibus magis credendum est q̄s canonistis multis:ad quos non spectat,nisi secundario de iuris diuini rebus tractare licut de viuta:lacramentis?ecclesie,hereticis ꝛ huiusmodi.Hec de secundo.

**Diuina** scriptura solum casum heresis aperte excipit, dum(vt.ꝑ.allatum est) hereticos separandos ab ecclesia instituit,et sane doctrine ꝑlatos, malorum autem morum tolerandos?constituit.Hoc enim nihil aliud est,q̄,dicere pro solo heresis crimine deponendum instituimus quantum est ex diuina lege ꝑlarum:ac per hoc iuri humano reliquas depositionis causas dimittimus quo ad subditos iuri humano, de non subditis enim nullus statuit.¶ Et de heretici quidem separatione extant textus pauli apostoli et ioan.euangeliste tam dicti.¶ De toleratione vero,imo obedientia ꝛ audientia malorum ꝑlatoum fidelium.extat sententia domini Matth.xxiij. super cathedram moysi ꝛc,ꝛ petri apostoli.obedite prepositis?discolis qui iam inducti sunt.Et nunc adiungitur sententia domini luc. xij.manifestans iudicium pape mali in seipsum ꝛ in proximū,agēdum per ipsum dominum.dum respondens petro ait,quis putas est fidelis dispensator ꝛ prudens,quem constituit dominus super familiam suam ꝛc.Et subdit de eodem q̄ si dixerit seruus ille in corde suo,moram facit dominus meus venire,ꝛ ceperit percutere seruos ꝛ ancillas,ꝛ edere ꝛ bibere ꝛ inebriari:veniet dominus serui illius in die qua non sperat,ꝛ hora? quam nescit,et diuidet eum.partemq̄ illius cum infidelibus ponet. ¶ Ubi notandum est primo,quod ad literam loquitur de seruo constituto?super familiam id est ecclesiam:vt glo.interlinearis exponit.Quodpatet ex officio scilicet vt det illi in tempore tritici mensuram,ꝛ ex premio.beatus ille seruus,quoniam super omnia bona sua cōstituet eum.In quo apparet differentia(vt glo.dicit)inter subditum ꝛ ꝑlatum benefacientem:quia subdito promittitur q̄ ꝑcinget se dominus,ꝛ transiens ministrabit illi.ꝑlato vero q̄ super omnia bona sua est cōstituendus.¶ Notandum est secō q̄ distinguit manifeste crimina tria,in seipsum,in proximum,ꝛ in deum:ac per hoc cōprehendit omnia.In seipsum per gulam ꝛ ebrietatem,scriptū est eñ propter crapulam multi obierunt.qui autem abstinēs est adiciet vitam ecclesia.xxvij.In proximus,per percussionem siue cure cōmissorum veriusq̄ sexus.In deum.per infidelitatem.Et non describit dispensatorem criminosum in deū per infidelitatem.sed in seipsum ꝛ in ꝓximū.ꝛ dicit seruum talem cōfidētē in mora dñi.iudicandū a dño per mortem:qua diuidetur a familia:ꝛ per dānationem eternam cum infidelibus.¶ Hec manifesta sunt in litera:declara ꝛ ostendit quod diximus.s.q̄ quantum est ex lege diuina, ꝑclatus de criminibus ceteris a domino iudicandi statuuntur.de infidelitate autē ecclesie iudicio dimissi intelliguntur.ac per hoc si alij ꝑlati nō subessent iuri humano,q̄s supappositus suis subditis alias causas criminum iudicandas,ab ecclesia nō essent iudicandi et deponendi,nisi pro infidelitate sicut papa:q̄ quia solo diuino iuri subest.in casibus a diuino iure toleratis,nulli subiacetur. Et ens sola negatio statuti casus a iure diuino quo ad papam soli diuino iuri subiectum,sufficit ad cōstituendam legem.q̄ non potest iudicari aut deponi,multo magis expressa toleratio casuum in iure diuino constituit ipsum tolerandum.alios autē tolerabiles:si a superueniente iure positiuo,cui subiecti ex diuina lege sunt, permittantur.¶ Unde inter papam ꝛ alios quo ad casum criminis iudicandi ꝛ puniendi,ab ecclesia,tantum interest,q̄ in papa locus ab autoritate diuini iuris negatiue efficacissime:as est:quia soli illi iuri subiectus est.In aliis autem nec toleratio nec negatio diuine legis efficax est:quia quod superius ius nō statuit aut tolerat,inferius ius potest ꝛ statuere ꝛ punire,vt manifeste patet in cōtrahendis matrimonijs,ꝛ administratione sacramentoū:in quibus multa permissa ex diuino iure prohibita sunt ab ecclesia in sibi subditis.¶ Et si absq̄ velamine aliquo obumbrāte sententia dñi perspiciatur,apparebit q̄ propter ꝑlatum qui nullū habet supra se nisi dñm(vtpote constitutum super reliqua familia domini absentis)promulgata est hec sententia.Quod enim ex eo habetur,q̄ cōstitutus super familiam abbatis domini neminem timere debet:nisi domini aduentum:in cuius mora confisus rancē nemo nem habens supra se peccare icepit.De ꝑlatis namq̄ habentibus superiorem ꝓpter in hac vita nō consonat,q̄ in sola mora domini confidant quia habent statum superiorē iudicē, qui timeant vltorem. Nonihil quoq̄ ad hoc confert.q̄ petro futuro pape hec dominus dicit. ¶ Ex his autoritatibus perspicacius intellectis habetur q̄ pro reliquis criminibus manifestis non est papa deponendus.Docens eñ dominus ſm opera malorum ꝑlatoū nolite facere,ꝑcul dubio de notis operibus loquebatur:de quibus dixit.a fructibus eorum cognoscetis eos.De autem propter adimendam scandali rationem deponēdū putares.docuit Matth.xviij. q̄ peo.manus vel oculus,non tamen ca put scandalizans amputaretur:instruens ad literam,q̄ si aliquod nobis oporturum(vt manus,pes vel oculus)scandalizans occurreret.precidendum esset: secus autem de organo habente officium capitis sentiebat:nunq̄ dicens.si caput tuum scandalizat te,abscinde illud ꝛ proice abste.¶ Hanc autoritatem qui credit.ieſum christum dei virtutem ꝛ sapientiā omnia preuidentem ꝛ cuncta ꝓuidentem,non sperner: sed reuerenter considerabit.non casu nominasse dominum manum,pedem ꝛ oculum membra summe necessaria,ꝛ tacuisse caput.sed ideo non esse mandatam precisionem capitis scandalizātis,quia nec propter scādalum caput simpliciter precidēdum est. Dico autē simpliciter,ad differentiā capitis in hac vel illa ecclesia.quia quantūcumq̄ caput huius vel illius ecclesie ꝑcidatur, semper restat caput ecclesie in terris:papa.s. Patet igitur q̄ nullum extra infideli atem crimen notorium ac scandalizans depositionem pape inducit.Hec de tertio.

¶ In quo rūdetur rationibus factis in ca.xxiij.ad pbādum.q̄ papa ex alio crimie q̄ heresis pōt deponi ab ecclesia.Cap.xxvij.

**Manifestata** sufficienter veritate, q̄.s.q̄ papa est fidelis,nec iudicari nec deponi potest ab ecclesia pro quocumq̄ alio crimine quantūcumq̄ notorio ꝛ scandaloso:superest allatis in oppositum satisfacere. ¶ Ad primū ergo motiuum ex parte criminis negāda est sequela:quia nec maior,nec par ratio est de heresi ꝛ aliis criminibus.Et ratio iam tacta est: quia scilicet infidelitas spectat ad nō esse,alia aūt crimina ad inesse pape.Cum ergo dicitur,aut hoc est ratione grauitatis,s.q̄ nocumenti:dico q̄ diuisio non est sufficiens:q̄ datur tertium,s.q̄ est ratione status.Infidelitas eñ mutat statum hoīs:q̄ facit cētū est ex parte hominis de christiano nō christianū.Malitia aūt dei sit grauius peccatum.ac per hoc faciat hoiem peiorem,q̄ infidelitas faciat:nō tñ facit de christiano nō christianum.¶ Nec obstat q̄ hereticus restat christianus inuitus ex character:quia q̄ nō volūtarie hī.nō est aly hoīe inquātū homo:vt in ꝓcipio pme.secūde san.tho.dicit.ꝓpter q̄ fides informis saltē ꝛ character, nō sunt duo cōstituentia distinctos status hūanos ecclesiasticos:sed vnum ꝛ eundē statum christianitatis constituūt complete concurrente vtroq̄ altero vt humano:scilicet fide,q̄ non est,si non est voluntaria:ꝛ altero vt hominis.s.ch aractere:q̄ ꝛ sine voluntate acquirit(vt patet in pueris)ꝛ inuite conseruat,vt patet in hereticis, Propter quod sublata fide mutatur status christianitatis inquātum erat humanus:quod est mutari ipsum eo modo quo per hominem mutari potest.Mutatio autem stat? christianitatis, extra christianos hominem ponit ex propria natura:ꝛ propterea crimē heresis non ratione maioris grauitatis,s; mutationis status ponendum constituit papam,alia autem crimina non.

¶ Et licet hec respōsio sufficiat etiā ad alterū mēbrum de nocumento:sciendū tamē est,q̄ aliud est loqui de nocumēto per se,annexo peccato,ꝛ aliud de nocumēto annexo per accidēs:quia scilicet est in isto hoie sic dispōsito.Siem loquimur de nocumento per se,maius nocumentū est annexū heresi ipsi? pape q̄s cuicūq̄ alteri crimini: q̄ heresi quantū est ex se adheret doctrina heretica:q̄ in capite quātum ex se est.induceret heresim in ecclesiam vniuersalem:quo maius nocumentū inferri nequit.Et ꝛo loquimur incidens:ꝛ ideo despiciēdum.¶ Ad aliā ꝓbationē.s.q̄ nō inueniatur dus q̄s ꝑ alio crimine:iam patet respōsio,q̄ nō inuenitur q̄ maresi est deuitādus ꝛ declarandus:vt patet ex textibus inductis. nonum,nisi sicut explanauit?:quo modo etiā articuli fidei sunt relicti doctoribus ꝛ canonibus sacris. Sed sicut articulos fidei declarare nō mutare possunt doctores ꝛ canones,ita legē hanc dimanāti ecclesiam.ver.gra.q̄ nō vult dare bīficia ecclesiastica nisi ꝑ pecunia,aut cōmutatiōe officij;ꝛ cū omni reuerentia ꝛ obediētia negāda est possessio taliū beneficioū his q̄ emerūt,ꝛ alleganda est cā simonie etiā cū papa cōmisse,ꝛ sine dubio principes seculi ꝛ clerus gladiū de manu furiosi sic cum modestia tollerēt.¶ Multe quoq̄s sunt vie,quib? absq̄ rebellione principes mundi ꝛ ꝑlati ecclesie si vellent vti,resistentiā impedimētūq̄ abusus potestatis afferrent. Sed q̄s principes ꝛ ꝑlati nō curāt.nisi q̄s somniando.cur conquerūtur q̄ nō pōt deponi?cur opponūt q̄ prāg data est in edificationē ꝛ nō i destructionē?Abusui nāq̄ ꝓtis q̄ destruit,obuiā eāt cōgruis remedijs nō obediēdo i malis nō adulā do,non tacendo,arguēdo,aduocādo illustres ad increpandū ex emplo pauli,ꝛ ꝓcepto eiusdē?dicite archippo,vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas;ad Coll', vlt.ꝛc.,ꝛ parum aut nihil abuteret potestate.¶ In respōsione tamē ad quintum habebis vltimam satisfactionem huius argumenti.

¶ Ad tertiā rēnem ex parte ipsius pape.q̄ ꝛ etiā est falsa: nam aliud est purgatio ad remouendū scandalū,ꝛ aliud est purgatio ipsa coram iudice.Ad primam tenetur papa de iure diuino,ad secundam nō:vt damasus nō coram gallicano concilio:hz cōā.xlij.ep̄is se purgauit:vt ꝓz.ij.q.vij.nos si cōpetēter.¶ Et grego.ipse testatur,q̄ ex humilitate exhibuit se ad iudicū: vt ꝓz.ij.q.vij.ca. Petrus,vbi ipse greg.dicit:Petrus potestatē regēdi accepit:ꝛ tamē idē apostoloū primus ꝛimonie cōtra eū a fidelib? facte, cur ad gēes intrasset,nō ex prāte officij(qua posset dīe,oues pastoꝛē sui non accusent.nec rep̄hēdāt,sed ex autoritate diuine virtutis qua gentiles acceperāt ſpīrsctū,a fidē:vbi apparet q̄ ipse imitatus est petrum apostolum:non vtēdo potestate sua,ꝛ q̄ potuisset illa vti.

¶ Ad quartū ex parte ecclesie vt sponse, b:euiter dicit.primo q̄ papa nō pōt inuitā ecclesiam deserere:q̄ nō pōt iuri eccl'e renūciare:ꝑlat? enim est ꝓpter ecclam,ꝛ nō ecōuerso:vt sup̄ epl'a ad col.in fine diuus tho.dicit.¶ Secūdo.q̄ nō est par rō ex vtroq̄ ꝑte:q̄ eccl'a est subdita pape,ꝛ nō ecōuerso.Nec etiā i lege moysi vxor poterat dare libellū repudij viro.Nec est ꝑculū de ipsius dilantatione:quia scriptū est.porte inferi non prevalebunt aduersus eā.¶ Ex parte vero ecclesie vt cōmunitatis libere,breuiter dicitur,q̄ licet sit libera libertate gre.est subdita tamen fm iurisdictionē pape.Unde ipsa ecclesia nō abdicauit a se ꝑtē supra principē:sed iesus xp̄s dñs ecclesie nō subiecit eam ipsius cōmunitati ecclesie,sed suo vicario:ꝛ ꝓterea nihil pōt supra suū principē. Non sic est de aliis cōmunitatibus,de quibus asserit aristi.

¶ Ad quintam(ex parte diuine ꝓuidētie,ꝛ operationis immediate,ꝛ perfecti operis)dicitur,q̄ de? perfecte ecclesie corp? secū,disposuit ac ordinauit:ita vt ordinatissimū ꝑme extet,ꝛ nihil oportunum desit illi.Et cum dicit,ergo est relictū ecclesie remedium cōtra papā fidelē criminosum ꝛc.cōcedendum est.Sed cā inferē, ergo ecclesia potest illum incorrigibile deponere, membrū illud abicidere ꝛ huiusmodi.respōdeō q̄ est sophisma cōsequētis ac supertious ad suū inferi? affirmatiua ꝓpositione ꝛ remedio in communi ad hanc ꝓpositionem seu hoc remediū,ac si nō esset alia ꝓpositio ꝛ aliud remedium.Dicendū est enim q̄ iesus christus altioris ordinis remedium reliquit in ecclesia ad repellendum sui ꝓprij vicarij incorrigibile scandalosumq̄ regimen.

¶ Ad cuius euidentiā sciendum est.q̄ sicut in naturalibus diuina sapia inferiora per media:ꝛ media ꝑ sup̄mas causas sēcas gubernat: ita in supnaturalibus(inter q̄ est ordo gratie fidei,ꝛ ecclesie super illā fundate)inferiora per media,ꝛ media ꝑ supremas causas secundas supernaturales gubernat.Rursus cum cause effectibus ꝓportionaliter sint, vt supioib? effectib? supiores cāe rideāt,ꝛ inter causas sēcas ꝓuidētia humana ecclesia autoritate fulta,inferiorius ordinis eā sit q̄s oratio,q̄ in supremo ordine secundarum causarum locata est a deo(quod ex eo patet q̄ tota creatura corporea ꝛ incorporea subiecta est illi)ꝛ ꝓuisio supra papā fidelem sit inter supremos effect? in ecclīa: cōsequēs est q̄ sapientissime deus dispōsuit remediū in ecclesia.s.fidelem papam nō ꝓuidentiam humanam,cui subiecit reliquū ecclesie,sed orationē. ¶ Nec est mīn? efficax causa secūda oratio ecclesie ꝑ se petens ne cessaria ad salutē perseueraret,q̄s prouidētia humana:cū constet q̄ cuiuslibet ꝑticularis ꝑsone oratio pia ꝑseuerās,petēs necessaria ad salutē ꝑ se,est cā efficacissima ꝛ infallibilis:vt diffuse habes in.iij.ꝑra.gen.a beato tho.ca.xcv.ꝛ xcvj. Uñ si necessariū est ad salutē ecclesie,q̄ papa talis auferat,sine dubio oratio sic cōditionata auferet illum de medio. Et si nō est necessarium q̄ auferat, quid causamur bonum dominū,qui negat q̄ voluimus,ꝛ tribuit q̄ mallemus.Si est necessaria eius ablatio,nō pōt nō auferri ab eo rogato,qui ꝓmisit q̄ nihil deesset timētibus eum.Si non est necessaria diuino iudicio,ꝛ tamē iudicio humano vtilis ꝛ necessaria creditur,cur preponis te deo volens illū deponere?tu q̄s es, qui iudicas alienū seruum,dño suo stat aut cadit?ieſu christi vicarius.¶ Nō dico hoc ego,sed dñs.q̄ luc.xviij.docet q̄ deus multo magis q̄s homo faciet cito vindictā electorum suoū clamantium ad se.Constat enim ecclesiam electos claudere:ꝛ vindictam hīe, q̄ ipsi soli dño reseruata est.ab ipso ꝑe ceteris faciēdā:nō dormitat neq̄ domit custodiens israel.qui nauicule fluctuanti quarta vigilia noctis ex oratione surgens subuenit:qui a sennacherib

Universidad de Deusto
Biblioteca



exercitu ezechiam liberauit,assueri cō mutauit, nabuchodonosor predicatorem suum fecit:anastasium.ii.oratione ecclesie percussit,leonem etiam papam(seu libertum apud alios)hylarij orationi subiecit:qui etiam omnia temporalia bona superaduicienda promisit:qui demum dedit nobis filium et omnia donauit cum illo.ſ. ¶Sed heu impletum quasi est illud.putasne filius hominis veniens inueniet fidem in terra?nam prouisio istius tam excelse et tam efficacis cause secunde pro nihilo habetur. Opetet inquiunt prouidentia nostra puniri papam,non diuine prouidentie solet oationibus relinqui.quare hoc dicunt:nisi qꝫ putdētiā hūanā ꝑfecit ofonū efficaciet q̄re hec dicūt,nisi quia animalis homo non percipit que dei sunt?quare hoc dicunt,nisi quia didicerunt confidere in homine,ꝛ non in domino,ꝛ ponere carnem brachium suum?Quo fit vt si incorrigibil?exisſimetur quandoqꝫ papa in propriis vitijs manentes subditi quotidie murmurent de malo regimine,nullum?orationis remedium adhiberi procurantes:nisi forte,vt somniantes ablaqꝫ fide,ꝛ facto,suo adimpleāt scripturas/quod scilicet propter peccata populi regnat hypocrita, officio sanctus,animo diabolus/ꝛ detur ac conseruetur rex in furore domini.Iram enim ꝛ clementiam dei in manibus oationuꝫ nostrarum eē spiritussanctus in psalmo testatur: Benedict? de? qui non amouit oationem meam ꝛ misericordiam suaꝫ a me.glo. quia non est amota oratio,securus esto,quia non auferetur misericordia.Verum ꝛta stolidi sum? vt nolimus orare vt debemus,et tamen velimus orationis fructum:nolimus scīare et velim? metere.Aut christiani non nominemur,aut christi prouisionem amplectamur:et sic phreneticū, furiosum, tyrannum,dilaniatorem, dilapidatorem corruptoremqꝫ ecclesie/cum contingeret talem preesse)superabimus. Sed qui nosmet nō superam? nostris orationibus(quia eas non vt decet agimus) quomodo conqueri possumus,quod aliorum malorum vitam non superamus oratiꝫ nib?, que non solū tectis non transeunt,sed nec ozantū capita ꝓ pa penetrāt:Et qō pei? ē, oliꝫ ꝛbrebat de?,pplꝫ ♭ labijs me honorat.cor āt eorum lōge ē a me.Tpe revelate gre,nec labijs honorat?:quoniam nihil dicitur minus intelligibiliter quā diuinū offiū,nihil tam celeriꝫ ꝓsolutꝫ q̄ missa.Tps diuini officij ꝛ misse, onerosum est valde:oci autem ꝛ negotia ac commoda sclaria dimicte dñr et repetunt,ꝛ ablaqꝫ tpis mēsura delectāt.ſ. Unde concludit, q? aut abscissio pape fidei ꝛ incorrigibil? post humana remedia est ill? veritate necessaria ad salutem ecclesie:ꝛ oſo sit sine inter missione ab ecclesia,ꝛ sic hē certa,ꝛ multo celsior ac efficaciꝫ prouisio quam si authoritas deponendi humane eēt prouidentie delegata.Aut nō ē necessaria,vel nō sit oſo vt dz:ꝛ tūc null? ē q̄ rele loc?,si i si necessarijs abest ,puisio extremitatiua:q̄m nec hūana ,puidētia extra verā necessitatē deberet illa vti authoritate ,si eā hꝫet.vl si nosipsi ꝛcesso remedio efficaci nolum? vti.Quāuis ēt nō sit abbreuiata man? dñi,vt nō possit saluare citra oīmodaꝫ necessitatē nec aggrauate sint aures ei?,vt nō exaudiat citra necessitatē.Iꝫ iniquitates nr̄e sūt.q̄ diuidūt iter nos ꝛ deū nr̄z,ꝛ multas malas actiones in rectoꝛib? nr̄is procurant:vt hiero. in ca. audacter.8.q.1.ꝛ greg.7.q.1.ca.ex merito dicunt. ¶Et si contra hec insset.Quia oratio cōe est remediū oīb? occurrēti b? malis:i hac ār re ꝓpriū q̄rit remedium.sicut ceteris rebus,vltra cōem cām ꝓpa assignāda ē.Asir,q? sup̄me cāe q̄uis sint cāe cōes respectu inferiorum,sunt tamē ꝓpriē respectu superiorum effectum,ꝛ ppea oſo qꝫ ē iter sup̄mas cās scīas supnaturales respectu inferioꝝ ē cā cōis:respectu aūt sūmoꝝ effectuū(q̄is ē exterminatio pape fidei.vt pote effect? reseruat? ♭o)ē cā ꝓpa ꝛ remediū ꝓpium,vltra qō sūt mīta alia hūana adminicula.q̄ scripsit dñs toā. de tur.cre.in ll.2.de ecclia.ca.106.ſ. Cū his tñ oīb? memēto quod pessim? papa fidelis tolerat? a deo,nō pōt totum corp? ecclesie ī ficere,aut in pniciē ducere ꝛ huiusmodi:vt argumēta autumāt in sillitudinibus corporꝝ ꝛ huiusmodi. Nā deus nō pōt seipm negare:de quo scriptū est.fidelis deus.q̄ nō pmittet vos tēptari supra id qō potestis,sed faciet etiā cum tentatione proventum.

¶Ad sextam,quātū ad gesta ꝛcilij ꝛstātien.iam dcm est.q? ꝛcilium perfectum secundum presentem statum ecclesie potest deponere icertum papā:nullus.n.fuit illo tpe certus papa.Quāuꝫ ad gesta ꝛcilij basilien.videt vlis ecclā.q̄ eugenius a ꝛcilio depositum adoauit et adorat vt papam.olim in persona sua.et post in successore nicolao,quem ipse eodem anno creauerat cardinalem.et sic dein ceps.Et hec responsio facti testatur quantum delirent, qui papam concilio submittunt.ſ. Ad pisecorum temporum gesta dic, tur,quod licet multi leganntur depositi pōtifices summi, aut non erant indubitati pontifices summi.aut de facto non legitime depositi sunt:vt ꝓ in ca.103,secundi libri de ecclesia dominus ioan. dicitur.cre.manifestat diffuse.ſ. Ad authoritatem glose,ꝛ plurium canonistarum sequentium illam,dicitur quod glosa est cōtra textū, quia textus excipit solam hereſim.et ipsa leui ratione mota,exēdit ad omne crimen notorium scandalisans incorrigibile:quia sicut contumacia ē hereſis.Cōstat enim q? lato vocabulo cōmuna cia hereſis dicitur,sicut ꝛ sit :omia nec equiparanda est vere hereſi,que mutat statum christianitatis.Et quamuis glo.quia sobrie loquitur dicens,credo ꝛc,me reatur veniam:assertiones tamen illius documenti super illam se fundantes,quia contra antiquam fidei doctrinam tam leuiter mouentur nescio excusare. Canonistarum autem authoritas in re hac(quia principaliter est theologica)parua est.nec maior ratione super qua se fundant,non sic esti de authoritate ſanctorum.qui spiritusancto inspirati loquti creduntur.Rursus secundum ipsosmet canonistas.in materia fidei magis standum est antiquorum quam modernorum authoritati, licet in his que iuris sunt,quanto iuniores tanto perspicaciores. Cum igitur hec sit materia fidei(quia immediatum opus dei nō ratione naturali.sed sola diuina revelatione scibile.in questione est)consequens est,vt sanctorum authoritas sacre scripture intra omnibus concilijs ꝛ theologorum vniuersitatibus.ac canonistis posteriorib?,imo ꝛſi modernis ponēdafit. ¶Ad septimā ex pte iudicij hūani,dicit? cōditiōes iudicij humanij sunt duplices:aque dā ex naturali iure vel diuino determinate ꝛdāa iure positiuo. Inter quas hec est differentia:quia ille que sunt ex iure positiuo.non possunt in inuitum papam exerceri. quia non subest positiuo iuri, ille vero que sunt a naturali vel diuino iure, habent etiam locum in papa.Ex iure autem diuino statuta est forma iudicij humani circa hereticum.vt post primam et secundam monitionem euitetur:ac per hoc (vt dictum est)potest contingere vt papa fidelis nunc,sed bis relapsus deponi possit ꝛ debeat.Ex iure etiam nature est.vt homo videat que foris sunt, ac per hoc propter actus manifeste hereticales ꝛ verba manifeste serio hereticā cognita ꝛc,sic facta et dicta.vt humano iudicio corde consentiente facta sint et dicta,iudicetur quis hereticus.Ex ꝓpio quoque diuino iure est.vt in ore duorum vel trium stet omne verbum.vt patet matth.18. Et ex iure nature vsitatum que contra se creditur si est sani capitis ꝛc.Unde ex non suspectis ꝛc.testibus cōuictus quis de damnata ꝛ nota ꝛc.hereſi,hereticus iudicabitur,ꝛ similiter si sua sponte se confitetur hereticum quamuis coram deo mentiatur,iudicabitur hereticꝰ. Ex iure ā positiuo contumax,ꝛ perseuerans per annuꝫ.si quis alius est eiusmodi, presumitur hereticus.ſ. Unde primi duo casus non hñt locū in papa qui non potest excommunicari, nec iuri positiuo subiicitur:sed seruanda est lex ab apostolo paulo in sacra scriptura tradita.Similiter si timore mortis:certo vel probabili secundum humanum iudicium absq; interiori consensu gesta vel verba hereticalia habuit.nō deponit papa.vſi petr? apostolus, qui solo ꝛbo negauit chm,q? fides eius nō defecit sed charitas (tribus iesu christo dicente.ego rogaui ꝓ te,vt nō deficiat fides tua:seruus a peccato negationis cuꝫ periurio quo perdidit charitatē, ꝓfirmaturus istituit fres suos.nō deponēdus.Et ♭ imitati pres marcellinum(qui ēt.dlo exteriori actu peccasse vſ) deponendum non censuerunt.di.xxi.nūc autem.ſ. Ex casibus autem in quibus pp ꝛditiōes hūani iudicij iure diuoꝝl naturali determinatā papa in corde fidelis.coꝝ ecclesia ꝛo infidelis deponit.nō constituit alius casus q̄s casus infidelitatis. Nā nihil refert esse ꝛ apparere sufficienter quod ita sit secundum humanum iudicium coram ecclesia.q̄ nō videt nisi q̄ foris sunt.nec verius iudicij ab ecclia exigit de?.q? naturam hois iusqꝫ diuinū condidit.Uñ ex dictis alia subiecto pape ad concilium habetur.sed illa sola que dicta est.scilicet in casu hereſis ꝓpe sūpte.Et sic:Si sit catholicus papa non iudicat vllus.

¶An in euentu aliquo papa sine culpa sua subsit ecclesie,ita qō possit deponi. Cap.xxviii.

¶Promissa perficiantur.superest discutere an in aliquo euentu sine culpa pape,subsit papa ecclesie seu concilio vniuerso ita quod possit deponi. Inuento siquidem nouatos sex casus.in quibus ecclesia sine culpa quidem pape,sed non sine causa deponere potest papam. Primus est



cum coram vniuersali ecclesia testibus cōprobaret?,q? papa ꝺ diu detentus erat a saracenis iam obijt,ꝛ concilū determinat nouū pape electionē:ꝛ sic fit,decernendo q? ꝓ bono ecclesie etiā si viueret,iste nouus sit papa,potest enim ipm captiuū sine spe redit? deponere.Secūdus est.cū ꝓpter indispositionē corporalem(puta demētiam)esset inutilis,ꝛ concilū per eū cōgregarum dū sane mentis esset.decerneret alterū papā creādū.Tert? est,q̄s cardinales oēs statum post canonicam electionē petri in papam morerentur:ita q? nō possent publicare electionē:tunc ecclesia cum nō teneatur istum acceptare,alium eligere:ꝛ sic istum deponere: quia duo simul esse non possunt.Quartus est,quando cardinales etiā viuentes nō possunt facere fidē de electione sua canonica in vnū: vt videtur accidisse in scismate magno ab vrbano.vj.vsqꝫ ad martinū.v.tunc ecclesia deponit nolentes renunciare:vt in cōcilio constantiē factum est.Quintus est,quādo, propter cōmunem errorem aut estimationem subditorum aut ipsoū malitiā generalē, presumitur q? nunc̄ ꝓstabūt obedientiā tali qui fuit rite electus in papam,alteri tamē nouiter eligendo parati sunt obedire: vt si forte pa iam existens,ꝛ nouus rite canonice crearetur.Et conser? hoc ex autoritate iuristarū,dicentiū religiosum ꝓfessum posse vxorē ducere ꝓ salute magne gentis aut conuersione ad fidem. Sexto est,quando papa vertus iuramento vl voto seipsum ad cessionē obligasset,sed differret adimplere in scandalū populoū putātium ex tali facto pape,q? nec ipsi votis aut iuramentis propriis obligant.vt iohā.xxiij.cōtigisse vt in pncipio cōcilij cōstantiensis.

Sed ex nullo Euentu cōcilium posse deponere papam,q̄uis ex hoc haberi possit quod supra dictum est:scilicet q? euentus locum habent in his que humani iuris determinationi subsunt:non in his que solius diuini sunt iuris/qualis est autoritas immediate a christo tradita, que ad depositionem fidelis pontificis exigitur)examinando tamen singulos idem apparebit inconcussum permanere. ¶In primo itaqꝫ euentu de papa captiuo,duo tanguntur.primum retrogrado ordine est.q? nulla existente spe reditus,ꝛ nullo patente accessu,potest per concilium deponi. Quod primitue ecclesie gestis non consonat:quia petro seruato in carcere,ꝛ sine humana spe reditus ac accessus ad eum (quia inter tot milites vinctus cathenis,post tot custodias erat)non depositio tractabatur,sed oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum ꝓ eo:et sic per ecclesie orationem liberatus est.Secundum,q? constito per testes de morte, licet non ita fuerit,potest eligi alter.Et hoc non aliter verum est, q̄s q? constito per testes q? maritus marthe mortuus est,licite ipsa martha nubit alteri,filiosqꝫ generat:ꝛ tamen adueniente primo marito,qui reuera non erat mortuus, ad primum maritum (qui solus est vere maritus)redire eam oportet, aliquin adultera esset.Sic nam q? esset in casu hoc:redderetur quippe pape vtro sponsa sua.etiam non venienti(quia vbiqꝫ presens est)ꝛ ex humano errore electus papa cessaret.ſ. In secundo euentu de dementia perpetua,dicitur q? papa non potest deponi: sed si constat de dementia perpetua,cum sit mortuus vita rationali, secundum quaꝫ homo est subiectum papatus.sine concilio generali possunt cardinales procedere ad alterius electionem: vtpote sede vacante in veritate non minus quam cum sedes vacat p renuntiationem.ſ. In tertio euentu de mōte omnium cardinaliū dicitur quod cum ecclesia videat solum que foris sunt, si electio pape non constat ecclesie sufficienter,tunc nullus est papa certꝰ ecclesie et propterea ecclesia non deponit papam in foro sue,licet deponat papam in foro conscientie.Hoc autem non solum posse, sed debere ecclesiam facere,ex eo patet,quod ille posset eam decipere dicendo se electum,ꝛ tamen non esset. Unde euentus iste et quartus de defectu probationis,nihil aliud inferunt nisi quod papa incertus ecclesie potest deponi:quod gratis conceditur. Sed non est questio de hoc,sed de papa certo: paria enim apud ecclesiam sunt,non esse et non apparere.ſ. In quinto euentu rebellionis communis,dicitur quod quia non sunt facienda mala vt eueniant bona,nec periculis humanis subueniendum est vsurpatione diuine authoritatis,nec debent mali ex iniquitate reportare commodum cum iniuria innocentis, non potest papa deponi.Si esti boni faciāt quod i se est:et oratioui vacēt sine intermissione omnem solicitudinem suam in eum proiicientes,cui est cura de ecclesia,impossibile est vt desit diuinum adiutorium:scriptum est enim:timete dominum omnes sancti eius,quoniam nihil deest timentibus eum.ſ. In sexto euentu dilate cessionis postorum et iuramentum,breuiter dicitur,quod licet ipse teneatur ex voto et iuramento cedere:ecclesia tamen non potest ipsum ad hoc cogere inuitum,quia potestatem coactiuam super fidelem papam non habet.Et bene hic caue:quia non valet argumentum: papa tenetur ad hoc.ergo potest ad illud per ecclesiam cogi.patet namqꝫ quod tenetur ad solicite vigilandum, ad non fomicandum,et infinita alia.et tamen non potest cogi ab ecclesia: vt in ca.si papa.di.40.patet.Quibus autem scandalum prebetur de suo periurio et voto facto et alijs huiusmodi preueniens dominus dixit:super cathedram moy si sederunt scribe et pharisei: que dicunt facite, secundum vero opera eorum nolite facere. ¶Et sic patet,quod papa ordinaria potestate a iesu christo tanta donatus est.cum ipsius est institutiuus vicarius,vt ei apostoli, ecclesie singula membra et communitas subiecta sit.ipse vero soli ipsi iesu christo subiectus viuat.sicvt in nullo euentu nullogꝫ casu nisi hereſis propie sumpte iudicari aut deponi possit, nisi ab ipso domino iesu christo. Ꝓ cuius fide,ecclesia et apostolica sede hec ipso donante scripsi Rome die duodecimo octobris anno salutis.1511.etatis vero mee.43. Rogoꝫ lectores omnes,vt soli veritati intenti,passiones,sectas,paternas traditiones,cāsis,voluntarias glosas,omnemqꝫ nebulam a mēs acie abiciant:ꝛ sic censores se exhibeant rectos. Ad dei,ꝛ gloriose virginis marie, et apostolorum petri et pauli laudem et honorem. Amen.

¶Tractatus Thome de Vio Caietani: Cardinalis.s. Xisti de comparatione authoritatis pape ꝛ concilij finis.

¶Ad Nicolaum a Fliſco episcopū cardi.sabiñ.Thome de vio caietani,cardinalis.s.Xisti: de cōparata authoritate pape ꝛ concilij apologia.

¶Prologus:in quo ratio,intentio ordoꝫ operis est.



Caritas Jesu chri-

sti,sancteqꝫ eius ecclesie,romane in christo pater,protector? ꝛ dñe, cogit me virum periculosum,enervatorem ecclesiastice potestatis,falsarium,adulatorem atqꝫ blasphemum,ad hec quidem exemplum illius sequi.qui cum male dicerentur nō maledicebat, ad obiecta autem contra doctrinam in opusculo de comparatione auctoritatis pape et concilij per me edito,tueqꝫ romane dominationi dicato contentam,pro veritate respondere. ¶Et licet plura obiecta sint:que a viris doctis (pro quibus solis opus illud scriptum esse me ibi sum contestatus)facile soluerentur:quia tamen sapientibus et minus sapientibus debitores sumus,qui parati esse debemus omni poscenti nos rationē reddere de ea q̄ in nobis est fide, ideo responsiones iuxta obiectorum amplitudinem extendende sunt. Ultius est autem conueniens ordo:si obiectiones iuxta ordinem capitulorum illius libelli afferantur atqꝫ soluantur, erunt siquidem hec velut commentaria illius. ſ. Rogo igitur unumquemque omnes:vt meminerint sermonis formalis ꝛ subiecte materie:meditenturqꝫ diutius,anteqꝫ sententiam proferant:ne multiplicatis argumentis,ꝓ gloria ingenij,res tanta de qua agitur,in disputationem dialecticam aut etiam sophisticam deducatur.ſ. Et quoniam communia singulis,et radices ramis ꝓponi debent:adeo et latius et altius fm vires repetenda sunt rei huiusmodi fundamenta. Sciendum itaqꝫ est,q? cum iura positiua ab ecclesiastica sint condita potestate,ꝛ in q̄stionē versēt ipsius auctoritatis ecclesiastice subiectū: nō ex iure positiuo,sed naturali vel diuino,aut vtroqꝫ veritas pēdet vt ex causa,a positiuo aūt iure vt a teste. Et fm luminis mihi cōcessi facultatē duo sola sunt fundamēta(alterū iuris naturalis, alterū iuris diuini)in quibus vniuersa moles doctrine extollētis

Universidad de Deusto
Biblioteca



communitatem ecclesie supra papam in potestate, sic q papa sit illi subditus, sustinetur: que si cuiusla fuerint, ruent omnia. Primo igitur hec tractanda sunt per sex capitulos: deinde singillatim singulis iuxta propositum ordinem respondendum.

¶ In quo fundamentum iuris nature examinatur. Caput. j.

EX naturali igit iure stabiliuntur autoritas cõmunitatis ecclie supra papã: in hoc q de iure nature est, q cõmunitas pfecta z libera est, ad quã spectat prouidere sibi de principe: z tueri se cõtra eum qñ in destructionem vnã potestate, et cogere, punire ac amouere illum qñ demeretur. Hinc ein principio si adiungat, q ecclia vniuersalis est cõmunitas pfecta z libera: z q ordo gratie institutus a iesu christo non tollit sed perficit naturam manifeste concludit, q ad ecclesiam vniuersalem spectat prouidere sibi de papa, z tueri se contra eum, z punire, ac etiã deponere illum, z vniuersaliter esse supra illum.

Hec ratio ꝟhuius in ca. 27. soluta sit, ex eo q dñs iesus ecclesiam nõ reliquit in hoc liber ã altius tñ eadẽ tractãdo dicimus, q natura regiminis cum sit multiplex ex ipso nature fonte (nã quoddã naturaliter in vno, q est naturale ea put cõmunicationis illius, resident: vt patet in regimine domus: cuius autoritas naturaliter in patrefamilias est. quoddam vero naturaliter in ipsa cõmunitate multitudinis manet: vt patet in regimine ciuitatis seclusa omni superaddito dñio, ecclia sticũ regimen cuz domestico z ciuile cõplectat (iuxta illud apli ad eph. 4. estis cives sctorum z domestici dei) ac p hoc altius q̃d sit, non ex diuine potentie immẽsitate, nec ex diuine sapiẽtie, institie aut bonitatis decẽtia (qñ non est impossibile apud deũ omne verbum, nec de decere deũ potest quicq̃d vult) qualis nature sit, ex ipsa natura rei est cõtemplandũ est. Sicut ein domesticũ regnãe z politicũ ex ipsis diffinimus, ita oportet ecclia sticũ regimẽ naturã ex ipso speculari. ¶ Et qñ naturalis ꝓpagatio regiminis sicut z aliarũ rerũ, ex re rei natura ostendit, libet inuieri q̃ eccla nõ a singularibus aut a cõmunitate, z a capite homogeneo iesu xpo institũ sumpsit originis, pfectionis z potestatis, propter qõ ecclie sue dixit ioã. 15. nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos. ¶ Natura igit ecclia sticũ regiminis ab ipsa sua natiuitate est, non vt in cõmunitate sit, necvt a cõmunitate ad vnũ vel plures deriuet (quẽadmodum accidit in regimine ciuili humano) sed vt in vno certo principe a suapte natura sit. Et cum princeps ille vnus atq; idem dñs iesus heri hodie z in secula viuat z regnet, sm naturalis institis consequentiam oportet, vt ad ipsum principẽ nõ ad communitatẽ ecclesie spectet in sua absentia ordinare de vicario: non cõmunitatis ecclesie (que vi pote serua nata, principandi iure caret) sed ipsius principis naturalis dñi cõmunitatis ecclesie. Et hoc ipsum saluator noster per semetipsum exequi dignatus est, dũ petrum apostolum solũ instituit suũ vicarium post resurrectionem ante q̃ celos ascenderet: vt patet ioan. vlti. Relinquitur igitur q̃ sicut princeps ecclesie nõ a cõmunitate ecclesie naturaliter autoritatẽ habet, ita illius vicarius non ab ecclesie cõmunitate, sed a iesu christo autoritatẽ naturaliter habet. ¶ Patet ergo primo, q̃ ecclesie cõmunitas sm propriã naturam considerata, nõ est talis nature, vt ad ipsam spectet prouidere sibi de principe: ac per hoc nec ad ipsaz spectat suapte natura punire, deponere z alia huiusmodi contra principẽ suum: q̃ serua (vt dictum est) nata est. ¶ Patet secõ, q̃ ecclesie cõmunitas sm propriã naturã sumpta non est talis nature, vt ad ipsam spectet instituere aut destituere vicarium sui principis, qui vocat papa. Et si ecclesie communitas potestatem aliquam habet in disponendo de vicario principis, quecũq; sit illa, non habet illam ex sua natura, sed aliunde.

Ex his autẽ facile patet eundum esse fundamentum iuris naturalis pro potestate ecclesie supra papã, q̃ si falsum assumit, dicẽdo ecclesiaz esse cõmunitatem liberã quo ad ius principandi, licet sit summa libera libertate gratie: quin potius ex ipso nature iure supposita ecclesie natura, quam deus illi statuit, oppositum sequi monstratum est. Unde ordo gratie non tollit in ecclesia nature ordinem: qui ibi natus est esse. Non enim in ecclesia natus est esse ordo talis: vt ejus sit ius principatus: z a gratie ordine tollitur: sed in ecclesia ex sua natura natus est ordo talis, vt ius principatus sit non in se sed in dño suo naturali. Et hunc nature ordinem in ecclesia, consequens est q̃ gratia non tollat sed perficiat: et iesu christi sapientia disponens omnia suauiter complectatur. ¶ Facilime quoq; patet ex hac radice prouenire, q̃ ea que inducuntur conuenire alicui corpori mystico ad ius principatus spectantia: non spectant ad communitatem ecclesie ex sua natura. Dico autem ad ius principatus spectantia: propter ea que ad priuatas personas spectant: vt vim vi repellere cum moderamine inculpate tutele, z auferre gladium de manu furiosi, z liquid eiusmodi est. hec siquidem discernendo non fallemur. ¶ Signum autem infallibile seruitutis ecclesie communitatis quo ad ius principatus est: q̃ non potest sibi ipsi regimen retinere, nec duobus aut tribus committere, hẽc enim posse communitatem liberam, manifestum est. Potest enim z per seipsam regere, potest et triumuiratum instituere, et alia huiusmodi, et jam supra regem quem eligunt, quod ecclesiam non posse manifeste liquet: ratione quam posset aut in pluribus simul locare potestatem iurisdictionis pape, aut officium aliquod supra papam quo ad iurisdictionem et regimen ecclesie instituere in vno vel pluribus suppositis. sic z a talibus nominandis, quod loco ipsius communitatis ecclesie ecclesiam z papã regeret. Quia igitur naturale ius fundatum supra ipsam ecclesie naturam, non instituit ecclesiaz supra iesu christi vicarium: perscrutandum est, an aliunde ex iure. I. diuino ecclesie communitas hoc habeat ius.

¶ In quo fundamentum iuris diuini examinatur: z pro quo ecclesia sumitur, cum dicitur, dic ecclesie. Caput. ij.

ET licet hoc a multis affirmetur, et in constantiensi atq; basiliensi concilio diffinitum sit, q̃ ab ipso principe iesu christo ecclesie communitas habet immediate potestatem supra papam (ipsius principis vicarium: multibi tamen in sacra scriptura (in qua ius diuinum promulgatur) hoc haberi asseritur: nisi matthe. 18. vbi dominus ait: Si peccauerit in te frater tuus zc. et subdit: Dic ecclesie: z si ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. amen dico vobis quecunq; solueritis super terram erunt soluta z in celo: et quecunq; ligaueritis super terram erunt ligata z in celo. In his enim verbis patet q̃ ecclesie, non aliqut eius membro (ecclesia enim non aliquod membrum, sed collectionem eorum significat) datum est vt audiat, et excommunicet, liget et soluat omnem fratrem: et quecunq; super terram. Pluraliter quippe subiectum est, quecunq; solueritis: ad ostendendam ecclesie autoritatem. ¶ Ex hoc textu apparet primo, q̃ ecclesia habet immediate autoritatem a domino iesu christo. Per seipsam quippe hoc dixit ecclesie, non minus q̃ petro cum dixit: pasce oues meas z quicquid solueris super terram zc. Apparet secundo, q̃ quum vicarius principis huius sit frater ejusq; fidelis (iuxta illud matthe. 23. omnes vos fratres estis) q̃ si peccauerit in me, potest denunciari ecclesie: et procedi secundum subsequenta. ¶ Apparet tertio, quia eiusdem potestatis est esse ordinarium iudicem vicarij principis et aliorum singulorũ membrorum ecclesie z ordinare de illis, q̃ ex hoc eodem textu ecclesie communitas instituta est simpliciter superior ad ordinandum de vicario dñi z aliis ecclesie membris.

Hec ratio ꝟhuius in capitulo. 9. illius libelli multipliciter tractata ac soluta sit: altius tamen et latius (si fieri a ne potest) repetenda est: quia hinc omnia pendent. Et quoniam principia cognoscimus ex terminis: examinemus primo quomodo, oportet hic sumi ecclesiam quum dicitur, dic ecclesie: et si ecclesiam non audierit zc. Oportet namq; ferre monitem hunc verificari de ecclesia, aut vniuersaliter. I. de omni ecclesia: aut singulariter de ecclesia vniuersali: seu de ecclesia simpliciter, aut de aliqua determinata ecclesia, aut de ecclesia indistincte non determinando hanc vel illam. Cum enim sermo sit de ecclesia in actu audiendi z iudicandi, aliter modus esse nõ potest, quo de ecclesia hoc verificetur. Oportet enim aut omnibus, aut alicui ecclesie, aut toti vniuersali ecclesie competere iudicium hoc a domino traditum. ¶ Et quidem q̃ non singulariter de sola vniuersali ecclesia sermo sit, ex hoc communiter: q̃ preceptum hoc domini de denunciatione peccanti proximi in me, non me obligat ad recurrendum ad vniuersalem ecclesiam. Non enim oportet vt peccante in me fratre meo, et postadhibitos testes incorrigibiliter pernicioso, dicam concilio vniuersalis ecclesie: vt patet. Et tamen si sermo iste esset de sola vniuersali ecclesia, preceptum domini ad hoc obligaret: quia obligat ad dicendum ecclesie vniuersali iuxta hunc sensum.



Esset ein sensus, si peccauerit in te frater tuus zc. dic ecclesie vli. ¶ Amplius. Si in hoc textu data est potestas ecclesie vniuersali, cũ non sit ei data maior intensiue ptãs q̃s petro (vtriq; enim eadẽ potestas data est dũ vtriq; dicitur: q̃cunq; ligaueris vel solueris super terram zc.) quo ecclesie cõtas matoẽ sibi q̃s petro potestatem iurisdictionis vsurpat? Quo rursus christus eterna sapientia duas equales intensiue potestates in ecclesia absq; terra supra ambas instituit? mutuo ein se impedient: cum par in parem non habeat imperiũ. Quo perplexas relinquit oues, vel libertas: vt aut obediant cui volunt, aut neutri, aut vtriq; precipienti contraria simule? Nõ igitur est sermo pñtis textus de sola ecclesia vli.

¶ Et p idẽ patet, q̃ nõ est sermo de ecclesia simpliciter: vt distinguitur contra ecclesiam talem (vtputa mediolanensem, bononiensem zc.) hoc enim nihil aliud est dicere, q̃s q̃ est sermo de ecclesia vniuersali, q̃s exclusum est. Et q̃ nõ est matoz ratio de vna ecclesia q̃s de alia, ideo patet q̃ nõ est sermo de aliqua ecclesia determinate, nec de omni collectiue aut distributiue, ꝓpter ꝟdictam rõnem: quia nõ teneor denũciare oibus ecclesijs peccãte in me frẽm. Sed sermo est de ecclesia indistincte seu indefinite: ita q̃ ecclesie datũ est iudicium fratris peccãtis nõ determinãdo hanc vel illã. Et qñ actiones sunt singularium: z actoz sequitur forma, ret: determinatur in quolibet ecclesia a fratre peccante: ad ecclesiã. I. fratris peccantis. ¶ Ita q̃ sensus literalis illius text. est si peccauerit in te frater tuus, dic ecclesie illius: z si illã non audierit zc. Et ad hoc proculdubio obligat preceptum absq; vllo inconuenĩti, z cõi animi cõceptione ac cõsuetudine ecclesie roboratur: disponit nãq; sic intellecta doctrina dñi, omnia suauiter. Nec hillarius male intelligendo ecclesiam peccantis fratris: qñ ecclesia illius est nõ sola sua propria, sed quecũq; alia iurisdictionẽ hñs super illã: vt patet.

¶ In quo discutit q̃d significet ecclesia cũ dr, dic ecclesie. Caput. iij.

DE hoc Rursus vocabulo ecclesie videndum est quid significet in hoc textu, quum dicitur, dic ecclesie. Et ne in multitudine expositionum vagi estimemur, admittatur ecclesiam proprie sumi pro conuocatione seu collectione fidelium. ¶ Aiunt autem isti, q̃ ecclesia hoc in loco significat cõmunitatẽ fidelium non in seipsis, sed in prelatis eorum, siue papa interfit siue non.

¶ Sed q̃ hic non sit sensus literalis, ex eo patet q̃ in vna z eadez significatione oz intelligere in hoc textu ecclesie nomen respectu cuiuscũq; peccãtis ecclesia sit. Quum ein vt ex dictis patet, indistincte dictum sit, dic ecclesie peccãtis fratris (quam ille tenetur audire) z nõ magis de vniuersali q̃s particulari aut econtra, oportet vnuoce significare ecclesiam quum applicatur ad vniuersalẽ z quum applicatur ad particularem: vt patet. Cõstat autem q̃ cũ denunciandus, est frater ecclesie mediok. fue ecclesie, non precipitur a domino q̃ dicat ecclesie illius. I. communitati, siue ep̃o, inter sit siue nõ. Ergo cum ꝓcipitur dicendum ecclesie indistincte, nõ intelligitur cõitas, siue caput velit esse siue non. ¶ Unde sciendũ est, q̃ ex vi vocabuli dic ecclesie, figniet dic conuocationi proculdubio fidelium: ex contextu tñ litere (q̃ subdit. amen dico vobis q̃cunq; solueritis sup terrã zc.) sumit q̃ nõ de quacunq; conuocatione fidelium, sed de autoritatiua intelligitur: alioquin conuocatio fidelium mediolanẽ. sine eius ꝓlato haberet a dño potestatẽ iudicandi zc. Perinde ergo est dic ecclesie, z dic autoritatiue conuocationi. Cõstat aũt inductiue in singulis ecclesijs, q̃ autoritatiua cõuocatio nõ est, vbi ꝓlatus illius cõuocationis deest: igit nec autoritatiua cõuocatio oim fidelium est, vbi oim fidelium pastor z rector q̃ est papa, deest omnino. I. tã per se q̃s p alium. Et est sermo de autoritatiua conuocatione seu ecclia simpliciter z absolute, z non sm q̃d. seu respectu huius: puta pape heretici deponẽdi, vel electoris future zc. Inquirimus siquidẽ nũc sup tota autoritatẽ simpliciter z absolute.

¶ Explanatur aũt amplius q̃d dicimus. I. q̃ in nolie ecclie in hoc textu claudit illius ecclie ꝓlatus. Si nõ includit ꝓlatus illius, oportet alterũ duoz dicere: aut q̃ cõmunitas fidelium in ecclia aliqua particulari habeat etiã inuito ep̃o a dño iurisdictionis potestatẽ excõmunicandi zc. aut q̃ nõ de cõmunitate sit dictũ, dic ecclesie, z similiter q̃ nõ est ei dictũ. q̃cunq; solueritis sup terrã zc. Secũda patet: q̃ ecclie data est autoritas, z si nolie ecclie intelligit cõmunitas, ipsa cõmunitas velit nolit, ep̃i autoritatẽ habet: et si nõ habet, relinquit q̃ ipsa nõ sig̃ificatur ecclie nolie hoc in loco. Primũ aũt horũ affirmari nõ potest: secundũ igit est verũ. In cuius signũ, sacrorũ doctorũ ei cõsonat glossa, dic ecclie. I. ꝓlato vt caput cõuocationis. Juxta hũc eterũ sensum etiã ipse q̃ est papa, dicere potest crimẽ alterius ecclie. I. autoritatiue cõuocationi: vt nicolaus papa. xj. q. iij. ca. ꝓcipue. lothario regi commĩando scribit. Nec obstat q̃ ipsemet sit illius caput: q̃a hoc est p accidẽs. I. q̃ denuntiãs z ꝓlatus cõuocationis coincidãt in vnã z eandẽ personã. ¶ Et si bene cõtextus eu ãgelij notet, vbi vult dñs autoritatiuã cõuocationẽ adhiberi, in qua ex pluralitate cõuocatorũ cõcilij vigor, ex autoritate aũt ꝓlati autoritas iudicij inueniret. Propter q̃s etiã conuertit sermonẽ ab ecclesia ad ꝓlatos: cum ein ꝓius de ecclia dixisset, dic ecclie: z si illã nõ audierit zc. nõ subdidit, amen dico vobis, quicq̃d solueritis ecclia sup terram: sed subdidit, amen dico vobis, quicq̃d solueritis, insinuãs q̃ hoc cõmuni quidẽ conuocatiõis cõcilio correctionẽ tractandã: ꝓlatorum aũt autoritate soluendũ ligãdũq; (iuxta cõclusa) q̃ ecclesiam esse. ¶ Pluraliter aũt dixit solueritis, vel propter pluralitatẽ conuocatorũ ad tractandũ z concludendũ, vel propter pluralitatẽ capitis in pluralibus ecclesijs, de quibus indistincte diximus: dic ecclesie.

¶ In quo discutit, an dñs per illa verba matth. 18. dederit immediate potestatem ecclesie: z ẽstam ei dederit. Caput quartum.

QUamus Aũt ex ecclie in hoc textu suppositione z significatione: manifestũ sit, q̃ ad ecclesiam vniuersalẽ nõ restringit? pes. no litera, sed q̃ indistincte de ecclesia est sermo: adhuc tamen obscurũ remanet: z ꝓpter ea declarãdũ: an dñs immediate dederit potestatẽ iurisdictionis ecclie indistincte, z ẽstã autoritatẽ eidẽ dederit. ¶ Est autẽ ratio obscuritatis in primo: q̃ si dñs dedit immediate potestatẽ iurisdictionis ecclie fratris peccantis in me, quũ quelibet ecclia sit talis, sequit q̃ qlibet ecclesia habeat immediate ꝓtatem iurisdictionis a domino: quod non bene sonat. Si autẽ nõ dedit omni ecclesie fratris peccantis in me, quum non sit matoz ratio de vna q̃s de reliqua: nulli dedit in hoc textu, quod non admittitur. ¶ Nõ autẽ obscuritatis in secundo est: quia equalem potestatem cõtinent verba dicta in hoc textu ecclesie: z verba dicta petro, scilicet quecũq; ligaueritis super terram, erunt ligata z in celo: z quecunq; solueritis super terram, erunt soluta z in celo. Non consonat autẽ equales esse in ecclesia dei potestates iurisdictionis non habentes in eadem aliquam tertiam supra se: principatuum enim pluralitas mala est.

Principiũ Autem hums claritatis sumẽdum puto a destructiõe sensus opinati: vt vel sic veritas elucescat. ¶ Dicẽdũ est ergo primo, q̃ ipm dñm dare immediate potestatẽ illam, quecũq; solueritis, cõmunitati vniuersalis ecclesie, repugnat ordini inter papã z eccl̃am: q̃ (vt dictum est) potuit duas equales intẽsiue ptãtes iurisdictionis in ecclesia, nõ habẽtes tertiã supra se in eadẽ ecclesia: a dño immediate ordinata: scilicet cõmunitatis ecclesie vniuersalis: z pape. Pz̃ sciã ex textu matth. xvj. z matth. xviij. vbi (vt dictũ est) eadẽ ꝟba vtriq; dicta leguntur. ¶ Et licet hoc sit ꝟm se inconueniens manus tñ ostenditur: si attendam⁹ quo xp̃s eterna sapientia, principatuum pluralitatẽ in ecclesia instituit, quo mutuo sese impedirẽt duę potestates: quo pes plexe essent oues christi, vel libere cõtraria ꝓcipiẽb⁹: vt aut obedirent alteri ad libitum, aut neutri, aut vtriq; ad contraria, quod est impossibile. ¶ Et quod amplius est, si hec etiam ponerentur data immediate potestas vniuersali ecclesie, vnde sibi potestatem supra papã habẽtem equalẽ cõmunitas ecclesie, vẽdicaret: cũ par in parẽ nõ habeat imperium. Quo ein ptãs intensiue equa sit, qua rõne ecclia supra papã, qi mẽbũ eius iurisdictionẽ haberet, q̃ dictũ est: si peccauerit zc. dic ecclesie: eadem ratione: quia ecclesia est ouile pape, q̃ dictũ est: fiet vnum ouile, z vn⁹ pastor, papa supra ecclesie cõtatem iurisdictionẽ haberet, aut neutter sup alterũ. ¶ Dicendũ est scõo, q̃ ipm dare immediate potestatem illã: q̃cunq; solueritis zc. cõmunitati cuiuscũq; ecclie, repugnat consuetudini ecclie (z est semp sermo de cõitate, ecclie vt adsurarij intelligunt: s̃z siue ꝓlat⁹ adsit, siue nõ omino). Pz̃ hoc ex cõi ecclesie consuetudine, qua talis cõitas inuito suo ep̃o z papa nõ põt absoluere z ligare: que tñ posset, si a dño immediate haberet potestatẽ cõitas cuiuslibet ecclie. ¶ Dicendũ est tertio, q̃ ipm dare immediate illã ptãtẽ: q̃cunq; solueritis sup terrã, erit zc. in sua amplitudine vt sonat cuicunq; ecclesie autorizate ꝓprio capite, nisi cuius proprium caput est papa repugnat ecclesiarum ordini essentiali: z earum professioni. Ordini quidẽ: quia si ex hoc loco summa autoritas cuicunq; ecclesie autorizate proprio capite (vt dominus loquitur) indistincte data asseritur a domino immediate, oportet dicere duo. primo q̃ quilibet ecclia immediate habet

Universidad de Deusto
Biblioteca



autoritatē a dño.secūdo,q̄ ḡlibet ecclesia habet equalē intēsiue a dño potestatē iurisdictionis:cuius extēsiue vna excedat alterā, ⁊ vniuersalis ecclesia oēs.Et cōuincit sequela vtriusq; q̄ ecclesie indistincte,immediate ⁊ equaliter datū est (vt patet in litera et ex dictis)⁊ nō magis vni q̄ alteri:vt patet ibidē.Et ex hoc sequitur vlterius vtraq; pars contradictionis.s.q̄ vna ecclia est superior simpliciter ⁊ nō est supior simpliciter altera.Nā ex eo q̄ ḡlibet ecclesia habet a dño in suos potestatē,sequit q̄ ecclia vna,puta vniuersalis est superior simpliciter qualibet ecclia particulari(vtpote eius mēbro)ac q̄ hoc potest disponere ⁊ ordinare de illa:⁊ ordinare aliqd de illius potestate,irritādo si secus factū fuerit.Ex eo vero q̄ ḡlibet ecclesia habet a dño immediate potestatē equalez intēsiue,sequit q̄ ecclia vniuersalis nō potest aliquid subtrahere potestati iurisdictionis ecclie particularis:potestas.n.data alicui a principe,nō potest ab inferiori auferri.Et cōsequēter sequitur,q̄ ecclia vniuersalis nō est simpliciter superior pm potestatē iurisdictionis respectu ecclie particularis:supplonis.n. potestatis iurisdictiōis simpliciter est posse irritare inferiorū actū.si hoc faciat.Reliqua icōuenientia q̄ sequunt ex equalitate intēsiua potestatis iurisdictionis in qualibet ecclia,vtputa q̄ subditus non tenet magis vniuersali q̄ particulari obedire,q̄ par in parē habet imperiū,q̄ dcgd ab vna fit,a reliqua potest impediri, ⁊ reliqua)viris mediocriter doctis relinquo deducenda.f Professioni aūt ecclesiarum).hoc repugnat:q⁊ papa reseruante vel prohibente ⁊c.ecclesie reliqe potestatem iurisdictionis in reseruatis prohibitis ⁊c.se non habere confitent:quod non vere dicerent si illam potestatem a dño immediate accepissent.Et est sermo semper in huiusmodi de dare ordinario iure potestatem.

**Ex quibus** oībus colligo,quū hec potestas tam ampla soli petri ecclie cōueniat,⁊ hec verba nō soli petri ecclie dicta sint,q̄ p hec verba aut nulla ordinaria potestas iurisdictiōis data est,aut nō tā ampla vt est illa data petro.Et vere sic est.Verba siq̄dē dñi manifeste cōtinēt potestatē iurisdictiōis in ecclia(nec hoc vertēdū est in dubiū)sed nō cōtinēt q̄ ipsa data sit a dño talis potestas:vt discurrēdo p singula, ⁊ ratione manifestat.¶ Discurrēdo q̄dē p singula:nā p illud ffbum, dic ecclesie,nulla dat prās,ff̄ ꝓcipit denuntiatio, pinde.n.est,dic ecclesie,ac dic indici:vbi pz non dari iurisdictionez.sed ꝓcipit denunciationem.Per illud vero,si eccliā non audierit, sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus:quum pinde sit,ac si iudicem non audierit sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus:manifeste pz nullam dari potestatem,sed in casu pertinacie euitationez illius a dño indici. Per illud demū,amē dico vobis,q̄cunq; solueritis ⁊c.nullā etiam dari tunc potestatem ex eo patet,q̄ nec petro ex eisdez verbis (f. quicquid solueris ⁊c.)ylla data est tunc potestas:sed post resurrectionem dñi,quum dictum ei est:pasce oues meas.

¶ Ratione aūt.Nam potestas iurisdictionis contenta in his dñi verbis,aut est data tunc ecclesie,cui dñs loquitur,aut non est data tūc:inter hec.n.cū contradictorie opponant,non dat medium. Si non,habet intentū.Si est data tunc ecclesie,ergo cuilibet collectioni seu cōmocationi fideliū,cui ecclesie nomē vere cōuenit, data est a dño immediate potestas illa iurisdictiōis:hoc aūt spectat ad heresim pauperū de lugduno,dicentiū q̄ vbi sunt fideles congregati in noīe dñi,ibi est potestas,eo q̄ potestas sequit veritatem plone:solū.n.differt ab ea pm vnum ⁊ multa.Sequela aūt patet:q⁊ dñs indistincte de ecclesia loquens,ad q̄cunq; ecclīam peccātis fratris preceptū sententiamq; extendit.Cōstat aūt collectionē seu cōmocationē fideliū sine prelato aliquo inter eos ecclesie nomē vere habere.f Et confirmat q̄ de talium collectione oporteat istos concedere ecclesiā ibi dici:q⁊ quod est,non fit,⁊ habenti non dat q̄s habet.si ergo ecclesia per hec fit habens potestatem,ipsa non habet illā,ergo illa collectio,in sermone est q̄ non habet autoritatem,sed hinc accipit.Et cum non sit maior ratio'de vna q̄s de alia:sequitur idē q̄s prius.f.q̄ quelibet fideliū collectio a dño hinc habuerit autoritatem iurisdictionis.f Si dicatur, q̄ ecclesie nomine intelligitur hic collectio fidelium autorizata:tūc currit ratio prius dicta de ordine essentiali ecclesiarum.Et obstat ipsum dare:quia habenti non datur:⁊ quod est potestatē habens, non fit potestatem habens.

**Quia** igitur ex predictis patet,q̄ autoritas iurisdictionis in verbis dñi continetur:⁊ non est per hec verba data:dicendum est,q̄ per hec verba dñs vltra preceptum de correctione fraterna,denuntiatione illiusq; ordine,efficaciam ecclesiastice potestatis iurisdictionis ad literam expressit per illa verba.si ecclesiam non audierit ⁊c.⁊ quecunq; solueritis super terram ⁊c. ostendit.n.tāte efficacie ecclesie esse sententiā:vt indubie a nobis seruanda,⁊ in celo rata sit.Et hoc solum p illa verba dñs fecit:potestatem.n.ecclesie al's supponebat.f Et potest admitti q̄ pmisit illā per illa verba,q̄cunq; solueritis.sed ad vtrūq; horum.s.q̄ potestas supposita est ⁊ promissa,sat est,si q̄cq; data est.et similiter quo ad modū.si mediate vel immediate data est,Petro siquidē. ac p hoc eius ecclie immediate potestatē dedit post resurrectionem dicens:pasce oues meas,reliqs vero ecclesijs mediante petro pm cursum ordinarium:q̄ uis dispensatiue mediantibus aliis apīis:q̄bus potest cōcedi hoc esse pmissus.f Est ergo sensus literalis verborū dñi,q⁊ tanta esset futura ecclesie cuiusq; autoritas potestas in sibi subditis vt sic:vt sententia eius ⁊ coram hominibus ⁊ in celo esset valida.Et hic sensus est amplectendus:vtpote cui omnia consonant:⁊ series textus,⁊ sensus verborū,⁊ autoritates sanctorū,⁊ consuetudo ecclesie,⁊ euitatio omniū inconueniētium:q̄ omnia propter iam dicta hic ⁊ in libello illo prosequenda omitto.Satis esū puto hec:⁊ q̄ promissioni dñi sufficiat exhibitio quam mediante petro ordinarie:et mediantibus aliis apostolis per viam legationis omnibus ecclesijs fecit.

¶ Quomodo ecclesia habeat potestatem iurisdictionis que in verbis domini continetur:an scilicet ratione sue totalitatis,an ratione partis. Caput quintum.

**Via autem** constat ecclesiā de qua dñs loquitur,habere potestatez iurisdictionis:q̄rumcūq; per illa verba non sit et data,⁊ varijs modis intelligi hoc potest:oportunum vī detur discutere modum,quo potestas iurisdictionis est in ecclesia.¶ Sciendum igitur est,q̄ dupliciter potest intelligi ecclesia ad literam cui peccatum fratris peccantis dicendum mandat dominus,habere potestatem iurisdictionis in foro exteriori(de quo est sermo)iuxta duos modos quibus de ecclesia,q̄ quoddam totū significat,aliquid verificatur.Primo ratione partis.secundo ratione ipsius totalitatis seu totius.Sicut de homine,qui etiam quoddā totū est,dicimus q̄ videt q̄ audit ⁊c.⁊ verificatur ratione partis:q⁊ videt per oculū,audit p aurem ⁊c.⁊ rursus dicimus de eodē,q̄ pfectionem est a falsitate:q⁊ est animal politicum ⁊ huiusmodi:⁊ verificatur ratione ipsius totius:vt patet. Et quidem q̄ de ecclesia ratione partis(puta capitis)verificatur q̄ habet potestatem iurisdictionis soluendi ⁊ ligandi in foro exteriori,dubiū non est,⁊ sic solū(vt probabit amplius)ad literam verificari potest sermo euangelij,q̄ ecclesia habeat potestatem.Modo autē de ecclesia ratione ipsius totius hoc verificet,multipliciter imaginari potest.Primo accipiēdo ecclesiam quasi totum homogeneū.i.simplicis nature p totum.prout ecclesia est collectio fidelium:oēs em fideles mōstū fideles,vnius sunt nature,Et sic esset sensus,q̄ ecclesia.i. collectio fideliū habet potestatē iurisdictionis ⁊c.Et si in hoc sensu intelligat,dic ecclesie,sequit q̄ cū in fide nō sit differentia sexus ⁊ status,q̄ ecclesia laicorū ⁊ feminarū haberet iurisdictionē in foro exteriori.Et tenet sequela,tum q⁊ oēs fideles sunt eiusdē nature.tum q⁊ si contingat in aliqua ecclia mori clericos oēs,remanet ibi vere ecclesia in hoc sensu.i. collectio fideliū:⁊ consequēter,pm istā phātasiam illa haberet potestatem excommunicandi.Imo si bñ consideret sumendo ecclesiā vniuersaliter pro omni homogeneū:qm̄ fides sola est eius natura,accidit illi toti,q̄ aliqua eius pars sit status clericalis:q⁊ in illo toto vt sic potestas spūalis,secūdo ergo,potest intelligi sumendo ecclesiā vt totū etherogeneū.i.dissimilis nature:prout ecclesia constat ex oībus membris officialibus(puta epō,sacerdote diacono,vel alijs quoru dolibet assignandis membris)hoc em totū est quasi corpus constans ex oculis,manibus ⁊c.Et sic esset sensus,dic ecclesie.i.congregationi integre mēbrorum ecclesie.Et si in hoc sensu intelligat, q̄ ipsum totum ratione sue totalitatis habet potestatē iurisdictionis,obstant tria,primo q̄ equalis potestas intensiue ponereturnis,obstant tria,primo q̄ equalis potestas intensiue ponereturnis,obstant tria,primo q̄ equalis potestas intensiue ponereturn

Universidad de Deusto
Biblioteca



Diri in ca. ẽrto eiusdẽ.q̃ p̃ualuisset snĩa ioã. vẽ. Sed obio dictioĩs ꝑpue in cap. 13. tractabitur. ¶ Cap. iij.

Diri in ca. sexto eiusdẽ, papã esse caput eccle vniuersalis: nõ solum singulorum membrorũ: vt inimici veritatis glossant.

**Obijcitur** contra hoc dupliciter. Primo, q̃ falsum est papã eẽ caput ecclesie vniuersalis collectiue sumpte. ℞ Tum, qm̃ ecclesia non est petri, sed christi: iuxta illud matth. 16. super hanc petram edificabo ecclesiã meã. non tuã. Tũ, quia papa est minister ecclesie, non dominus: ecclesia autẽ est cui ministratur: ac per hoc maior: iuxta dictũ saluatoris: maior est qui recumbit, quã qui ministrat. ℞ Tum, quia omnes autoritates dicentes papã esse caput ecclesie, intelliguntur de ecclesia pro singulis ecclesiis particularibus, respectu quoꝝ est caput ministeriale: nõ pro tota ecclia collectiue. ¶ Secundo, quia licet concedatur petrũ esse caput ministeriale etiã totius ecclesie vniuersalis: non tñ oportet omnẽ propietatẽ capitis in eo saluari: nec specialiter superioritatẽ in autoritate respectu totiꝰ residui. Et hoc precipue, quia tota ecclesia non dicitur corpus petri, sed christi: corpus christi: vt patet ad rom. 12. ℞ Et confirmatur hoc, quia rex dicit caput regni: nontñ propterea est regno congregato superioꝛ, sed qualitẽr eius parte.

**Rñdeo.** Et ad primi quidẽ probationẽ primã, q̃ ecclesiã non esse petri sed christi, non arguit petrũ nõ esse caput eius: sed petrũ non esse caput illius ex se, sed loco christi: vt patet. ℞ Ad secundã vero probationẽ, q̃ petrũ esse ministrũ ecclesie vt cui ministrat, non est esse inferioꝛẽ potestate, sed exercitio: vnde ipse dominus de seipso dicit, q̃ venit ministrare: et papa vocat se seruũ seruoꝝ dei: et sic est in veritate. Ecclesiã autẽ esse maioꝛẽ papa vt finis est maior eo quod est ad finẽ, verificatur q̃ est esse melius: in his eñ que nõ mole magna sunt, idẽ est maius qꝫ melius secundũ augustinũ. papatus siquidẽ est propter ecclesiã. et nõ econtrario. Unde ex hoc, q̃ papa non est dominus sed minister, et ecclesia maioꝛ bonitate et nobilitate nihil habetur contra potestatẽ capitis, contra quã tenditur. ℞ Ad glossam demũ cõmunẽ, dicitur q̃ licet multe autoritates possent sic glossari, non omnes tamẽ sunt illius capaces: vt in libro ostensum est. ¶ Ad secundũ autẽ dicitur, q̃ ecclesiã non esse corpus petri, sed christi, verũ est: quia christus non solũ caput mysticũ eius, sed mysticuꝫ suppositum ipsius est: vt patet ad ephe. 1. Ubi de christo duo dñr. s. q̃ est caput ecclesie: et q̃ ecclesia est corpus eius. Et prime ad cor. 12. expresse dicitur. sicut n. vnũ corpus est, et multa mẽbra habet, omnia autẽ mẽbra corporis cũ sint multa: vnũ tamen corpus sunt: ita et christus. Ex hoc autẽ, q̃ ecclesia est corpus christi et non petri: non sequitur q̃ petrus non sit caput loco christi: sed q̃ petrus non sit ille qui operatur per mẽbra huius corporis, sed christus: qui per petrũ et ceteros operatur. Et similiter non sequitur: q̃ illud caput loco christi non sit superius autoritate residuo corporis christi: vt manifeste liquet. ℞ Ad confirmationem dicitur dupliciter. Primo q̃ nullus dicit: q̃ ex esse qualitercunqꝫ caput alicuius multitudinis, sequatur potestas iurisdictionis super illa multitudine: eñ multiplicetur aliquid possit dici caput alterius metaphoice. Papa autẽ est sic caput, q̃ est pastor, episcopus, et rector totius ecclesie: et non solũ singulariũ: vt autoritatibus et ratione ibi probatũ est. ℞ Dicitur secundo, q̃ sicut rex est caput regni: ita superior eo. et ꝓpterea rex qui dependet a regno collectiue, non est caput illius: et ideo non est superior eo, sed singulis partibus. Rex autẽ qui etiã a regno collectiue non dependet (vt est rex regum) est caput etiã totius congregati, et superior eo. Unde arguere ab esse caput in rege dependente a regno, ad esse caput in papa, non est rectũ. eo q̃ papa non dependet a regno ecclesie, nec vices ecclesie gerit sicut rex talis vices regni: sed solius iesu christi vicarius est.

Diri in eodẽ ca. 6. q̃ potestas electiua ipsius pape in pape potestate est. Sed q̃ in ca. xxii. latius tractatur: ibidem obiecta soluentur. Caput tertium.

Diri in eodẽ ca. 6. q̃ non est maioris autoritatis cõ cilij autorizati a papa, quã ipse papa.

**Obijcitur cõtra.** Primo ex glossa i ca. legimus. 93. di. Statuta concilij generalis preiudicant statutis pape, si contradicant. ℞ Secundo, quia constitutio calcedonensis concilij prenaluit reclamationi leonis de constantinopolitana sede: vt patet in ca. antiqua. de priuilegiis. et 22. di. renouantes. ℞ Tertio, quia consuendo generalis ecclesie pontificale statutũ abrogat.



**Respõdeo.** Et de glossa primo dico, q̃ ipsamet nõ affert hoc dicit illã sententiã, sed argumẽtũ ad illã dicit: vt patet etiã ex scripta in ca. nemo. q. 9. ad quã se remittit. ℞ Secundo dicitur, q̃ verificatur de statuto concilij supervenientis statuto pape: quoniã quẽadmodũ ipsemet papa ius condendo quoꝫ contrariũ, illud tollit (vt ꝓtatet in ca. licet in sexto) ita etiã cõcilij autorizati a papa constitutio, pape constitutionẽ prioꝛẽ cõtrariã tollit. ¶ De vigore autẽ concilij circa sedẽ constantinopolitanã, dicitur q̃ non concludit superioritatẽ concilij supra papã: sed tolerantiã pape. Videmus enim continue prelatos cedere multitudini magnatũ: quãuis si potestate vti vellẽt, cõpescere possent. ℞ Quãuis de reclamatione leonis nihil in capitulis illius habeatur: primo ibi humilis est lo quintio dicentiũ, petimus vẽ. ¶ De vsu autẽ consuetudinis vniuersalis: dicit q̃ si hoc concluderet ecclesiam supra papã: concluderet etiã ecclã supra seipsam ecclesiã: quoniam etiam statutum vniuersalis ecclesie, generalis consuetudo abrogat: vnde abrogatio istiusmodi non fit potestate: sed executiue ex parte ecclesie: et negatiue ex parte principis: quia scilicet non cogit.

¶ Caput quartum.

Diri In eodem sexto ca. q̃ si ecclesia: hoc est communitas ecclesie seclusio papa haberet potestatem supra papam: q̃ ecclesie regimen esset democraticum ✠ seu populare: in quo tota autoritas apud nullum resideret: sed in tota communitate.

**Obijcitur** Contra sequelã: q̃ non dicit regimẽ regale, in quo sit vnicus toto residuo superioꝛ, quia tunc non esset in similibus aliquod regimen regale, sed quia est vnicus: qui totius populi vices gerit quolibet particulari superioꝛ.

**Respondeo** De sequela est optima formaliter intellectis eius terminis: quia si in tota communitate sola est autoritas: ergo vt sic constituit regimen populare: cuius ingressum aliquem vnum preficit: constituat aliam speciem regiminis. ℞ Rursus sequela est optima de supremo regimine ecclesie: de quo est questio: quoniam si in tota communitate sola est vniuersalis ecclesie potestas: summum regimen: summumqꝫ tribunal eiusdem ad quod omnia resoluenda sunt: esset populare: vt patet: quicquid esset de regimine medio q̃ vnus. Unde si in regno aliquo populus est supra regem: manifeste sequitur et q̃ communitas populi vt sic regimen est populare: et q̃ summum tribunal est populare: cuius exerceat per aliam regiminis speciem (puta per regale) supra alios iurisdictionem suam communiter. Nihil igitur obstant obiecta dictis: quoniam cum regimine regali medio: stat supremum populare: de quo est questio: et formalis sermo.

¶ Caput quintum.

Diri In ca. septimo: pbãdo q̃ papa eẽt supra cõmunitatẽ totius relique ecclie: ex illa auctoritate: pasce oues meas ꝛc. q̃ papa est pastor vniuersalis ecclesie: et non solum singularum oniũ.

**Obijcitur** Respõdẽdo dupliciter. Primo per intentionem: q̃ papa est pastor totius ecclesie quãtum ad administrationem pabuli spiritualis verbi dei et sacramentorum. Hoc n. non exercentur per communitatem sicut actus iuridici.

**Respondeo.** Et negatio quidem, irrationabilis insequitur: quia ecclesie seclusio papa haberet potestatem supra papam: q̃ ecclesie regimen esset democraticum ✠ seu populare: in quo tota autoritas apud nullum residet: sed in tota communitate. Nam dupliciter potest intelligi concessum: q̃ papa est pastor totius ecclesie quantum ad ministrandum verbum dei et sacramenta. primo autoritatiue, secundo ministerialiter, respectu totius ecclesie. Si autoritatiue: ergo ipse vere superioꝛ: tota ecclesie communitate est: nam autoritatiue pascere et verbo dei et sacramentis: est actus superiorius absolute respectu illius qui sic pascit: vt patet inductiue. et sic responsio inter imit seipsam. Si autem ministerialiter: ergo non habet papa ex se in pascẽdo plus quam in actibus iuridicis: potest siquidem et actus iuridicos omnes vt minister ecclesie cõmunitatis apud istos: et sic responsio nihil dicit.



℞ Esti ꝙ papa vere pastor autoritatiue vniuersalis ecclesie et singularum personarum eius in iudicio et iustitia et verbo dei vẽ. vice illius qui pascit omnes in innocentia cordis.

¶ Capitulum vj.

Diri in eodem septimo ca. ex illa autoritate, fiet vnum ouile et vnus pastor: quod papa est pastor illius ouilis: et non Romerso.

**Obijcitur** quod christus dixit petro: pasce oues meas: non tuas: et quod christus dedit potestatem ouili supra pastorem.

**Respondeo** quod petrum esse pastorem ouium non suarum sed christi: concludit ipsum esse pastorem non ex se: neqꝫ loco ecclesie communitatis: vt obicientes dicunt: quoniam oues nec sunt petri nec sunt communitatis ecclesie: sed loco iesu christi: cuius solius sunt oues propue. Unde ex hoc nihil aliud habetur: nisi quod petrus praest ouili non christus ex se, sed loco christi. ℞ Quod autem additur christum dedisse autoritatem ouili supra pastorem: voluntarie dicitur: et ipsis verbis domini dissonat et repugnat. Dissonat quidem quia ouile illius pastoris ecclesiam constituit, regulare est autem deductum est: quia non fieret vnus pastor iuxta verbum dñi: sed duo: scz petrus: et ipsum ouile. Et q̃ de petro voce dñi constat dicentis: pasce oues meas: et quod vnus tantum sit: eiusdem autoritate dñi patet: pñs est vt alter pastor: ficrus sit contra dñi sniam.

Capitulum vij.

Diri in eodem septimo ca. q̃ non minus papa est episcopus ecclesie catholice quam quilibet episcopus tue ecclesie: ex hac propositione inferendo superioritatem eius super ecclesiam catholicam: et non solum super singula membra: sicut est in aliis episcopis respectu suarum ecclesiarum.

**Obijcitur** contra similitudinem. Tum quia episcopus particularis gerit vices vniuersalis ecclesie: q̃ est supra suam communitatem. ℞ Tum quia ecclesia particularis cui ꝑficit episcopus: hz superioꝛẽ in terris: q̃ preficit illi episcopũ.

**Rñdeo.** Et primo q̃ ratio non fundatur super similitudine: sed super propietate huius sententie: papa est episcopus ecclesie catholice: quãuis declaret ex simili: imo eadẽ ratione in aliis episcopis: ambros. est episcop⁹ ecclesie mediolanensis. et vẽ. Unde cũ ex ista propõne formaliter intellecta: papa est episcopus ecclesie catholice: sequitur ipsum esse episcopũ cõtentis ecclesie: satis habetur intentum. ℞ Obiecta autẽ afferunt dissimilitudinem in non causa vt causa. nam in eo quod est esse episcopũ catholice vel talis ecclesie: põt considerari quid imporꝛet esse epm: et potest considerari a quo fiat episcopus. Et obiecta quidem procedunt considerando quid est esse episcopũ. Constat autẽ q̃ ad predicandum de naturis rerum: causa formalis q̃ quid est: concludit efficacius vndecunqꝫ fiant effectiue: siue. n. hõ fiat a deo, vt ꝓdã, siue ab alio hemine: vt nos: vnius nature sumꝰ. Et similiter siue episcopus sit a papa: siue ab vniuersali ecclesia: siue habeat superioꝛẽ siue non: vnius nature est inquantũ episcop⁹: cõtentus alterius nãe sit inꝑtũ subditꝰ. Ubi vt vnico verbo dicatur: nõ de episcopo vt sic loquitur: obiectiões autẽ de epo inꝑtũ subditꝰ alteri et alterius et ab altero. Propter quod cum papa sit vere episcopus ecclesie catholice: sequitur vt ibidem dixit, q̃ est primo episcopus ipsius ecclesie catholice: et secundario singulariũ. Tũ quia nõ minus est ipse catholice ecclesie episcopus q̃ ambros. episcopus ecclesie mediolanensis. esset. n. longe minus: si non esset episcop⁹ totiꝰ: sed singuloꝝ mẽbroꝝ tantũ. Tũ quia actus proprius episcopi, q̃ est superintendere: primo fertur super bono ipsius catholice ecclesie et secundario super bono singuloꝝ: vt patet ex hoc q̃ papa ad hoc tenetur sub peccato mortali ex hoc q̃ est papa. constat autẽ potestas per actus proprios cognosci. ℞ Nec ad hoc video rñsionẽ: nisi vices et q̃ papa habet hũc actũ inꝑtũ gerit vices vniuersalis ecclesie: cui primo conuenit ipse actus: et eius cõmissione cõuenit pape. Sed hec infilio audiẽtis intelligi. Primo q̃ papa habeat hũc actũ dependenter ab ecclesia: sicut rex creatus a regno. et in hoc sensu falsa est: quia sic papa esset vicarius ecclesie: et non immediate ipsius iesu christi: q̃ monstratũ est esse falsũ: et amplius mõstratur. Secundo potest intelligi: q̃ papa habet hunc actũ ex suo officio: supplendo id quod ecclesie competeret: si non esset subdita. Et in hoc sensu est vera rñsio: sed nihil obstat rõni: vt patet.

Capitulum viij.

Diri in eodem septimo ca. q̃ papa habet supmam potestatẽ in ecclesia dei: et ex hoc deducit ipsum esse supra vniuersalem ecclesiam.

**Obijcitur** glosando: primo q̃ potestas pape dicitur suprema respectu potestatũ particularium: non aũt respectu potestatis cõmunitatis totius ecclesie. ℞ Dicitur secundo q̃ ex hoc q̃ ponitur suprema potestas in papa: et suprema potestas in ecclesia: non sequitur quod sint due supreme potestates in ecclesia dei: quia potestas pape est propter ecclesiam: iuxta illud: posuit vos deus regere ecclesiam. vbi autem vnum propter alterum: ibi vnum tantum: vt patet in topicis.

**Respondeo.** Et glosa quidem allata repellitur ex magna differentia inter secundũ quid et simpliciter. De papa asseritur simpliciter: q̃ habet supremã potestatem in ecclesia dei: vt patet in tex. allato ibi. glosa autẽ ponit papã habere potestatẽ supremã secũdũ quid: quia in respectu ad alias: non ad omnes potestates in ecclesia dei. ℞ Repellitur quoꝫ ex literali expositione illius superlativi supremã: potest. n. exponi negative et positive. i. non habens superioꝛẽ: et omni alia superioꝛ. et vtroꝫ modo repugnat glose illi. ¶ Quod autẽ obiicitur sequele: nihil est: quoniã si cõmunitas ecclesie est tante potestatis q̃ papa subest ei: oportet q̃ obiectũ propriũ potestatis ecclesie et obiectũ propriũ potestatis pape se habeant secundũ supra et subproportionaliter, sicut ipse potestates. Et hoc etiã est manifestũ: ex eo q̃ cõmune bonũ ecclesie totius est propriũ obiectũ potestatis cõmunitatis ecclesie: bonũ autẽ singuloꝝ est propriũ obiectũ potestatis pape: ꝓut loquendo: quia potestas sua propria secundũ illos est primo respectu singuloꝝ: et respectu boni cõmunis totiꝰ: papa nõ intromittit se nisi vt vtẽs potestate ecclesie vt instrumentũ illius. essent ergo veritime due potestates supreme: et subordinate simul: qõ est ridiculũ. ℞ Ad id vero qõ dr: potestas pape est ꝓp ecclesiã: dr ꝙ scõm veritatẽ est vera: et nihil aliud: sed scõm hypothesim eoꝝ non esset propter ecclesiã eodẽ modo formaliter sumptã: propter quã esset potestas illa ecclesie: quia ista propter ecclesiã collectiue: illa vero propter ecclesiã distributiue. Unde cũ regula ex vnitate obiecti non obstet: et potestas non sit ꝓp potestatẽ sed sub potestate: non video quomodo obstet regula topica.

¶ Capitulum ix.

Diri in eodem septimo ca. q̃ papa est proximus et immediatus vicarius christi: ergo nullam habet in terris potestatem prioꝛẽ se: et inde intuli ecclesiam non habere immediate ordinariam autoritatẽ a christo: et papam non mediante ecclesia habere autoritatẽ vẽ.

**Obijcitur** glosando, q̃ papa dicitur immediatus vicarius christi: quia potestas vicariatus sui: est immediate instituta a christo et ecclesie collata: et nõ propterea q̃ habeat a christo non mediante ecclesia. ita q̃ papa est immediatus vicarius christi: sicut apud apostolum reges sunt ministri dei in vindictam malefactorum: qui tamen mediante populo fiunt.

**Respondeo.** Et glosa quidem repellitur ex dicta inter medium in instituendo puncipatũ: et medium in principando: differunt. n. hec sicut celum et terra. Et esse immediatum vel mediatum vicarium: non attenditur secundum institutionem solam: sed secundum ipsum principari. ℞ Declaro singula bz̃itatis causa in exemplis. christus instituit absqꝫ medio potestatem episcopalem et facer dotalem: instituit mediante ecclesia potestatem ordinum minoꝝ: et subdiaconatus secundũ aliquos: in istis est medium in instituendo: in istis non. Papa instituit legatum: qui committit vices suas alteri, legatus principatur sub papa absqꝫ medio: vicarius autem legati cum medio in puncipando: dependet enim puncipari huius a puncipatu legati et non sola electio ipsius. ℞ Ex his autem liquet quale medium negetur: quum absolute dicitur aliquis immediatus vicarius alicuius principis: quod scilicet negatur medium in puncipando: vt patet inductiue. Unde cum papa absolute et absque limitatione aliqua asseratur proximus et immediatus christi vicarius: negatur medius principatus inter christum et papam inferio: christo et superioꝛ papa: cuius vices gerit papa. Si enim medius principatus talis est: vt isti concedunt: ponentes ecclesie totius communitatem esse talem puncipatum: licet papa posset oci

Universidad de Deusto
Biblioteca



vicarius christi: non tamen potest vere dici simpliciter ⁊ absolute immediatus vicarius christi: ꝙ immediate vicarius eccle: mediante ipsius chri. ¶ Immediatio aũt instõnis ptãtis pape a chro: nõ facit ipsum papam christi vicarium immediatum nisi secundum quid. ¶ Secũdum potestatis siue institutionem. Sic.n. quilibet epus potest dici immediatus vicarius christi: quia cuiuslibet potestas immediate est instituta a christo. constat autem: ꝙ aliud intendit determinatio ecclesie ⁊ sancti patres: cum asseritur papam immediatum esse vicarium christi. Unde ratio stat in suo robore. ¶ Ad id vero quod addũtur de simili in regibus: dicitur ꝙ non dũr proximi ⁊ immediati ministri dei: sed vices multitudinis gerendo: dei ministri proculdubio sunt. Longe autẽ aliter est de papa: qui non gerit vices multitudinis: sed iesu christi. ¶ Et certo ꝙ inter regem creatum a populo: vt saul: vt stando in naturali iure fit: ⁊ regem datum a deo: vt dauid: ⁊ papam factum a christo: vt petr⁹ ⁊ papam electum ab ecclesia: vt reliqui: tanta est in representando populum differentia: ꝙ rex tam creatus a populo quam datus a deo populum ⁊ eius potestatem representat: licet nam⁹ in fieri differãt inter se: quia aliter a pplo alit a deo prefic̃itur: in natura tamen officij ⁊ potestatis non distinguuntur. Nam quemadmodum organum naturale: puta manus: si sit a deo miraculose: perinde est ac si esset a natura: ita organum politicum: puta rex: cum est a deo: perinde est ac si esset a populo. ⁊ propterea eius potestatem vtroq; modo factus representat ⁊ exercet: illiusq; vices gerere dicitur: non dei immediate. Papa autem siue a christo immediate: siue ministerio ecclesie mediante factus: eiusdem etiam est nature ⁊ potestatis: non representat potestatem populi ecclesiastici: nec ipsum: sed dominum iesum christum immediate: ⁊ illius solius vices gerit immediate. ¶ Et ratio diuersitatis in rege ⁊ papa est: quia potestas regia naturali iure est in populo primo: ⁊ ex populo derivatur ad regem: potestas autem papalis supra naturam est: ⁊ diuino iure in persona vnica mon in communitate primo est. statuente christo ioan. 10. formam suprem⁹ ecclesiastici regis⁹ in vnica persona: cum dixit: alios oues habeo: ⁊ illas oportet me adducere: ⁊ fiet vnum ouile ⁊ vnus pastor. ⁊ determinante eodem talem formam ad personã petri sua in perpetua successione ioan. vlt. cum dixit illi: pasce oues meas. Unde papa solius christi vicarius est: ⁊ non ecclesie. ⁊ propterea diffinitum est per ecclesiam: ꝙ papa in beato petro officiũ suũ vniuersale suscepit: vt patet ex allatis in libello ⁊c.

¶ Capitulum 10.

oratio declinet. ¶ Ex his siquidem quattuor sapienter dispensatis, vniuersa questionis istius argumenta facile eluescent: sic vt nullum forte obscurum relinquatur. ¶ Ad singula tamen descendendo respondetur. Et ad verba dñi matth. 18. dicitur (vt tā probatum est) q̄ dñs non dat ibi ecclesie autoritatez, sed significat eā habituram potestatem: non explicando ibi quomodo habitura sit. & an ꝑm se totam primo, an ratione partis: hoc enim non negamus. sed docemus. ¶ Verba quoq; illa in numero plurali non cogunt ad autoritatez ecclesie ratione sue totalitatis: imo absq; determinatione ad hunc vel illum modum potestatis ecclesie. s. ratione totius vel partis oportere intelligi, ex hoc conuincitur, q̄ vtroq; modo verificari possunt: vt patet ex dictis. constat eñ euidenter q̄ commune duobus abstrahit ab vtroq;. Potest igitur ille numerus pluralis referri ad pluralitatem ecclesiarum futurarum, et ad pluralitatem conuenientium in ecclesia, ad conferendum. discutiendum. probandum &c. & ad pluralitatem accumulantium suas autoritates in communi: propter quod ex illa litera nihil habetur obstans dictis. ¶ Ad secundum ex primitiua ecclesia. dicitur q̄ gratis conceditur ecclesiam statuisse: sed an potestate partium (puta trium apostolorum) an communitatis per accumulationem in communi, an aliquo alio modo (puta a christo immediate, vt isti falso putant) nihil ibi exprimitur. Et propterea ex ista autoritate, & ceteris subiunctis, & similibus, nec habetur ista affirmatiua. s. ecclesia seu synodus habet immediate a christo potestatem: nec habetur ista negatiua, synodus non habet potestatem a domino mediante papa. Et de affirmatiua quidē ex eo constat: quia cum multipliciter possit verificari synodum habere potestatem (vt patet ex dictis) et ex his nihil aliud habeatur, nisi q̄ synodus habet potestatem, oportet hoc sic communiter intelligi, vt a singulis huiusmodi sensibus determinate abstrahat. ¶ De negatiua autem ex eadem radice constat: quia. s. synodum habere potestatem, non oportet q̄ intelligatur determinate ad illum modum quo excludatur habere potestatez a dño mediante papa (vt contingit quando per accumulationem ecclesia habet potestatē) quia omnes partiales potestates sunt a petro: & cōmunicatio potestatis siue cum aliis ab eodem est, qui solus a dño vtpote eius vicarius immediate potestatem habet: & ratione eius solius synodus integra potest vere dici, q̄ habet immediate potestatem a christo domino. ¶ Ad autoritatem greg. dicitur, q̄ causa reddita a gregorio manifeste fauet intento nostro: qm̄ non reddit pro causa autoritatem immediate datam a christo, sed vniuersalē consensum: ac per hoc etiam ipsius summi pontificis, qui caput est: & propterea seipsum negaret papa, illa negās: vt ibi dicitur. Ex hac quoq; gregorij ratione habetur quod dicimus, q̄ autoritas synodi includit caput: alioquin non facet et vniuersali consensu que fa cit. Et immutur q̄ potestatem habet a suis partibus: ad quarum negationem deducitur negans illam. Et rursus ex hac autoritate nihil aliud habetur, nisi q̄ synodus habet potestatem diffinēdi &c. ¶ Et per hoc patet responsio ad quartum. ¶ Ad quintum vero dicitur, q̄ cum synodus integra habeat potestatem vniuersalem quocunq; id modo contingat, & autoritas que est ipsius pape absolute & vt propria sit ipsius synodi pro tunc & vt communicata: quemadmodum quilibet alius posset vere dicere autoritate sacri concilij, statuto &c. ita ipse papa: cum non sit deterioris conditōis alijs. Neq; enim per hoc q̄ affirmat se synodi autoritate facere, negat sua se autoritate facere: imo potius affirmat hoc: q̄ autoritas synodi de necessitate claudit in se autoritatem capitis. Neq; rursus per hoc, q̄ affirmat synodi autoritate se facere, affirmat se aliena autoritate facere, licet enim synodus sit aliud a papa, sicut ecclesia alicuius episcopi differt ab episcopo: non tamen oportet, q̄ potestas ecclesie sit aliud a potestate episcopi, sed vna & eadem potest esse vtriusq; diuersimode: episcopi vt propria, ecclesie vt communicata. Et per hoc etiā patet, q̄ per hoc q̄ affirmat se sacri concilij autoritate facere, nō propterea affirmat se minorem in autoritate. ¶ Et ꝯ huic hec satisfaciant. verumtamen contendendo multorum sensui, scito q̄ dupliciter papa potest dici minor synodo ꝑm potestatem. s. extensiue & quasi intensiue ꝑm qd. Et extensiue quidem q̄ synodus integratur ex tot potestatibus tante multitudinis. Intensiue vero ꝑm quid: hoc est ꝑm illam partez potestatis, quam communicat papa concilio, quasi pro portione sua. Papa enim presens synodo non intelligitur (vt predictum est) totam suam potestatem totaliter synodo communicare: sed tantū tale potestatis ꝯtum ad decernendum &c. oportet, & sic ex eo potestas pape & reliquis potestatum aliorum fit vna potestas, quasi intensiue maior ꝯ id potestatis papalis soluz esset. Et hec maior potestas intelligitur esse in tota synodo tanq̄ in subiecto. ¶ Dixi autem quasi intensiue: quia potestas illa papalis eo q̄ communicatur vt limitata: sic vt cum aliis potestatibus possit velut quedā singularis potestas accumulari: intelligitur & superari a tota, pro ꝯto tota potest vniuersale statutum condere, diffinire &c. qō illa vt sic non potest per seipsam solam. Sed quoniam tota potestas synodi non plus potest ꝯ ex singulis huiusmodi potestatibus haberet, ideo non simpliciter sed quasi intensiue maiores appellant. ¶ Et ne putes me hanc portionem papalem fingere, contemplare potestatem legatorum pape in synodo, quādo per legatum papa synodum celebrat: & videbis clare, q̄ qr papa tunc non erigit legatum illum in papam. sed potestatem committit ꝯtam opportet pro synodo haberi, ex sola presentia pape in synodo nō habet q̄ plus sue potestatis synodo impartiatur ꝯ oporteat, ꝯ huius maior dignitas, & infallibilis assistentia spiritus sancti in synodo quo ad ea que sunt fidei, presentiam pape per seipsum consequantur. Unde ꝯ uis non cogamur, possumus tamen dicere q̄ papa tanq̄ minor extensiue & ꝑm quid intensiue synodo, autoritate sacri concilij dicitur facere, quod tamen de plenitudine sue potestatis posset & facere & tollere. ¶ Et quoniam verba prędicta (s. facere autoritate synodi vel concilij in papa habēt speciem minorationis) ideo a sacris canonibus non sunt extensa: sed more similium locutionum sunt pie interpretationi relicta, & quasi correcta, dum papa in concilio dicit, statuimus sacro approbante concilio: approbare enim communis est potestati, sapientie, consensui nec superioritatē, nec equalitatem potestatis in approbantibus exigit: vt patet. ¶ Ad tertū dicitur, q̄ licet ecclesia integra possit dare indulgentias &c. & eius sit thesaurus meritorum vnde fiunt indulgentie: vt propter eiusmodi vtilitatem est, non tamen eius sunt vt dixi: quoniam ipsa est serua dñi iesu. & quicquid acquirit seruus, acquirit dño suo. & ipsi dicitis est, cum feceritis quecunq; mandauero vobis, dicite quod debuimus facimus, serui inutiles sumus. Unde non magis ad ecclesiā, sed ad vicarium domini spectat dispensatio thesauri in vtilitatem ecclesie. pro qua est. ¶ Ad vltimum iam patet, q̄ gratis concedimus synodum que vere synodus est. s. integram potestatem habere deponendi, excommunicandi &c. De hoc enim non est questio, sed de modo habendi: vt patet ex dictis. Et hec sufficiant ad similia.

¶ Caput decimumoctauum.

DIxi In eodem. xj. cap. q̄ ex hoc q̄ apostoli miserunt petrum & ioannem ad samaritanos, nō potest inferri eos subditos esse apostolis: quia ex missum esse, non sequitur subditum esse: vt patet de spiritusancto.

**Obijcitur.** Ista consequentia est optima: spiritus sctūs mittitur a filio, ergo est ab eo, vel eo inferior: & sic oportet fateri, q̄ petrus est ab ecclesia, ex quo nō est inferior.

**Respondeo** Ad consequentia illa que vocat optima, non est vere optima, cum nō sit bona nisi gratia materie: quoniam spiritus sanctus mittitur a seipso (vt patet in primo sen. di. 16.) & tamen non est a seipso, nec inferior seipso. Et similiter filius mittitur a seipso, imo etiam filius mittitur a spiritu sancto, qui est a filio: vt patet in eodem lib. dist. 15. Et quia consequētia non est bona de forma, ideo non infert, ergo petrus est inferior ecclesia vel est ab ecclesia. ¶ Caput decimumnonum.

DIxi In eodē ca. xj. q̄ ex. 36. q. 2. ca. placuit iuncto ca. tria: habetur q̄ hieronymi autoritas inter sacre scripture prevaluit concilio.

**Obijcitur** Ad hieronymus & dictū concilij intelligunt pro diuersis tēporibus: et q̄ verba gratiani ibidem inter paleas computanda sunt.

**Respondeo** Ad licet certū sit q̄ hieronymus absolute & non ꝑm hoc vel illud concilium futurum loquatur, & q̄ concilium generale posset prohibere quod non est absolute prohibitum: verba tamen concilij non tanq̄ constituentia sed declarantia ius sumpta hieronymi autoritati non preiudicant. & hoc intendit gratianus. & non q̄ non posset statuere. ¶ Verumtamen quicquid de hoc sit, satis habeo intentum meū ibidem: dū ex illo loco habenir siue autoritate gratiani, siue quacunq; alia, q̄ hieronymi autoritas prevaluit concilio: & ita hodie iuxta hieronymi, non iuxta concilij autoritatem seruat ecclesia. ¶ Quod autem computentur verba gratiani inter paleas ab arguentibus, nihil obstat: quia oportet q̄ ab aliis & non ab ipsis solis inter paleas computentur.

¶ Caput vigesimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iri In eodem ca.xj. ex autoritate decretalis de electione in ca.significasti:q concilia a papa autoritatem habent.

**Objcitur** Dicendo,quod illud est intelligendum de concilio ꝯtum ad suum congregari:quia regulariter autoritate romani pontificis congregatur:sed ex quo congregatum est,siue autoritate romani pontificis,siue alias habet immediate autoritatem a christo.

**Respondeo** Quod expositio ista repugnat textui. Nam ibi duo dicuntur habere concilia a ro.ecclie autoritate quod facta sunt,et quod robur acceperūt. et primum vt patet,referrūr ad ipsum congregari,secundum autem nisi superfluat,ad autoritatem congregari. Et conuincitur hanc esse ablatꝝ omni ambiguitate intentionem litere illius: quia reddit rationem,quare concilionum legibus apostolica sedes nō subdat. Si enim dependerent concilia tantum in congregari a papa, ex quo leges faciunt postꝫ congregata sunt nihil valeret ratio assignata ad intentum inferendum. Patet namꝫ manifeste quod ex hoc quod concilia regulariter non congreganꝫ nisi per papam,non sequitur,ergo non prefigunt legem pape: quia stat, quod congregata prefigant legem si congregata non pendent ab ipso.

¶Capitulum.xxj.

Iri In eodem.xj.ca.quod concilium vniuersale legitime congregatum errare potest diffiniendo papa absente,aut non consentiente:r quasi diri quod potest errare eodem modo in his que sunt fidei.

**Objcitur** ¶Quia ad concilium generale spectat determinatio eorum que sunt fidei:r ipsi promittitur quod docebit vos spiritussanctus omnem veritatē. In cuius signum act.xv.ponitur spiritussanctus presidens concilio apostolorum,cum dicitur,visum est spiritui sancto r nobis:r non dixerūt visum est petro r nobis.ℱ Ho oc satis imuere videtur aug.euangelio non crederem,nisi me autoritas ecclesie admoneret.ℱ Et in sexta synodo(vt patet di.xvj.ca.placuit)dicitur:Placuit huic sancte synodo,vt nullo modo confirmata r rata sint canonum apostolorum.83.capitula.ℱ Hoc quoꝫ deduci potest ex illo:ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsqꝫ ad cōsummationem seculi: hoc enim successoribus apostolorum dicitur.concilium enim generale repesentat concilium apostolorum r sentorum.ℱ Hoc idem patet ex eo quod quilibet fatetur se credere in vnam sanctam ecclesiam catholicam:ex hoc enim sequitur quod ad eam vltima decisio eorum que sunt fidei spectat. Cum enim papa fatetur se credere in vnam sanctam ecclesiam,non dicit se credere in semetipsum. ¶Preterea.Ecclesia vniuersalis non potest errare in fide:r concilium gaudet,eodem priuilegio,quo ecclesia representata.sicut eadem potestate.Imo cum ecclesia vt dispersa nullum actum iurisdictionis exercere possit,nec aliquid sententialiter diffinire.infallibilitas in diffiniendo ei competere debet,vt congregate in cōcilio.ℱ Et si dicatur quod papa representat ecclesiam sicut concilium:diceretur quod papa representat ecclesiam remote.concilium autem propinquissime:quia in eo est aliquis de qualibet ecclesia saltem sufficienter vocatus.r priuileg um ecclesie transit in pcilū immediate eā respectās nō autem in summum pontificem.

**Respondeo.** Hec obiecta dupliciter deficiunt.et primus defectus communis est omnibus, secūdus autem quibusdam objectionibus communis .Defectus omnium obiectionum est:quia a concilio declinant ad concilium seclusō papa.Ex cuius proprio priuilegio(concilium quippe generale sine pape consensu non diffinit)constat quod non vniuersali consensu diffinitio illa facta est:cum papa supremum in ecclesia dei teneat locum,officium.et regimē etiam vniuersale. Quod autem vniuersali consensu diffinimum non est:proculdubio a concilio vt ecclesiam vniuersalem representat,diffinitum non est.ℱ Dico igitur quod propositio dicens quod concilium generale non potest errare in iudicio fidei, est vera simpliciter et absolute de concilio iudicante in fide cum papa:et non est vera de concilio acephalo.ℱ Et hec responsio sufficit ad omnia obiecta ꝯtum ad intentam conclusionem.Sed ꝯtum ad vim ipsarum obiectionum in speciali dicitur. Et ad primam quidem quod ad concilium generale spectet vltima decisio fidei,dicitur quod hoc verificatur de concilio ratione capitis:sicut de homine q̄ videt ratione oculi.Et q̄ hoc sit verum,patet de concilio arriminensi et ephesino secūdo:quoꝝ primus errauit in fide cū arrio,9m au. etiā errauit in fide cum eutbicete.ℱ Et quod amplius est notandum, istud secundum fuit etiam autoritate apostolica congregatum:et in neutro consensit errotee diffinitioni romanus pontifex.Et de ephesino quidem secundo clare patet ex multis epistolis leonis, r gestis calcedonen.synodi. De arriminen.vero patet ex rufino in ecclesiastica historia,r in historia tripartita lib.v.ca.xx.r.Et effectu igitur manifestum est quēd verbum domini, spiritussanctus docebit vos omnem veritatem.non dictum est concilio dissentiēti a papa cuius legitime congregato, Hec recte examinent omnes qui hac de re decernunt:vt caueant,r a sensatis non recedat iudicium. ¶Ad secundum dicitur,quod etiam si concilium illud apostolorum r.fuisset concilium generale.nihil aliud haberetur.nisi q̄ concilio integro cum petro presente r primo .spiritussancto fideret:quod gratis conceditur.Sed quare ibi in communi diffinitum sit,r q̄ non fuerit generale concilium illud,in libello illo vltimus. ¶Ad tertium patet etiam,q̄ aug.dixit.nisi autoritas me admoneret ecclesie:r non dixit ecclesie acephale. ¶Ad quartum fateor me non videre quid probet,nisi contra afferentes:quia canones apostolorum cuius a synodo confirmati euanuerunt:hoc enim non facit ad celsitudinem potestatis synodi,quam illi intendunt. ¶Ad quintum dicitur,q̄ ad litteram loquitur de ecclesia vniuersali,que nunqꝫ deficiet:hec enim est,que succedit apostolis r aliis quibus dominus loquebatur. Ab ecclesia autem vel etiam concilio eam representante.ad concilium acephalum, non valet argumentum. ¶Ad sextum dicitur,q̄ antecedens assumptū ex articulo fidei de vna sancta ecclesia potest dupliciter legi scilicet cum prepositione in(dicendo.credo in vnam sanctam ecclesiam catholicam)r,sine illa prepositione:quod melius iudicat diuus tho.dicendo,credo,vnam sanctam ecclesiam catholicam.Et siquidem dicatur credo in vnam r.sumitur ecclesia pro ecclesia integra.corpore scilicet r capite,quod est christus dominus: r ratione eius in ecclesiam dicimur credere.Et tunc optime valet consequentia:ergo ad huiusmodi ecclesiam pertinet vltima decisio fidei.et quod papa non dicitur credere in semetipsum. Sumi quoꝫ potest pro ecclesia in terris vt iungitur spiritui sancto,ratione cuius dicimur credere in ecclesiam:vt dicto th.pls.Et sic etiam patet quod optime valet consequentia.quod ad ecclesiam catholicam iunctam spiritui sancto,vt sic spectat vltima decisio fidei.et quod papa non dicitur propterea credere in seipsum sed in spiritum sanctum vt est ecclesie rector.sed non valet vterior consequentia,ergo ecclesie acephale.ℱ Si autem legatur sine prepositione, tunc dicitur vt supra,q̄ creditur vna sancta catholica ecclesia:sed non valet,ergo ecclesia acephala.Et conceditur q̄ ad vnam sanctam ecclesiam catholicam spectat vltima decisio fidei,sicut r potestas iurisdictionis,que conuenit ei ratione partis. Nec papa credendo ecclesiam dicitur credere seipsum,sed dicitur credere officiū suū r aliorū.in cuius signū a fide deuiaret.si nō crederet officium suum. ¶Ad septimū dicitur primo,q̄ concilium etiam integrum non admitto gaudere de necessitate priuilegio personali ecclesie(quale est esse semper in ecclesia fidem formam) quoniam de ecclesia hoc constat,de concilio autem nullibi inuenisse me fateor autētica autoritate firmatū. ꝯtuis rationabile sit de facto ita esse,q̄ scilicet in aliqua persona cōcilii sit fides formata.ℱ Dicitur secundo q̄ non posse errare in fide iudicialiter est priuilegium ecclesie ratione capitis,ad quod spectat iudicū. Et ideo non est priuilegium ecclesie acephale,nec ecclesie r.collectionis fidelium,ad quam non spectat potestas iurisdictionis,quā tū ecclesiam pro collectione fidelium omniū tū cōcilium representat.r cui,primo dominus q̄ secū esset.Et ex hoc patet quātū deficit argumētū illud.nā procedit ac si ecclesie ratione cōtatis conueniat priuilegium illud non posse errare iudicialiter:cū constet q̄ sicut iurisdictio competit ecclesie ratione capitum,ita actus iurisdictionis. Et q̄ actus ille scilicet iudicialiter diffinire de fide,concernit vniuersalem ecclesiam,ideo cōuenit ecclesie ratione capitis,cui commissa est cura vniuersalis ecclesie:sicut alij actus ratione aliorum capitum proportionaliter.ℱ Dicitur ergo tertio formaliter quod concilium integrum gaudet eodem priuilegio officij non persone quo gaudet ecclesia,r eodem modo scilicet ratione partis-pura capitis: et similiter gaudet eadem potestate,r eodem modo.sed ex hoc magis habetur intentum.Et concedo gratis,q̄ infallibilitas in diffiniendo de fide conuenit concilio integro ratione capitis,et non ab ecclesia:cui etiam hoc non conuenit nisi ratione capitis.sed a domino iesu,cuius caput v.ces gerit.ℱ Quod autem dicitur de representatione immediata r remota,duo importat scilicet repesentationē ecclesie per papam r cōcilii, r modū repesentādi.Et quoad representationem dicitur,q̄ inter papam r concilium tanta est in hoc differentia,q̄ concilium representat vniuersalem ecclesiaz integram(hoc est corpus cuz capite)proportionaliter:sic q̄ caput concilij representat ch̄ristum caput ecclesie,r corpus concilij corpus ecclesie.Et hic est verus r indubitatus sensus,quo concilium vniuersalem ecclesiam representare dicitur, r a domino immediā tē potestatem habere.Ecclesiam autem in terris positam concilium integrum quo ad potestatem representare dicitur, pro ꝯto omnis ecclesia potestas in eo inuenitur per seipsam vel in sua vicaria,quo ad vota vero,quia intelligitur in ipsum consentire oīm personarum ecclesie vota:vt patet ex autoritate gregorij supra inducta. Papa autem vniuersalem ecclesiam integram,r in terris ecclesie potestatem r vota.diffomiter representare inuenitur, nā caput dim.Iesum christum participatiue.papatum in seipso formaliter.reliquе ecclesie potestatem r vota eminenter representat. ℱ De differentia autem obiciendo tacta.totum oppositum est:quia dum ratione prelature concilium ecclesiam representare dicitur, r solus papa immediate a christo prelatus est,reliquum autem oportet dicere q̄ papa,immediatius representat ecclesiam ꝯtum cum te christo r papa. ¶Caput vigesimumsecundum.

Iri In ca.13.q̄ potestas applicativa papatus ad personam regulariter r principaliter est in papa,r non nisi in casu in concilio seu ecclesia. et in ca.6.idem sub aliis verbis.ℱ q̄ potestas electiva pape in pape potestate est.ℱ Et ad hoc vtroqꝫ duo argumenta. Primum ex facto petri.8.q.1.cap.si petrus. Secundum ex eo q̄ papa determinat de actu electionis,ita q̄ ecōtrario modo factus sit irritus.

**Objcitur** Cōtra quattuor.ℱ contra hoc, q̄ talis potestas est in papa:r contra hoc, in casu tñ est in ecclesia seu concilio:r contra vtrumqꝫ argumentum. ¶Primo ergo arguitur contra primum ex occham. Si potestas electiva pape esset in potestate pape.sequeretur q̄ papa posset reliquere ecclesiam ablatꝝ potestate electiua:quod est impossibile:ergo. Et tenet sequela.ponendo q̄ mortuis vel priuatis electoribus papa non ordinaret electores.ℱ Et si dicatur q̄ in tali casu deuoluitur ad ecclesiam.Contra:quia tunc sequeretur q̄ ecclesia esset superior: papa:quod tu negas. Et tenet sequela:quia nunqꝫ potestas aliqua ex negligentia alicuius deuoluitur ad alterum,nisi sit simpliciter r absolute superior:potestas enim papalis non deuolutur ad episcopum ex negligentia pape non prouidentis alicui beneficio,sed econuerso,ℱ Preterea. Si ecclesia in illo casu habet potestatem electiuam,queritur a quo habet immediate:cum a seipso non habeat.Si dicatur a christo,difficile erit reperire in sacris literis fundamentum.in quo possit stabiliri q̄ in illo casu habeat,et non regulariter. ¶Secundo principaliter arguitur ex archano. Non est verisimile,q̄ dominus voluntati vnius hominis commisisset potestatem electiuam summi pontificis: q̄ posset euenire,q̄ vna progenies diceret,hereditate possideamus sanctuariū dei:cum quilibet in fine vite suum consanguineuz subrogaret. ¶Tertio.Quia sequeretur,q̄ etiam potestas destituta pape in casu heresis quo deponi potest.esset in papa:r sic par in parem haberet imperium.ℱ Et rursus q̄ papa posset constituere,q̄ papa hereticus a duobus vel tribus deponi posset.Et tenet sequela:quia per easdem causas haberit generari r destrui potestates iste. ¶Quarto. Si in papa esset potestas electiua pape, vel ergo est in eo potestas illa tic q̄ per semetipsum potest successorem eligere,vel solum quia aliquibus potest illam potestatem communicare.Hoc secundum nihil habet apparentie. Ex primo autem si concedatur:sequitur hoc inconueniens q̄ esset in potestate duorum facere q̄ alternatis vicibus quilibet per annum in ordine suo esset summus pontifex-more anne r cayphe. Et patet consequentia: quia vnus papa pro sua voluntate potest eligere alterum in papam.r in fine anni ille alter reeliget eundem, et sic deinceps. ¶Quinto.Christus non contulit pape aliquam potestatem perniciosam ecclesie:sed(vt habet glossa in cap. si petrus) hoc est perniciosum, q̄ aliquis eligeret sibi successorem: ergo christus non contulit illam potestatem. ¶Contra rationem ex facto petri allatam,dicitur primo,q̄ petrus non instituit clementem,sed instituendum ordinauit.ℱ Dicitur secundo,q̄ hoc fecit instinctu spiritussancti: quo etiam preuidit mortem.ℱ Dicitur tertio,q̄ papa in casu necessitatis quo electores non possent congregari,r pro occurrenti periculo opus sit pastore,potest papa moriens instituere successorem. ¶Contra rationem autem ex hoc q̄ papa statuit circa actum electionis etiam electores determinādo tē.dicitur,q̄ papa non dedit potestatem electiuam cardinalibus,sed ecclesia vniuersalis in sexta synodo in ca.in nomine domini,vbi nicolaus papa non propria autoritate,sed sanctorum patrū statuit.Et propterea vbi cardinales potestate sibi tradita abuterētur manifeste, vniuersitas fidelium posset eos priuare potestate electiua pape,r alijs eam committere.

**Respondeo.** Et primo declaro sensum verborū meorum in libello illo, secundo quid in hac materia mihi videtur.tertio satisfacere curabo obiectis.

¶Quo ad primum nunc dicti,q̄ papa potest sibi eligere successorem,nec q̄ potestas electiua pape sit in papa formaliter, nec q̄ potestas applicativa papatus ad personam sit in papa formaliter:sed dixi q̄ huiusmodi potestas est in papa regulariter r principaliter. Constat namꝫ apud viros doctos,q̄ multa sunt in potestate superioris que non sunt in illo r eius potestate formaliter: r que etiam non potest per seipsum immediate facere. Sunt enim in intelligentijs(quas angelos dicimus)forme inferiorum et eorum potestates, non tamen formaliter, nec sic q̄ possint earum actus per seipsas exercere.sunt in corporum celestium potestate forme elementorum et eorum potestates, non tamen formaliter, nec sic q̄ eorū operas possint per seipsa exercere. Stat igitur q̄ huiusmodi electiua potestas sit in papa regulariter et principaliter:et non sit in eo formaliter, nec possit per seipsum huiusmodi potestatis actum exercere.ℱ Sumantur ergo verba mea in hoc sensu, q̄ potestas electiua est in potestate pape virtualiter seu eminenter,r hoc quo ad modum intelligendi,r q̄ est in potestate pape regulariter.Loquimur autē iure,ad differentiam ecclesie vidue:in qua est huiusmodi potestas in casu.r principaliter.ad differentiā eiusdem ecclesie.in qua est secundario:pro ꝯto in casu.potest nō solum eligere.sed facere electores, et ordinare de modo electionis. Hec de primo.

¶Quo ad secundum:quia eius est potēti cuius est actus(vt dicitur in de somno r vigilia)r electionis pape actus simpliciter et absolute non est pape.ideo potestas electiua pape non conuenit formaliter pape.Probatur minor:electio pape est actus factiuus ꝯtum ex se est nunc pape, ergo repugnat ei, q̄ presupponat pro tunc papam.Et tenet consequentia. quia quod fit non est:si enim esset tam non fieret.Tunc vltra,ergo electo pape non est papa, et tenet sequela: quia electo pape supponitur secundum naturam electionis.et est simul tempore cum electione. Tunc vltra, ergo actus electionis pape non est pape.et tenet sequela : quia electio pape est actus electoris pape. Ex hoc igitur patet, q̄ potestas electiua pape.cuius actus simpliciter et absolute est electio facta ex natura sua nunc pape non est in pape potestate formaliter. ℱ Et confirmatur autoritate cōsuetudinis ecclesiastice,qua fit vt electiones pastorum non fiant nisi vacationis tempore, nec non diuine sapientie suauiter omnia disponentis:que dixit.sufficit diei malitia sua. crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. In subiecto igitur opportuni temporis quo potestas electiua eligere debet.locata est formaliter.r non in papa:qui solum preuenīendo solicitudinem crastini diei eligere posset:vt patet.ℱ Subiectum autem huiusmodi electiue potestatis formaliter (iuxta peripateticam et apostolicam simul autoritatem.qua inuisibilia ex visibilibus cognoscenda a nobis sunt) ex ipsius electionis actus exercitatione inuestigandum est. Apparet autem ablatꝝ omni ambiguitate,q̄ electio pape ad romanam ecclesiam spectat: computando intra romanam ecclesiam episcopos cardinales, qui velut suffraganei romani archiepiscopi introduci videntur. Et propterea cessante omni humano statuto.certisꝫ existentibus ecclesie romane membris.in eadem regulariter est potestas electiua pape,non minus cū in ceteris ecclesijs potestas electiua suorum episcoporum. Ex eo enim q̄ christus dominus romanam ecclesiam elegit in petri ecclesiam propriam:dum ipsi ne ex roma, sicut ex antiochia papatum transferre inhibuit(dicens: venio romam iterum crucifigi)ecclesie romane potestatem electiuam papen non positiue,sed negatiue.hoc est oppositum non ordinando, concessisse dicitur. In casu autem incertorum electorum, ecclesie vniuersali eandem potestatem eadem ratione (quia scilicet est episcopus vniuersalis ecclesie) et eodem modo scilicet negatiue dedisse intelligitur. Ex statuto autem humano, apostolica autoritate contractum per viam determinationis positiue est subiectum potestatis electiue ad cardinales romane ecclesie solos. Papa enim ex eminentia potestatis,cure ac regiminis vniuersa-

Universidad de Deusto
Biblioteca



lis.potest de electiua potestate decernere:ipsamq; sic dirigere et ordinare,vt contrario modo faciendo irrita sit in suo opere ꝛ subiecto:vt patet in gestis ipsorum pontificum,ꝛ obseruatione ecclesie.Hec de secundo.

¶ Quo ad tertium respondendo obiectis pro quanto militant aduersus hec,dicitur ad primum,quod impossibile est ecclesiam relinqui absq; papa ꝛ potestate electiua pape:quoniam decedente papa absq; vllo decreto de hoc,negatiue relinquit potestatem electiuã ecclesie romane:sicut Linus successor petri immediatus electus creditur.ℱ Responsio quoq; data quod per viam deuolutionis potestas applicatiua papatus ad personam esset in ecclesia vniuersali in casu.pro ẽpto ex meo libello assumitur,non intelligitur de deuolutione propter negligentiam,contra quam obiicitur,sed communiter.ꝛ propterea nõ sic arctatur deuolutionis vocabulum,quin siue deuolutionis,siue successionis,siue supplectionis,siue cuiuscumq; alterius modi in hac sententia viam includat.Unde non super negligentia electorum,sed super defectu ordinationum electorum fundauit,ꝛ in tali non in alio casu ibi dicta intelligo.Existẽtibus siquidem certis electoribus,qui hodie sunt cardinales,non succedit romana ecclesia,neq; ecclesia vniuersalis:defunctis autem omnibus cardinalibus,romana ecclesia a qua Linus est electus ante humana iura nobis nota,immediate succedit.Quia tamen pars clauditur in toto,ꝛ in ecclesia vniuersali clauditur ecclesia romana,si concilium generale cum pace romane ecclesie eligeret in tali casu papam,verus papa esset ille qui electus sic esset.ℱ A quo autem ecclesia romana aut ecclesia vniuersalis haberet in casu potestatem electiuam pape ꝛ non regulariter,facile patet.Nam constat quod haberet a christo,ꝛ eius vicario negatiue:quia scilicet neuter ordinauit oppositum,ꝛ christus dominus statuit petrum in successoribus perpetuum.Stãte siquidem hoc secundo,cum successio carnalis in nouo testamento consilio castitatis,maxime conuenienti perfectissimo statui (qualis pape est,dissonet,voluntaria quoq; quasi adoptio vel institutio successionis suaui ecclesie dispositioni aduersetur:via electionis perpetuandus relinquitur successor petri,precludubio ab ecclesia sua,que quia est ꝛ romana ꝛ vniuersalis,nisi ipse papa determinet qui romanam ꝛ vniuersalem ecclesiam representet in eligendo,determinationi ipsius petri ꝛ domini,qua facto morte scilicet petri in episcopatu romano determinata est quod ecclesia romana representet ecclesiam vniuersalem in electiua potestate(vt patet si secludamus omne ius positiuum per intellectum,et aspiciamus ad ecclesie antique consuetudinem)standum est.Unde non oportet solicitari de autore potestatis electiue in casu,et non regulariter in ecclesia.¶ Ad secundum dicitur,q; nõ est cõtra sensum declaratum.Argumentum tamen non est ostensiuum, nec ducens ad inconueniens ex natura potestatis,sed ex abusu: ex quo si liceret arguere,nescio que potestas vniuersalis recte committi posset vni homini.¶ Ad tertiuz dicitur,quod quia que libet potestas ecclesie est inferior potestate pape cui reliquepotestates subiacent potestates,nullum inconueniens video concedere,quod in Pape potestate eminenter contineatur potestas etiam depositiua pape heretici,ꝛ quod posset constituere,ꝛ quod a collegio cardinalium posset deponi in casu quo deponendus est.Nec sequitur quod par in parem habeat imperium:quia non supra papam sed supra coniunctionem papatus cum persona,exerceret imperium:in statu in quo coniunctio illa iam esset in corrumpi ex diuino iure.¶ Ad quartum dicitur,quod proprie loquendo neutro modo est potestas electiua in papa:sed quia potest determinare electores,et modum eligendi.Unde non oportet ad inconuenientia deducta respondere:quod tamen ex abusu potestatis sequeretur.

¶ Ad quintum dicitur,quod non potestas sed abusus potestatis si data esset a christo,esset perniciosus.

¶ Ad obiecta vero contra rationem ex facto petri.dicitur que.I prima glosa videtur contra textum dicentem.tradente sibi petro: et non dicit ordinante quod sibi traderetur.ℱ Secunda vero glosa acceptari potest:cuius non sit autentica:presertim quia mortem non instinctu spiritussancti sed domini voce agnouit, dicentis:venio romam iterum crucifigi.ℱ Tertia autem glosa si acceptatur,eminentie potestatis pape fauet:vt patet.sed quomodo tunc fuerit talis necessitas deberet aperiri.Videtur tamen mihi,quod vel iuxta secundam glosam instinctu spiritussancti petrus hoc fecerit,vel de eminenti potestatis(propter quod dissolutum a spiritusancto dicitur factum petri.nõ superer ũt petrus ꝛ clemẽs)vel potius q; tãq; incertũ factũ.autoritate firmã non faciat.Dico autem incertum:quia ecclesia linum ꝛ cletum reputans summos pontifices,computatis annis quibus quilibet eorum rexit ecclesiam ro.ante clemẽtẽ.testari videtur q; verba illa ioannis pape tertij tanq; narratiua credita facti accipienda sint, ꝛ non vt autoritantia factum quod narratur.propter quod autoritate illa vti mur,vt valeat cõtra valere potest.Accedit ad hoc ver sus in glosa ibidem de clemente dicens:Disputat hoc mundus quartus fuerit ne secundus.¶ Ad obiecta demum contra rationem ex hoc q; papa statuit de electoribus pape,dicitur q; manifeste constat ex illo ca.in nomine domini;q; propria autoritate papa illud statuit in synodo:vt patet ex illis verbis:venerabilis pontifex decernens autoritate apostolica inquit.Utrum est autem,q; arguentes non aduerterint grammaticam constructionem in sequentibus(vbi dicitur:quapropter instructi predecessoum nostrorum aliorumq; sanctorum patrum autoritate,decernimus,vt obeunte ꝛc.)ꝛ dixerint propter hec verba,q; papa non propria ꝛ sanctorum patrum autoritate statuit:cum ly autoritate,determinet ly instructi,ꝛ non ly decernimus:vnde solidum stat q; papa autoritate propria statuit.illud fecit.ℱ Quamuis etiam omnia statuta de electione pape,quo summus pontifex etiam in synodo fecit,q; propria autoritate fecerit:ꝛ sancti patres in synodo cõgregati nihil possint sine autoritate romani pontificis statuere.Hec quoq; ex autoritate pape fieri comprobantur,dum statutum gregorij decimi cum concilio lugdunen.(quod habetur in sexto de elec.vbi periculum:disponens de electione pape.renouatum per adrianum et ioan xxiij.ac deinde reassumptum per celestinum quintum ꝛ bonifacium octauum)robur autoritatis habet:vt gloss.in eodem ca. dicit.Clementinam quoq; ne romani.de electione pape.a papa non a concilio generali factam esse patet in clementinis de electione.Multa quoq; circa electionem pape statuta in di.79.patet a gratiano referri.Et nouissime iulius.ii.qui vixit ꝛ regnat,statutum nouum edidit de electione pape.absq; concilio generali.Unde negare huiusmodi potestatem in papa,est negare sensum.

¶ Capitulum.xxiij.

**Iri** In ca.xx xj.ꝛ.xxij.quod in ecclesia dei est potestas autoritatiua super coniunctionem petri ꝛ papatus,non autem super papam.

**Obiicitur** Contra tripliciter. Primo quia contrariantur dicta in libello illo.ℱ ex eisdo quia contrariantur hec duo inter se.ℱ Tertio quia talis est,quod potestas depositiua pape que est in ecclesia,non sit autoritatiua supra papam. ¶ Primum ostenditur sic.in ca.vj. ꝛ.xiij.dictum est,quod potestas applicatiua ecclesiastice potestatis ad hanc vel illam personam est in solo papa:unde dicitur,qõ potestas autoritatiua super coniunctionem est in ecclesia.ergo contradictio.¶ Secundum autem ostenditur exemplo,quo vtor retorquendo in me.Habere enim potestatem super hominem,nõ est habere potestatem super animam,nec super corpus.sed super separationem anime a corpore:cum nihil aliud faciat occidens hominem.quid ergo aliud est habere potestatem autoritatiuam super papam.cõ posse papatum ab ipso autoritative separare.

¶ Tertium autem(quod scilicet ecclesia autoritatiua super papam ipsum deponit)probatur tripliciter.ℱ Primo.quia alter papa hereticus citatus non tenebitur comparare,nec erit contumax non comparens,iudicabunt ergo inaudium.aut non obligatum respondere.ℱ Secundo omnis actus punitiuus persone ratione proprij peccati.est ab habente iurisditionem super eum qui punitur.ℱ Tertio arguitur ad hominem.meipsum scilicet.Ecclesia potest excommunicare papam hereticum anteq; deponat: ergo habet autoritatem iurisditionis super papam.patet sequela, et antecedens ex te est:quia quum tu dicas hanc consequentiam esse bonam non est excommunicatus ipso facto,ergo non est depositus,ꝛ ista erit bona:non potest excommunicare.ergo non potest deponere,ꝛ ista potest deponere.ergo potest excommunicare.

**Rfideo.** Et ad primũ dicit.q; nulla est in dictis meis contrarietas:quoniam superius de quasi tota eminentie erat sermo,vbi ecclesie potestas pape potestati comparabatur.Unde dictum est ibi.quod papa est moderator et director potestatis ecclesie.et non econuerso:hoc enim ad eminentiam non eminentiam potestatis spectat.Hic autem fermo est de autoritate efficacie,dum dicimus quod potestas ecclesie autoritatiue potest super coniunctionem ꝛc.hoc enim nihil aliud sonat, nisi quod talis potestas tanq; superior coniunctione illa,potest efficere illam:agens enim vt sic prestat eo quod sit vt sic.Cum hoc nãq; patet bene stare,quod potestas applicatiua potestatis ecclesiastice,secundum eminentiam est in solo papa. ¶ Ad scõm



vero dicit.q; hec duo.s.potestas est sup cõiunctionẽ,ꝛ nõ sup papam,in nullo repugnant inter se:q; diuersa sunt.Et papa significat aliquid maius coniunctione:quoniam significat formam papatus,sicut dominus formam domini.Propter quod retorsio exempli de homine nihil valet,nam non conuenit pape significatum equiparare significato hominis ꝛ simile de vtroq; ferre iudicium:quia homo significat formaliter compositum ex anima et corpore,papa vero significat formaliter purum papatum,cuius in concreto:vt patet.Sed hoc totum petrus papa se habet vt ly homo.ꝛ conceditur q; potestas illa potest super petrum papam, ratione subiecti(vt in libello dicitur)nõ autem super papam:quia non potest ex parte forme.Unde patet nullam esse repugnantiaz, ꝛ q; aliud est posse super papam.ꝛ aliud super petrum papam:sicut aliud est posse super compositum ꝛ aliud super formã.¶ Ad primum autem contra tertium(hoc scilicet q; potestas ecclesie nõ est supra papam)respondetur,q; petrus papa hereticus tenetur ad omnia que sunt necessaria ad iudicium depositionis ipsius:vt in libello capitulo.21.expresse dictum est,vnde mirandum videtur de obiectionibus.Dico igitur,q; petrus papa hereticus ratione subiecti sic dispositi,subditur potestati depositiue ecclesie,ꝛ in omnibus necessario preambulis ꝛ consequentibus.Nec ex hoc sequitur,q; potestas ecclesie sit supra papam,sed supra petrũ papam sic depositum in hoc tantum.Et per hoc patet solutio primi ꝛ secundi.ℱ Ad tertium vero dicitur q;(vt patet in cap.19.libelli, vnde impositum est mihi q; dicam illam consequentiam bonam) nunc ego dixi hoc.nunc nõ sequitur connexionem inter excommunicationem ꝛ depositionem:vno oppositum expresse sensi.Ego enim ex illa communi radice.ad quod infligitur a iudicio humano,non incurritur ipso facto ex solo peccato interiori pure:intuli duo scilicet negationem excommunicationis,et negationem priuationis.ꝛ dixi q; si ex hac radice sequitur non esse excommunicatum,multo magis sequitur non esse priuatum:quia ibi non requiritur declaratio apud iuristas,sicut hic.Argumentum autem procedit contra dicentem illationem formalem a negatione excommunicationis ad negationem depositionis:ꝛ ideo non est ad propositum.

¶ Caput vigesimumquartum.

**Iri** In ca.21.q; papa posset cõmittere potestatẽ depositiuã pape heretici collegio cardinalium.

**Obiicitur** Qz non possum sic dicendo sumere,quin par in parem habeat imperium.

**Respondeo** Qz facillime patet ex hoc non sequi parem in parem habere imperium:quia potestas depositiua non est supra papam,sed supra coniunctionem petri cum papatu:que coniunctio non est par pape.ℱ Quare autem huiusmodi potestas depositiua pape.cũ cõ minor papatu,nõ sit auferibilis ab ecclesia a papa.in promptu causa est:quia diuino iure illi conuenit contra papam hereticum:vt patet ex dictis in libello.

¶ Caput vigesimumquintum.

**Iri** In ca.26.rationem quare papa pro infidelitate sola potest deponi.quia sola infidelitas inter crimina contrariatur ad esse pape.

**Obiicitur** Dupliciter contra hanc rationem. ¶ Primo.quia falsum est q; fides requiratur ad esse pape.cum papa si fiat hereticus, adhuc sit papa apud me:sufficit enim character baptismalis. ¶ Secundo quia hec ratio eque fortiter probaret,q; p hereses deponi non posset:quia hereses non opponitur ad esse pape.

**Respondeo** Qz ratio mea nõ est intellecta vt est:studiose nam cõs non posui inter conditiones requisitas ad esse pape fidem sed christianitatem,vt excluderem hanc obiectionem.Nec assumpsi,q; infidelitas sola inter vitia contrariatur fidei,sed christianitati seu conditioni requisite ad esse pape:vt patet,in libello.Constat enim christianitatis status(qui membrum christi constituit)solam infidelitatem inter vitia opponi.et q; christianitas requiritur necessario ad esse pape.Et in libello eodem.cap.xxvij.clare manifestaui differentiam inter christianitatem et fidem:ꝛ q; christianitas est status quidam ecclesiasticus ex character:set fides constitutus.ℱ Sed vt melius vis rationis perspiciatur.ex conclusione intenta ꝛ directa oppositione infidelitatis considerandum est,q; non est intenta aut deducta conclusio ex illa ratione,q; papa habet non esse propter infidelitatem.sed q; est dispositus proximissime ad non esse:quod significat conclusio dicens.q; est deponendus.Et propterea non oportet q; infidelitas sic opponatur christianitati,q; auferat totaliter esse christianum:si enim hoc tolleret.non deponendum sed depositum papam inferret.Sed fat est.q; opponatur christianitati sic q; constituat christianum hominem.Ex quo est ex parte hominis in non esse christianitatis.Per hoc siquidem non esse christianitatis in petro papa,constituitur Petrus papa in esse deponibilis:quia per tale non esse est dispositus sic vt deponi possit:vt patet ex dictis in libello.Et manifestatur ex officio pape,cum enim pape officium sit pascere doctrina ꝛ opere,cum habet fidem formatam velut sanus viuit in papatu:cum autem habet fidem informen ob perditam charitatem.nõ pascit amplius exemplo,sed doctrina tantum:ac per hoc velut eger in papatu est.Si demum etiã fidem omnino amiserit,iam nec doctrina pascere potens est, et quasi mortuus sicut in extremis vite constitutus,ad omne opus inualidus,dispositus est vt morte depositionis auferatur a vita papali.¶ Unde patet responsio ad primum:quia non obstat rationi,q; infidelitas stat cum esse pape:vt patet ex dictis. Et potes eandem sententiam vnico verbo dicere,q; fides est necessaria ad esse pape simpliciter,cuius non sit necessaria ad esse pape sic:scilicet quasi mortui:imo ex hoc q; constituit papam in esse pape simpliciter,ꝛ eius oppositum constituit in esse pape quasi mortui.manifestie sequitur,q; constituit papam in esse deponibile.

¶ Et per hoc patet solutio secundi:hereses enim non stat cum esse christianum simpliciter,nec cum esse papam simpliciter:cuius non auferat totaliter vtriusq; esse.Sed quia constituit nõ esse christianum cũ ex parte hominis.ideo constituit dispositum ad nõ esse pape:quoniam esse papam simpliciter supponit esse christianum simpliciter.Sed argumentum in hoc fallitur:quia accepit hanc rationem ac si inferret non esse pape sic q; esset depositus: cum tamen contrarium patet in litera.Manet ergo ratio illa nõ inuenta adhuc minus habens,quamuis in statera posita vt desiderare me dixi.

¶ Capitulum.xxvj.

**Iri** In eodem.xxvj.ca.iuncto.xxv.q; ex sacra scriptura solus casus hereseos excipitur ab impenitibilitate pape respectu ecclesie.

**Obiicitur** Quia in sacra scriptura inueniturtur etiam,alias crimina olim esse separãdum:vt patet.I.ad cor.vj.Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator,aut auarus,aut idolis seruiens,aut maledicus aut ebriosus,aut rapax.cum huiusmodi nec cibum sumere.ℱ Et dominus matheꝛ.xviij.minuit hominem pro quolibet mortali,cui annexa est contumacia,esse excommunicandum.ℱ Et si glosati fuerint hi textus de subditis in terra.similiter glosabũtur textus allegati per te de heretico.ℱ Et ad dicta saluatoris et petri concedatur.quod quãdiu bene docent ꝛ remanent prelati,sunt audiẽdi.

**Respondeo.** Quod quum sacra scriptura tota sit ab vno autore(qui est spiritussanctus)ꝛ velut vna integra doctrina legis diuine,non est glosis sed textui attribuendum quum ex connunctione diuersorum locorum scripture,sensus vnus colligitur:sic autem est in proposito.Quum enim propter heresim maxime et propter etiam alia crimina sint diuino iure vitiosi multi separandi ab ecclesia,ꝛ excepto fiat de solis prelatis ab ipso diuino iure in criminibus alijs ab infidelitate: manifeste colligitur absq; nostris glosis,quod reliqui pro multis criminibus.prelatus autem pro sola infidelitate diuino iure separandus ordinatur.Scriptura igitur loquens de heretico,communis est prelatis ꝛ subditis:quia nulla fit exceptio in ea de prelato, loquens autem de alijs criminibus.prelatum simpliciter nõ comprehendit:quia excipit eum.¶ Ad responsionem vero datam exceptioni domini ꝛ petri(quando exceptus est prelatus math.xxiij. super cathedram moysi.ꝛ.j.pe.ij.obedite prepositis discolis)dicitur quod responsio illa scilicet quamdiu bene docent et sunt prelati,potest bene ꝛ male intelligi.Bene quidem,si sit sensus quod q; diu per se bene docent ꝛ sunt prelati.Et sic nihil obstat proposito:quoniam fides christi est,qua fit doctrina,ꝛ que sustinet prelatum in esse simpliciter.ac per hoc q; diu habent fidem habent vnde per se recte doceant,ꝛ sint prelati.cũ non est ex iure diuino:vt patet in libello.ℱ Male autem si sit sensus:quod non dicitur prelatus tolerandus.sed si toleretur audiendus:quoniam quum in maiori includatur minus,ꝛ plus sit malos prelatos audire cum effectu ꝛ obedire eisdem cũ tolerare(vt patet)consequens est.q; mandatum domini ꝛ petri de obedientia prelati male vite ꝛ bone doctrine,claudat in se mandatum de toleratione ab eisdem quibus obedientia indicit.Et sic autoritas iuris diuini allata efficax ad propositum restat.supra firmam petram fundata.

¶ Caput vigesimumseptimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



**Dri** In eodem.xxvj.cap̃. concluſiue.q̃ in ſolo caſu hereſis papa ſubijcitur eccleſie, ita q̃ poſſit deponi.

**Objcitur** Primo. Quia in epiſtola clementis ad Jacobum.ex ore petri apoſtoli ordinatur.q̃ clemens papa deponatur propter negligentiam:eccleſie ſiquidem non ſpernit illam epiſtolam, q̃ ſufficit. ¶ Secundo. Quia cum eccleſia in caſu hereſis ſit iudex pape,⁊ talem poteſtatem nõ habeat niſi matth.xviij.vbi nõ commoretur magis petrꝰ hereſis q̃ quodcũq; aliud cũ cõtumacia: ſequitur.q̃ nõ ſolũ in caſu hereſis eccleſia ſit iudex pape. ¶ Tertio. Quia ſi vicarius regis abſentis tyrannice regeret, communitas poſſet illum deponere:ergo eccleſia poteſt deponere vicariũ chriſti domini,ſi tyrannice regat.

**Reſpondeo** Nõ epiſtola illa eadem facilitate reſcitur qua recipitur: imo magis reijcitur: vt patet ex oppoſito decreto,xl.diſt.ſi papa.vbi manifeſte ꝓpter negligentiam papa non iudicandus dicitur,q̃uis pernicioſam: vnde nõ ſufficit alterius authoritas. ¶ Authoritas autem domini ſecundo loco allata,poteſtatem eccleſie ſupra ſubditos ſibi vt ſic manifeſtat. Et propterea quum papa ex aliis locis ſacre ſcripture non ſit ſubditus eccleſie niſi in caſu hereſis,conſequens eſt vt ex illa ſententia domini non habeat eccleſia poteſtatem ſuper eum quia eſt papa,niſi in caſu hereſis:quod eñ ibi non eſt expreſſum, ſufficit alibi inueniri declaratum. ¶ Ad tertium dicitur,q̃ ſimiliter dicendo illa deficit dupliciter. Primo,quia communitas libera habet poteſtatem deponendi principem,⁊ regẽ: ſcilicet ſi tyrannice regat:⁊ ideo non eſt mirum,ſi poteſt deponere etiam vicarium illius. Eccleſia autem ſerua eſt principis ſui ieſu chriſti. Secundo. Quia rex purus homo abſens ſupponitur, ⁊ ſolum per vicarium gubernare:rex autem noſter ſic abſens eſt corpore,vt per ſeipſum audiat ꝯfelas cõtra vicarium ſuũ ab eccleſia ⁊ mẽbris ſingulis:⁊ ꝓpterea nõ eſt ab eccleſia eius vicarius deponẽdus:ſed recurrẽdum eſt ad principẽ audientẽ ⁊ optimũ vt deponat. Cap.xxviij.

**Dri** In eodem.xxvj.cap.q̃ propter ſcandalum non eſt preſcindendum caput iuxta domini ſententiam, Matth.xviij.

**Objcitur** Q̃ licet non ſit auferendum caput totaliter ſic q̃ nunq̃ ſit futurum aliquod caput:tamen auferendum eſt iſtud caput, ſine quo in corpe remanet vita, imo q̃ corpus inficit ẽ̃tum eſt ex ſe.

**Reſpondeo** Q̃ ex verbis domini negatiue tamẽ (vt in libello dictum eſt) ſumitur q̃ hec totaliter,nec hoc caput preſcindendum eſt:quoniam expreſſe dicitur: ſi manus tua,oculus tuus,pes tuus. Pronomen ſiquidem adiũctum,oſtendit q̃ de membro hoc loquitur:⁊ conſequenter de capite iſto negatum accipimus q̃ preſcindatur. Falſum quoq; eſt, q̃ ſine iſto capite ſit vita,quum ipſium loco domini ſaluificet eccleſiam:vt in cap.ſi papa,di.xl.ſi. Nec inficit in hoc caput,ſz recte docet:q̃uis abuſus prãtis capitalis iſto inficiat ẽ̃tũ eſt ex ſe,ecclias nõ hoc caput,ſz abuſus illi⁹ i culpa ẽ:⁊ nõ eſt ꝓſcindẽdũ caput,ſz illi⁹ abuſui cõgruis remediis obuiandum. ¶ Cap.xxix.

**Dri** In capite.xxvij. q̃ deus optime prouidit eccleſie,diſponens q̃ orationis remedio cõtra papã malũ vteretur, nõ aũt depoſitionis poteſtate.

**Objcitur** Tripliciter. Primo:quia min⁹ bene inſtituta eſſet politia eccleſiaſtica q̃ ciuilis. Et tenet ſequela:quia ciuilis poteſt principẽ tyrannice regentem pertinaciter deponere, eccleſiaſtica autem non poſſet. ¶ Secundo.quia deus ademiſſet communicati eccleſie poteſtatem ſibi naturaliter conuenientem ⁊ neceſſaria ad pacificam converſationem,qualis eſt poteſtas depoſitiua principis in caſu tyrannidis. Et tenet ſequela:quia talis poteſtas natura⁊ter conuenit communitati perfecte ⁊ libere. ¶ Tertio:quia quum deus opportuni⁹ remedium q̃ oratione eccleſie potuerit inſtituere:ſcilicet poteſtatem depoſitiuam,dicere non aliud remedium q̃ orationes reliquiſſe,eſt dicere politiam eccleſiaſticam non bene inſtitutam,⁊ effectam ſeruam ſtrictiſſima ſeruitute.

¶ Quo ad secundum, q̃ imperfectum dicit negationez perfecti, ꝛ negatio per affirmationem oppositã cognoscitur: ideo inchoandum est a contritione, que est displicentia perfecta. Ex tribus siquidem constat huiusmodi perfectã displicentiã: primum est ipsa displicentia peccati, secundum est propositum decetero non peccandi mortaliter, tertium est q̃ sit charitate informata. ℣ Et si quidem primum defecerit totaliter, nec attritio nec contritio est: qm̃ displicentia communis est vtriq̃. Si vero defecerit p̃m quid, puta q̃ adest peccati displicentia modica seu lenis, tunc attritio esse potest, verum vsq̃ ad quem terminum quantitas displicentie limites habeat, ita q̃ ibi sint confines attritio et contritio, in tertia condutione declarabitur. Si vero secunda defecerit conditio, scilicet propositũ de cetero non peccandi mortaliter, tripliciter hoc contingere potest. Vel per positionem contrarij propositi in actu: puta q̃ actualiter intendit peccare mortaliter, ꝛ tunc nõ habet locum attritio. Vel per positionem contrarij habitualiter tantum: puta q̃ non intendit actualiter committere peccatũ mortale, nec intendit mutare statum suum, quo detinetur in peccato mortali: ut patet in vsurarijs, concubinarijs, ꝛ aliis similibus: qui confitentur peccata sua, displicetq̃ eis peccasse, habentq̃ velleitatẽ relinquẽdi peccatũ, non tñ deserunt concubinatũ aut restituũt vsuras &c. ℣ Et hec displicentia cum huiusmodi velleitate attritio dici potest. Vel per negationem propositi expliciti: puta q̃ penitens est ille dispositus q̃ displicent ei peccata preterita, ꝛ non intendit peccatum mortale aliquod committere, ꝛ intendit tamẽ̃ in quodam confuso cauere a peccatis, ita q̃ duo prima scilicet affirmatio displicentie ꝛ negatio intentionis peccandi habentur explicite: tertiuz aũt scilicet affirmatio propositi decetero non peccandi mortaliter nõ nisi in confuso habeẽ: pro quanto in voluntate non peccandi continetur ꝛ tps proxime futurum ꝛ totum tps vite sue: ad qõ non explicite extendit se hoc debile propositum de quo est sermo. Et talis displicẽtia forte est valde cõmunis: vtilla q̃ communiter vocatur attritio. ℣ Circa defectũ vero tertie conditionis aduertendum est, q̃ in cõditione illa clauduñ duo, quorũ vnum est in potestate nra, ꝛ de eo certi esse possumus, alterũ est ex diuina grã, et nobis incertũ. Horum primum est diligere deuz super oia, secundum est, q̃ huiusmodi diligere sit informatum charitate diffusa a spiritusan. in cordibus filiorum dei. Et siquidem defecerit primũ (scilicet dilectio dei sup omnia) attritio, nõ contritio est: si vero primum affuerit, cõtritio vocaẽ. ℣ Esse aũt hanc dilectionẽ in potestate nostra, ex eo patet: q̃ sicut in potestate nostra est cõstituere nobis pro vltimo fine delectationẽ veneream aut lucra aut regnum, ita in potestate nostra est habere deũ etiam vt beatitudo est sanctorum, pro vltimo fine: ita q̃ intendamus ꝛ deliberemus preferre ipsum in voluntate nostra omnibus que desiderari habent vel possunt. ℣ Quod etiam huiusmodi dilectio exigatur ad contritionem ꝛ distinguat ab attritione, ex eo patet, q̃ sine huiusmodi dilectione non potest esse informatio charitatis: substernitur enim huiusmodi dilectio acquisita charitatis formationi, ꝛ hic tam sapientes q̃ boni fideles tam seipsos q̃ alios habent pro contritis, quib hec dilectio testimonium perhibet. ℣ Ex demum huiusmodi tam dilectio q̃ contritio possit esse sine charitate, ex eo patet, q̃ multi sciunt se habere hanc dilectionem, et ne sciunt se esse in charitate. Si enim huiusmodi tam contritio q̃ dilectio non posset esse informis manifeste sequeretur q̃ scire possemus euidenter nos esse in dei gratia: quia euidenter certi sumus de nobis quib q̃ habemus hanc voluntatem deliberatam preferendi omnibus deum &c. Et hec est dilectio similis charitati infuse: intantum q̃ propter similitudinem actuum censet diuus tho. non discerni a nobis an dilectio nostra qua deum diligimus et proximum, sit ex infusa gratia vel non. Et ab hoc amore prouenire potest quod apostolus ait, si distribuero facultates meas in cibum pauperum, ꝛ si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero &c. Et hanc habere potes terminos cõtritionis tam displicentie peccati quam propositi non peccandi: quantificatur enim vtrumq̃ horum ex quantitate amoris dei, ita q̃ sicut amor dei est super omnia amabilia, ita propositum vitandi peccati debet esse super omnia euitabilia, et similiter displicentia peccati super omnia odibilia. Sic per hoc displicentia peccati modica que non peruenit ad displicentiam contritionis, est illa qua minus odio habemus peccatum q̃ aliquod aliud damnum, et similiter propositum illud est debile ac deficiens a proposito contritionis, quo plus proponimus cauere ab aliquo alio malo quam a peccato mortali. Si postremo deficiat cognitas istantibus reliquis conditionibus, contritio vt dictum est, vocatur: quamuis appelletur attritio ab illis qui sine charitate contritionem non nouerunt. ¶ Ex quibus omnibus colligere possumus duplicem esse attritionem ꝛ duplicem contritionem. Prima attritio est displicentia peccati cum velleitate non peccandi, in statu tamen peccati, et hec est attritio meretricum, vsurariorum et aliorum huiusmodi, et hec vocatur attritio impenitentium. Secunda attritio est displicentia peccati cum non voluntate peccandi ꝛ cũ voluntate nõ peccandi in confuso, ꝛ hec est attritio penitentium: qui sic in confuso tam totum tempus futurũ, q̃ comparationem



q̃ comparationẽ peccati ad alia odibilia, q̃ etiã cõparationẽ dei ad alia amabilia in voluntate sua habent, et hec vocatur attritio imperfectorum. ℣ Prima vero contritio est acquisita displicentia peccati supra omne odibile, cum proposito vitandi peccatum supra omne vitabile, ex amore dei supra omne amabile, ꝛ hec vocatur contritio informis. Secunda autem contritio est hec eadem displicẽtia cum dicto ram proposito q̃ amore, charitate informata, ꝛ hec vocatur contrito formata. Hec de secundo. ¶ Quo ad tertium, prenotandum est, q̃ aliud est ingrere an de attrito fiat contritus, ꝛ an attritio fiat cõtrito. Prima enim questio clara est: qñ constat multos peccatores paulatim ad penitentiam conuerti, et ex imperfecta displicentia ac ex imperfecto proposito imperfectoq̃ dei amore ad perfectionem contritionis deducta vt vere contritionem charitate informatam assequantur. Secunda autem questio (de qua est sermo) non est vsquequaq̃ clara: quoniam permanentia actuum interiorum in identitate numerali satis occulta videtur. ℣ Veruntamen dicendum est, q̃ attritio impenitentium non potest fieri contritio. Quod probatur non solũ ex eo q̃ velleitas non est idem actus cum voluntate deliberata: ꝛ similiter displicentia propositionalis velleitatim non est idem actus cum displicentia propositionali voluntati deliberate, sed precipue ex eo q̃ actus vnius speciei non transit in actum alterius speciei: displicentia autem summi odibilis que est contritio, ꝛ displicentia odibilia non summi que est attritio, diferunt specie: quia summum odibile ex suo genere specie differt ab odibili non summo, et hoc tam in genere mali q̃ in genere odibilis. Et hec intellige formaliter, i. quia attritio est displicentia peccati sub ratione non summe odibilis, contritio autem sub ratione summe odibilis. Cui enim offensa dei est summe odibile, illi deus est summe amabilis: et a quo deus non summe amatur, illi offensa dei non est summe odibilis. ℣ Attritio quoq̃ imperfectorum non fit contritio eadem ratione, quia cognitio confusa non fit cognitio distincta: sed sicut cognitio confusa approximat intellectum ad cognitionem distinctam: ita displicentia cõfusa que attritio dicitur ducit ꝛ approximat voluntatem ad displicentiam distinctam que est contritio.

℣ De acquisita autem contritione que contritio informis dicitur, dicendum est q̃ potest fieri contritio formata quoniam potest cõtingere idem numero actus acquisite contritionis vsq̃ ad charitatis infusionem inclusiue, ꝛ sic charitate informari. Et quia huiusmodi contritio anteqũ informetur charitate, vocatur etiã quãdoq̃ attritio, ideo hoc tertio modo sumpta attritio potest fieri cõtritio. Et hoc tam habere potes a diuo tho. superius in. q. 89. vbi dicit, q̃ contritio est vltima dispositio ad charitatem. ¶ Sed occurrit hic non dissimulandum dubium, per quid seu quomodo huiusmodi attritio seu contritio acquisita fit vltima dispositio ad gratiam. Est enim quandoq̃ non vltima dispositio: vt patet ex eo q̃ potest esse informis. Si enim semper esset vltima dispositio, quum deus tam in naturalibus q̃ in gratuitis det semper vltimo dispositis formam pro qua sunt vltimo disposita, sequeretur q̃ homo habens huiusmodi contritionem acquisitam, certus esset se esse in gratia dei. ¶ Quandoq̃ autem est vltima dispositio: vt diuus tho. dixit, ꝛ ratio approbat: quia gratia perficit naturam: ac per hoc rationabile est, vt a nobis acquisita displicentia peccati suprema, perficiatur quandoq̃ gratuita charitate. ℣ Si dicatur, q̃ huiusmodi transitus fit per motum intentionis: ita q̃ acquisita huiusmodi perfecta displicentia peccati, si est remissa est attritio, et non habet rationem vltime dispositionis ad charitatem, si autem intenditur ꝛ crescit, est contritio ꝛ vltima dispositio ad charitatẽ; vt sic verificentur quasi commune dictum, q̃ cõtritio ꝛ attritio differunt p̃m magis ꝛ minus. Contra. Nam loquendo de attritione tam impenitentium q̃ imperfectorum, constat q̃ differt a contritione non penes obiectum materiale: quia vtriusq̃ materia est peccatum mortale, sed penes obiectum formale: quia contrito attingit mortale peccatum sub ratione summi odibilis: attritio autem tam impenitentium q̃ imperfectorum attingit mortale peccatum non sub ratione formali summi odibilis. Et propterea neutra differt a contritione penes magis ꝛ minus, tum quia differentia p̃m magis ꝛ minus, non est differentia formalis, tum quia quãtumcunq̃ cresceret displicentia mortalis peccati extra formalem rationem summi odibilis, nunq̃ esset contritio. Tertio vero modo sumpta attritio, nec penes materiam nec penes rationem formalem obiecti differt a contritione acquisita: quia sunt respectu eiusdem mortalis peccati, ꝛ sub ratione summi odibilis. ℣ Et qõ nec differant penes magis ꝛ minus ex eo patet, q̃ minimus gradus huiusmodi displicentie sufficit ad charitatẽ operientẽ multitudinem peccatorum. Quod ecclesie testimonio comprobaẽ: credimus enim omnes tã nos ipsos q̃ alios esse in charitate quib huiusmodi displicentiam quãtumcunq̃ remissam gnemus. Unde nec est verum contritionem ꝛ attritionem differre p̃m magis ꝛ minus in eadem specie, licet sit verum p̃m magis et minus in diuersis speciebus: sicut album habet magis de luce q̃ viride. Hec allata responsio satisfacit quelito. ℣ Aliter et go dicendũ michi videtur, q̃ gratuita dei motio est que huiusmodi acquisitã cõtritionem efficit vltimam dispositionem ad gratiam seu charitatem: ita q̃ ex hoc ipso q̃ deus non per aliquod superadditum donum habituale, sed per gratuitam directionem qua dignatur vti nostra acquisita contritione vt dispositione vltima ad suum propriũ opus, quod est charitas que infunditur, transfertur nostra cõtritio in esse vltimam dispositionem pro gratia habituali: iuxta illud iere. ad deum, postq̃ conuertisti me, penitentiam egi. Hec de tertio.

Ad argumenta ¶ in oppositum, pro quanto contra attritionem tertio modo dictam militant, respondendo dicitur: q̃ quicquid sit diuersitate penes principia in esse nature, diuersitas tamen principiorum in genere moris seu meriti non infert vnum eundemq̃ actum non posse esse ꝛ sine tali principio ꝛ cum tali principio: vnus namq̃ videz actus exterior, q̃ a principio non fuit bonus moraliter, potest esse bonus moraliter in prosequutione. Et similiter in proposito cõtritio acq̃sita que a principio nõ est meritoria, potest in suã prosequutiõe fieri meritoria, supernaturaliter charitate: nec oportet reinchoare actũ quoad substantiam actus, sed sufficit q̃ inchoetur actus quo ad esse meritorium. Quum enim dicitur actum meritorium inchoari a charitate, est sermo formalis: hoc est non de gestu simpliciter, sed in quantum est meritorius; ꝛ propterea stat actum esse simpliciter inchoatum sine merito ꝛ charitate, ꝛ eundem continuari cum merito, ꝛ inchoari a charitate p̃m esse meritorium. ¶ Ad secundum dicitur, q̃ licet imperfectio attritionis tam impenitentium q̃ imperfectorum sit de illius ratione, quia penes defectum obiecti formalis attenditur: imperfectio tamen contritionis acquisite que attritio tertio modo vocatur, non est de ratione illius: qñ penes solam negationem potentis superuenire diuini doni attenditur: non enim informitas huiusmodi contritionis seu attritionis est magis de ratione ipsius q̃ informitas fidei sit de ratiõe fidei. Et propterea sicut actus fidei informis potest in sui persequutione formari charitate, ita actus acquisite contritionis potest superueniente charitate imperfectionem sue informitatis deseruere, ꝛ formatus continuari.

¶ An exigatur ad contritionem, q̃ sit singulorum peccatorum mortalium. ¶ Questium. 2.

SEcundo queritur de materia cõtritionis, an exigaẽ ad contritionem q̃ sit singulorum peccatorum mortalium. Videtur enim q̃ sic. ℣ Tum quia contritio debet adequare confessionem: confessio autem comprehendit omnia mortalia: vt patet in ca. omnis vtriusq̃ sexus: ergo. ℣ Tum quia hec est differentia inter penitentiam mortalium ꝛ penitentiam venialium: q̃ ad remissionem venialium sufficit virtualis displicentia ad remissionem autem mortalium exigitur vt homo actualiter peccãum mortale commissum detestetur. ℣ Et confirmatur hoc aut. voluntate diui tho. superius in calce corporis primi ar. q. 87. dicentis q̃ displicentia virtualis non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.

Ad huius euidentiam ¶ sciendum est, questionem hanc posse intelligi tripliciter. Primo an exigatur q̃ singulis p̃m numerum peccatis mortalibus respondeant totidem contritiones. Et sic intellecta questio, facile soluitur negative: quoniam nec quo ad actus displicentie, nec quo ad actum confessionis, nec quo ad actum satisfactionis oportet multiplicari actus penitentie iuxta multitudinem actuum peccatorum: vnicus siquidem satisfactionis actus potest satisfacere pro multis mortalibus commissis. Et similiter vnica enunciatione potest quis simul confiteri mille mortalia: dicendo peccãui millies. Et similiter vnica displicentia potest respondere mille peccatis, non minus q̃ confessio ꝛ satisfactio. Cum q̃ ridiculum est ita velle adequare numerum contritionum numero peccatorum, ranq̃ in multitudine actuum ꝛ non in perfectione potius actus consistat virtus: quasi non possit vna perfecta displicentia equivalere decem milibus imperfectis, quum tamẽ et iam

Universidad de Deusto
Biblioteca



insensibilibus videamus, quod vnum numisma aureū equinale mille ereis. ℣ Secundo vero modo pōt questio intelligi an singula peccata mortalia in seipsis seu formaliter attingi debeant a cōtritione: ita q̄ non sufficiat homini displicere sibi in generali quecūq; commisit contra deum, sed exigatur vt displiceant sibi in speciali peccata a se patrata: puta decem adulteria, centū furta, mille blasphemie ꝛc. ꝛ hoc quo ad peccata quorum memoria habet. ¶ Et sic intellecta questio, dupliciter examinanda est. Primo de contritione relata ad sacramentum penitentie, deinde de contritione absolute. Multum enim refert sic vel sic loqui: quoniam contritio relata ad sacramentum penitentie, sub euangelica lege incepit: contritio autem absolute, post ade peccatum ꝛ ante scriptam legē ꝛ sub lege moysi, omnibus peccatoribus necessaria fuit. Si igitur contritio relata ad sacramentum penitētie, exigat quod ter minetur ad singula mortalia formaliter seu in seipsis, oportet q̄ hoc habeat vel ex satisfactione, vel ex confessione, vel ex seipsa, vel ex absolutione sacerdotali: plura enim in sacramento penitentie non inueniuntur. Sed non conuenit sibi ex satisfactione. patet ex hoc quod vna satisfactio virtualiter potest adequare multa mortalia. ℣ Quod necetiam ex confessione. ex eo patet, quod ratio quare confessio exigit singula mortalia pro materia est quia confessio fit humano iudici, qui non potest iudicare nisi de cognitis: incognita autem sibi vt iudici remanerent quecunq; non essent a penitente in seipsis explicata. Que ratio non habet locum in contritione que deo offert cor: qui non pensat, quantum ant quot. sed ex quanto offertur. Unde de magdalena legitur: dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum: ꝛ non dixit quoniam displicuerunt ei multa. ℣ Quod etiam hoc non proueniat ex absolutione, manifestat vnica absolutio: que simul fit absq; explicatione singulorum. ℣ Quod demum contritio non habeat hoc ex seipsa. ex eo patet: quod communis doctrina tenet sufficere post singulorum peccatorum mortalium attritiones, vnam contritionem in generali. Ex hoc enim dicto manifeste habetur, quod licet aggregatum ex contritione ꝛ attritione seu attritionibus terminetur ad singula mortalia in seipsis ipsa tamen contritio nō terminatur ad singula mortalia in seipsis seu formaliter, sed tantum virtualiter.

¶ Et si dicatur, quod contritio sequens tot attritiones operatur in vi illarum, ac per hoc terminatur ad obiecta illarum formaliter manifeste patet nihil valere illationem hanc, sed destruere commune dictum: quoniam hinc non sequitur contritionem terminari formaliter ad obiecta attritionum, sed virtualiter tantum: sicut non formaliter sed virtualiter claudit in se attritiones. Et falsum esset, quod contritio sequens esset vna contritio generalis. ℣ Ex quibus omnibus apparet, quod proprie loquendo contritio relata ad sacramentum penitentie, non exigit quod terminetur formaliter ad singula mortalia: sed sufficit quod terminetur ad ea virtualiter. Si autem spectemus ad contritionem simpliciter ꝛ absolute, dicendum est quod non exigit terminari formaliter ad singula mortalia peccata: sed exigit virtualiter attingere singula mortalia etiam oblita ꝛ incognita. Dico autem virtualiter attingere singula: quia per hoc simpliciter ꝛ absolute differt contritio remittens peccata venialia, a contritione remittente peccata mortalia. Ad remissionem siquidem peccatorum mortalium, exigitur quod contritionis displicentia sit adeo perfecta extensiue, quod formaliter aut virtualiter attingat omnia ꝛ singula mortalia quorum penitens est reus. ꝛ hoc manifestatur ex eo, quod impium est dimidiam a deo sperare veniam mortalium peccatorum. Ad remissionem autem venialium non exigitur hec extensiua perfectio: potest siquidem vnum peccatum veniale dimitti sine alio. ꝛ illa tantum venialia remittuntur ad que displicentia virtualis se extendit. Probatur ergo declarata conclusio, ex eo quod contritio generalis virtualiter se extendens ad omnia mortalia, sufficit ad remissionem eorum concurrente charitate ꝛc. Probatur hoc: quia in instanti fit iustificatio impij. ꝛ conuerti potest peccator ad deum: scriptum est enim: in quacunq; hora ingemuerit peccator ꝛc. ℣ Et si forte obiciatur contra hoc, dicendo quod huiusmodi momentanea ac generalis contritio fert secum propositum specialis contritionis de singulis mortalibus in seipsis, sicut baptismus flaminis fert secum propositum baptismi fluminis: ꝛ ideo contritio illa generalis vtpote imperfecta concurrit ad remissionem peccati vt tendens ad contritionem spetialem que est perfecta. Aduertat hec obiciens, quod voluntarie apponitur iste ordo contritionis perfecte virtualiter ad contritionem perfectam formaliter, tum quia nec ex sacra scriptura nec ex sacris doctoribus traditus: communi sententie superius recitate aduersatur. nam si contritio perfecta virtualiter, remittit peccata vt tendens in contritionem perfectā formaliter, sequeretur quod post omnes attritiones in speciali, subsequuta vna contritio generalis perfecta virtualiter, non sufficeret ad salutem: quoniam exigeretur quod post generalem contritionem perfectam virtualiter, sequeretur contritio specialis perfecta formaliter. Si enim perfecta virtualiter, fert secum propositum perfecte formaliter, oporteret post illam hanc exequi, cuius contrarium pro certo habemus. ℣ Et bene nota, quod aliud est dicere contritionem generalem perfectam virtualiter, coercere ante vel post detestationes speciales peccatorum mortalium in seipsis: ꝛ aliud est dicere cōtritionem generalem perfectam virtualiter, coercere ante vel post contritiones speciales peccatorum in seipsis. Nos enim hoc secundum dicimus esse falsum tam ante q̄m omnibus preteritis temporibus: primum autem sacri doctores tradunt. Et verum proculdubio est tempore euangelice legis: in quo contritio fert secum propositum confessionis sacramentalis ratione cuius exiguntur speciales detestationes peccatorum: siue vt precedentes contritionem generalem virtualiter perfectam, vt contingit illis qui suscipiendo actualiter sacramentum penitentie fiunt de attritis contriti: siue vt consequentes sepedictam contritionem: vt contingit illis qui ex toto corde statim conuertuntur ad deum, habentes virtualiter saltem propositum confitendi suo tēpore peccata sua. Utrum autem hoc sacrorum doctorum dictum, verum etiam sit de contritione simpliciter ꝛ absolute, ex dictis apparere potest quod non. Nulla siquidem apparet ratio cogēs ad huiusmodi detestationes speciales fecisse sacramento penitentie. nam ꝛ voluntas potest perfecte mutari: ꝛ exercitari in necessarijs virtutū actibus: ꝛ pro peccatis potest perfecte satisfieri absq; huiusmodi specialibus detestationibus. vt patet ponendo peccatorem penitentem qui totum se diuine dilectioni, eleemosynis, ieiunijsq; daret: hic enim pulso tempore perfecte satisfecisset pro peccatis absq; tot detestationibus. ℣ Et hinc patet quid dicendum sit ad questionem tertio modo intellectam: scilicet an contritio exigat quod terminetur ad omnia ꝛ singula peccata mortalia, non curando de modo terminandi. Ex dictis siquidem patet responsum esse affirmatiue: quoniam non curando de modo, hoc est an formaliter vel virtualiter, certum est oportere sub contritione comprehendi omnia mortalia peccata commissa, siue sint sibi cognita siue incognita: quoniam (vt dictum est) impium est a deo dimidiam sperare veniam.

**Ad primum** Ergo in oppositum dicitur, quod pulcherrime loquendo contritio respondet absolutioni, et detestationes respondent confessioni: et propterea detestationes sunt equales numero acibus confessionis, et sepe sunt simul tempore: quando scilicet penitens simul recordatur peccati et confitetur illud. Unde contritio secundum annexas detestationes, adequat confessionem quo ad modum attingendi peccata, scilicet in speciali: et non conuenit hoc contritioni secundum se. ¶ Ad secundum dicitur, quod assumptum verum est de penitentia seu contritione relata ad sacramentum penitentie: et similiter intelligenda sunt verba doctoris tho. ℣ Potest quoq; et aliter dici iuxta differentiam vtrimq; explicatam inter perfectionem displicentie requisitam ad remissionem mortalium et requisitam ad remissionem venialium: quia remisso mortalium exigit generalem contritionem perfectam virtualiter, sic quod actualiter homo huiusmodi displicentiam perfectam extensiue ad omnia ꝛ singula mortalia habeat: remissio autem venialium non requirit huiusmodi extensiue perfectam displicentiam. Sed cum hoc quod aliquis in solis venialibus constitutus non habuerit generalem displicentiam de omnibus suis venialibus, stat quod ex aliquo feruore charitatis, in quo si occurrerent, displicerent contrariantia venialia, consequatur remissionem venialium illorum que displicerent: quod non sufficere dicitur ad remissionem peccati mortalis, nisi oblita: quia (vt dictū est) oportet actualiter habere illam contritionem generalem perfectā virtualiter, ad remissionem mortalium.

¶ An peccator teneatur ad contritionem, quādo recordatur peccatorum suorum. Questium tertium.

**Tertio** Queritur circa tempus contritionis: an peccator teneatur ad contritionem quādo recordatur peccatorum suorum. Et quia questione hanc discussimus in quolibetis nostris, ideo quere ibi. Sat sit hic scire partem negatiuam esse veram.

¶ An contritio remittat non solum culpam, sed penam debitam peccato. Questium quartum.

Vide infra folio 53. q. 7.



**Quarto** Queritur circa effectum cōtritionis, an contritio remittat non solum culpam, sed penam debitam peccato. ¶ Videtur enim q̄ nō. Tum quia ad remissionem pene ordinatur tertia pars penitentie, scilicet satisfactio: non ergo ad illam ordinatur contritio, nisi quatenus forte habet satisfactionem annexam. ¶ Tum quia contritio sufficiens ordinatur per se ad remissionem culpe: nec apparet vnde habeat q̄ penam sensus remittat.

**Ad huius** Euidētiam sciendum est, duplicem esse modum dicendi de hac re: quamuis omnium sententia in idem tandem cōcurrat. Primus est, q̄ alia est pena que debef incontrito, et alia est que debetur contrito: nam incontrito debetur pena infern. contrito autem pena temporalis. Et propterea quum contritio tollat penam inferni (nunq̄m enim cōtritus perseuerans, ad penam infernalem ibit) dici potest, q̄ contritio tollit totam penam peccato mortali pium debitam. ℣ Alter vero dicendi modus est, q̄ contritio non tollit totam penam, sed cōmutat penam eternam in tpalem: nā incontritus reus erat eterne pene, contritus autem reus est pene temporalis. ¶ Sed vter q̄s dicē dum deficit. Primus quidem tripliciter, scilicet et dicendo penam deberi contrito, nam non nisi per accidens hoc verificat: contritio enim vt sic, non ponit reatum pene: alioquin cuilibet cōtrito deberetur pena. Et dicendo alietatem pene debite contrito ꝛ incontrito: nā vt patebit, non alia pena est que vtriq; siqua contrito alicui debetur. Et inferendo q̄ dici potest totam penā incontrito priuis debitam per cōtritionem remittiriam vt patebit, pars quedam pene sibi prius debite communiter remanet (scilicet pena sensus) absq; eternitate tamen. ℣ Secūdus autem modus dicendi est, q̄ hic certa sunt duo. primum est, q̄ quanto contritio est maior, tanto plus tollit de pena sensus peccato debita. secūdum est, q̄ tanta potest esse contritio q̄ tolleret totam penam sensus. Ambiguum vero est, an quantulacunq; contritio charitate informata (de tali enī est sermo) tollat aliquid de illa pena sensus: multi enim videntur de hoc dubitare, mihi autē apparet, q̄ pars affirmatiua est vera propter duas rationes: quarum quelibet verificata sufficiens est. Potest enim contritio ex duplici capite tollere in toto vel in parte penam sensus. Primo ex penalitate sibi annexa, displicentia enim commissi crimmis non fert secum necessario penalitatem: quum sit in patria, vbi nulla est penalitas: sed in subiecto susceptiuo doloris seu pene, fert secum naturaliter displicentiā penalitatem quandam: dolemus enim communiter de nostris que nobis displicent. Et quoniam huiusmodi penam pareret contritioni consentiret seclusa relatione ad sacramentum penitentie: ideo ſm hoc caput dicendum est, q̄ contritio quelibet simpliciter ꝛ absolute ex annexa penalitate tollit aliquid pene sensus: habet enim satisfactoriam vim pena voluntarie assumpta ſm deū. ℣ Secundo ex merito passionis christi: est enim passionis christi meritum remissiuum suis membris pene, p̄ peccatis debite, plus ꝛ minus prout illis coniungitur. Quod primo apparet in baptismo: vbi quia passio christi toraliter cōmunicatur baptizato quasi ipse baptizatus passus esset, tota pena tollitur. Apparet deinde ꝛ in sacramento penitentie actualiter suscepto: dum ex vi sacramenti communicatur meritum passionis christi ad remissionem aliquante saltem pene sensus. Et quia coniunctio ad meritum passionis christi conuenit contritioni non simpliciter ꝛ absolute, sed relate ad sacramentum penitentie: ex hoc ✠ q̄ contritio fert secum votum sacramenti penitentie, coniungit merito passionis christi per sacramenta nobis communicato. ℣ Et ſm hoc caput dicendum est, q̄ quecunq; nostra contritio tollit aliquid pene sensus ex merito passionis christi, nam rationabile est, q̄ plus pene tollat charitas extensa ad sacramentum q̄m non extensa ad illud: sed charitas non extensa ad sacramentum (qualis erat antiquorum penitentium charitas) tollebat ex vi quidem charitatis ꝛ penam damni ꝛ eternitatem pene, ex annexa autē penalitate tollebat in toto vel in parte penam sensus: ergo charitas penitentium in noua lege, que est charitas extensa ad sacramentum penitentie, plus pene tollit. Minor huius rationis propositio clara est. Maior autem facile suadetur, ex eo q̄ penitentie sacramentum actualiter exhibitum, est proculdubio remissiuum pene sensus in toto vel in parte: ex hoc enim consequens est, vt idem ipsum sacramentum in voto charitatis existens apud contritum, aliquid huiusmodi pene remittat. Simile enim quid perspicimus in baptismo: q̄ scilicet id quod operatur baptismus exhibitus, operatur etiam in voto charitatis habitus non ita copiose. ℣ Nec excluditur maioris huius veritas: si dicatur q̄ charitas extensa ad sacramentum, habet ex extensione ad sacramentum q̄ tollat illamet que tollebat charitas antiquorum penitentium absolute. Nam hoc nō est charitatem extensam ad sacramentum efficere plus, sed est efficere pluribus rationibus vnum ꝛ idem, extense siquidem charitas ad sacramentum, duplici ratione tollit penam damni ꝛ eternitatē pene: scilicet ex vi charitatis ꝛ ex vi sacramenti in voto. Sed hec veritas non excludit quin verum quoq; esse debeat q̄ huiusmodi extensa charitas plus efficiat, plus pene tollat: quia hoc ad vim sacramenti spectat. ℣ Ex quibus omnibus patet dicendum esse ad questum, q̄ contritio ratione charitatis qua formatur, non solum tollit culpam, sed ꝛ penam damni ꝛ eternitatem pene: ratione vero annexe penalitatis tollit aliquid pene sensus: ꝛ ratione sacramenti in voto, tollit rursus aliquid pene sensus. Et tam vehemens inquit diuus tho. in. 27. ca. 4. contra gen. potest esse huiusmodi coniunctio contriti ad meritum passionis christi, q̄ tolleret totam penam sensus.

**Ad primum** Ergo argumentum in oppositum, dicitur q̄ satisfactio distincta est a contritione ſm ea que communiter in humano genere inueniuntur: communiter enim contriti non tam vehementer iunguntur passioni christi, vt non sit opus satisfactione ad arbitrium sacerdotis. Tradiitur enim tam doctrina q̄m lex moralis ſm ea que vt in pluribus contingunt. ¶ Ad secundum dicitur, q̄ iam ex dictis apparent duo capita vnde quantulacunq; contritio tollat aliquid pene sensus, inter que capita coniunctio ad meritum christi precipue perspici debet: quoniam illud est de ratione contritionis, annexus autem dolor, quasi vicem satisfactionis tenere videtur.

¶ An omnes teneantur ad confessionem. Quesitum. 1.

**De confessione** Que secunda est pars penitentie. Queritur primo circa eius necessitatem, an oēs teneantur ad confessionem. Et est ratio dubitandi: quia nonnulli sunt viuentes absq; peccato mortali: ꝛ propterea in dubium vertitur an omnes teneantur confiteri. ¶ Videtur enim q̄ sic: quia extra de peni. ꝛ re. expresse dicitur, omnis vtriusq; sexus quum ad annos discretionis peruenerit ꝛc. ℣ Et confirmatur: quia quum nullus excipiatur, sequeretur q̄ ecclesia in hoc statuto presupponeret omnes fideles singulis annis peccare mortaliter. Et patet sequela, si sola peccata mortalia precipiuntur confitenda. ℣ Et rursus confirmatur, ex hoc quod absq; distinctione aliqua omnis vtriusq; sexus ibidem obligatus est semel in anno ad confessionem ꝛ ad communionem in pasca: sed constat quod omnis vtriusq; sexus ꝛc. siue peccauerit mortaliter siue nō, com-

Universidad de Deusto
Biblioteca



prehenditur sub illo precepto quo ad communionem: ergo omnis etiam vtriusq; sexus ꝛc. siue peccauerit mortaliter siue non, comprehenditur sub eodem precepto quo ad confessionem.

**In oppositum** Est quod nullus tenetur cõfiteri venialia. ¶ Ad hanc questionẽ respõdetur distinguendo ꝛ bene. de necessitate vel sacramenti vel precepti ecclesiastici. Et dicitur, quod de necessitate sacramenti nullus tenetur confiteri nisi peccatum mortale certum vel dubium: quia post baptismum non potest aliter remitti mortale peccatum nisi per sacramentum penitentie in re vel in voto. De necessitate autem precepti ecclesie duplex est opinio. Una est, quod carens peccato mortali teneatur confiteri semel in anno aliquod veniale: vt sic impleat ecclesie preceptum. Altera est, quod carens peccato mortali, non tenetur confiteri aliquod veniale: quia non comprehenditur sub ecclesie precepto. ¶ Et licet prima opinio sit tutior, secunda tamen est verior, imo sola vera. quod probatur multipliciter. Primo ex ratione precepti: ratio enim ecclesiastici precepti non est precipere confessionem, sed preceptam diuino iure confessionem determinare quo ad tempus exequutionis: et propterea sub ecclesie precepto non alia comprehenditur confessio q̃ illa que a christo est precepta: sed a christo non est precepta nisi cõfessio mortalium: ergo ab ecclesia sola peccatorum mortalium confessio precepta est. ¶ Secundo ꝛ est confirmatio precedentis, patet idem ex verbis ipsius statuti. dum dicit omnia sua peccata. nõ enim hoc potest intelligi de peccatis venialibus: quum constet neminem quocunq; precepto teneri ad omnium venialiũ confessionẽ: nec intelligi de mortalibus. Et propterea ex explicatamateria confessionis: silicet quod sint omnia sua peccata, clare patet q̃ de sola confessione preceptа ex diuino iure ecclesiasticum statutum loquitur: est enim materia confessionis a christo precepte omnia penitentis peccata comprehendens: materia aũt confessionis venialium non comprehendit omnia penitentis peccata. ¶ Tertio patet idem ex pena subiuncta: scz q̃ viuus arceatur ab ingressu ecclesie, ꝛ mortuus christiana careat sepultura. Huiusmodi. n. pene non sunt a pia matre ecclesia perfectionibus viris (quales sunt viuentes sine peccato mortali) pro omissione confessiõis venialium, ad quam alij non tenentur, infligende: quinimo ex hoc sequeretur quod meliores essent deterioris conditionis. ¶ Quarto patet idem ex subiuncta causa frequentis publicationis dicti statuti: scilicet ne quisq; ignorantie cecitate velamen excusatiõis assumat. Hoc enim in huiusmodi cõfessione venialium locum habere non videtur. ¶ Et confirmantur hec omnia ex clemen. ne in agro dominico de sta. mona. vbi menstrua confessio nigris monachis imponitur, absq; explicatione materie. non. n. dicitur, quod confiteantur omnia sua peccata, vt ex hoc intelligatur astringi illos, etiam si mortali peccato careant ad confessionem semel in mense. vnde non supradicta sed pena regularis discipline subiungitur imponenda temerario violatori: sicut. n. religiosi ex suis statutis obligantur ad alia que absolute sunt bona superogationis, ita obligantur ad confessiones statutas. etiam si mortali careant peccato. In cuius signum puniuntur in religiosibus qui statutis diebus non confitẽtur, quantũcunq; nullũ habeat mortale.

**Ad obiectionem** Ergo primo dicitur, quod materia confessionis explicata per ly omnia sua peccata, restringit ly omnis vtriusq; sexus ad indigentes confessione. ac per hoc excipit omnes carentes mortali peccato: ita quod sensus est, omnis vtriusq; sexus indigens confessione ꝛc. ¶ Et ad primam confirmationẽ dicitur q̃ falsum assumit seu supponit: scilicet nullum excipi ab illa vll. omnis vtriusq; sexus ꝛc. imo ideo ecclesia apposuit ly omnia sua peccata, vt exciperet multos q̃s credit sine peccato mortali vitã ducere. ¶ Ad secundam autem confirmationem dicitur: quod quum duo predicata exigant duo subiecta. enunciatio illa qua omnis vtriusq; sexus confiteri ꝛ communicare precipitur. est enunciatio non vna, sed plures: licet secundum vocem sit vna. Unde sensus prime est, omnis vtriusq; sexus indigens confessione, omnia sua peccata confiteantur ꝛc. Sensus vero secunde est, omnis vtriusq; sexus cõmunicet in pascha ꝛc. Et ratio diuersitatis iam dicta est: quia ibi explicatur materia restringens ly omnis vtriusq; sexus respectu confessionis, et non restringens respectu communionis.

¶ An peccata mortalia totaliter occulta (vt sunt peccata in solo corde) sint necessario confitenda.
Questium secundum.

Circa Materiam confessionis queritur secũdo. an peccata mortalia totaliter occulta (vt sunt peccata in solo corde) sint necessario confitenda. ¶ Videtur enim quod non. Tum quia non sunt de necessitate ecclesiastici precepti: non potest enim ecclesia de huiusmodi occultis secundum se precipere aut iudicare. ¶ Et si dicatur, quod occultorum confessio cadit sub precepto ecclesie indirecte scilicet ratione integritatis: pro quanto is qui tenetur singulis annis, alia peccata confiteri, tenetur quoq; ex consequenti peccata cordis singulis annis confiteri, vt confessio omni anno sit integra. Hec instantia nihil valet: quoniam posito homine qui sola peccata cordis mortalia haberet aliquo anno, sequeretur quod illo anno non teneretur confiteri: quoniam tunc non haberet locum ratio integritatis. ¶ Tum quia huiusmodi occultorum confessio non est de necessitate sacramenti: quoniam sola illa peccata sunt de necessitate sacramenti, que sub iudicio homini commisso a christo comprehenduntur: sed nullum iudicium commissum homini a christo extendit se ad huiusmodi occulta: ergo occulta hec non sunt de necessitate confitenda. Minor: patet: quoniam iudicium foꝛ penitentialis homini commissus est a christo, ꝛ non angelis aut quibuscunq; aliis. Minor vero probatur autoritate apostoli: nolite ante tempus iudicare ꝛc. ¶ Si dicatur quod duplex iudicium commissum est homini a christo. Alterum secundum potestatem iurisdictionis: ꝛ hoc non se extendit ad huiusmodi occulta: ꝛ de hoc loquitur apostolus. Alterum secundum potestatem ordinis: ꝛ hoc extendit se ad occulta: ꝛ est iudicium quod exercet ecclesia p suos ministros in foro penitentiali. Contra dupliciter. Primo: quia iudicium penitentiale ly extendat potestatem ordinis, exigit quoq; potestatem iurisdictionis: quoniam solus sacerdos ordinariam vel delegatam iurisdictionem habens, est minister huius sacramẽti vt pz̃ ca. omnis vtriusq; sexus, ꝛ alibi. ¶ Secundo: quia vnumquodq; recipitur in alio secundum modum recipientis: ac per hoc iudicium secundum potestatem ordinis a christo commissum homini, ex hoc ipso quod homini commissum est, modificari oportet secundum conditionem ipsius hominis, que est non se extendere ad occulta cordium: hec enim soli deo sunt reseruata, non minus in iudicando q̃m in cognoscendo. ¶ Et cõfirmatur hec ratio ex hoc, quod quum apud ipsum dominum iesum christum resideat vtraq; potestas, scilicet ordinis et iurisdictionis, non diminute sed plenissime: ꝛ vtraq; inuenitur ecclesie sue commisisse non imperfecte sed latissime, vt de potestate iurisdictiõis patet mathei. xviij. ꝛ de potestate ordinis Jo. xx. sicut potestas iurisdictionis ex hoc ipso quod commissa est homini, non extendit se ad occulta omnino. ita potestas ordinis ex hoc ipso quod cõmissa est homini non debet se extendere ad totaliter occulta.

**Ad veritatem** Dubiũ huius plenius percipiẽdum, sciendum est, quod ly quidam ex huiusmodi forte rationibus aut melioribus moti opinari videantur peccata omnino occulta nõ esse necessario cõfitenda sacerdoti, soli deo: eorum tamen errorem extribus pz̃. ¶ Primo ex formali ratione materie confessionis, seu (quod in idem redit) iudicij penitentialis, quum enim dominus penitentiale iudicium instituerit ac commiserit post resurrectionem suam. dicens Jo. xx. apostolis iam sacerdotibus: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, ꝛ quorum retinueritis retẽta sunt ꝛ materiam iudicij explicauerit q̃ ad substantiam tantum, dum remittendo vel retinendo explicauit peccata: ꝛ non possit intelligi ita nude vt sonat litera (quoniam certum est quod per huiusmodi commissionem nõ possunt nec potuerũt ministri noui testamẽti remittere peccata eis totaliter incognita, inconfessa, obstinata) opz aliquas subintelligere eoꝝ differentiones peccatorum remittẽdoꝝ. ꝛ qr iudicium ꝓsupponit cognitionem. et modus iudicij modum cognitionis. Ideo communi catholice ecclesie sensu subintelligitur, spontanea confessione ad vos delata, ita q̃ sensus est: quorum remiseritis peccata spõtanea cõfessione reorum ad vos delata, ita q̃ sensus est: q̃m remiseritis peccata eis ꝛc. Ubi clanea confessione reorum ad vos delata, remittuntur eis ꝛc. Ubi clarius patet materiam iudicij penitentialis esse peccata spontanea reorum confessione delata: hec est enim formalis ratio materie huius iudicij: ad quam totam se extendit. ꝛ extra quam nõ se extendit penitentiale iudicium: quoniam hec omnia ꝛ sola remittendit et retinere potest. Ex hac autem formali ratione materie iure vel retinere potest. Ex hac autem formali ratione materie iuris iudicij, habetur facile quod peccata quantuncunq; occulta, sunt materia huius iudicij. nam quantuncunq; occulta peccata, comprehenduntur sub ijs que sunt spõtanea confessione detegẽda: nullum enim est ita latens, qđ non possit eius qui cõmisit confessione spontanea aperiri. ¶ Et cõfirmatur ratio hec ex parte formalis materie ex ipsis verbis dñi. Differenter siquidem significauit dñs materiam iudicij penitentialis seu potestatis ordinis, et materiam iudicij fm potestatem iurisdictionis: quoniã respectu potestatis ordinis explicauit pro materia peccata, dicens quorũ remiseritis peccata: respectu vero potestatis iurisdictionis explicauit pro materia peccatum in alium, dicens si peccauerit in te frater tuus ꝛc. Ex qua differentia docuit nos diuina sapientia, a materia iudicij penitentialis nullum peccatum excipi: ac per hoc comprehendi precipue peccatum in sua primaria sede residens, hoc est peccatum cordis: sub materia vero potestatis iurisdictionis non comprehendi peccatum omne, sed exterius tãtum, quod solum potest alium offendere: ꝛ propterea ab illa excipi peccatum cordis, nisi pro quanto esset ratio exterioris commissionis vel emissionis. ¶ Secundo ex ratione propria finis ipsius confessionis, ex quo fine sumitur formalis ratio eiusdem confessionis quatenus est actus penitentie: ordinatur enim confessio ad subijciendum voluntarie reum ministro dei offensi: vt ad arbitrium ipsius penitentie dũ reus veraciter proponendo in quo offendit, seipsum accusat ac subijcit ad recompensandum non de quibusdam sic ꝛ de quibusdam non: sed omnes accusando offensas, vt de omnibus arbitrari possit minister offensi. Hoc autem constat, q̃ non fieret si omnino occulta peccata cordis non accusarentur: vt igitur de peccatis cordis possit ad arbitrium offensi recompensare, oportet peccatorem offensas cordis subijcere ipsius dei offensi iudicio in persona sui ministri. ¶ Tertio ex vsu ecclesie. Nam cõmunis animi conceptio christianorum est, peccata omnia siue occulta siue manifesta oportere in sacramento penitentie confiteri. Et ad hoc est determinatio generalis concilij primo lateranẽsis sub innocentio. 3. Ubi dicitur, q̃ omnis vtriusq; sexus confiteatur peccata sua omnia, nullum ergo excipit peccatum. Et deinde in concilio Trosen. sub eugen. 4. Ubi dicitur, omnia sua peccata quorum memoriam habet, confiteatur. Ubi patet etiam peccatum cordis non excipi.

**Ad primã** Autem obiectionez in oppositum dicitur: q̃ ecclesia potest precipere ꝛ precipit: singulis annis confiteri omnia sua peccata mortalia, etiam si solum peccatum cordis occultissimum haberet: non quipsa habeat iudicare de occultis, sed quia ipsius est determinare precepta christi ad certum tempus. Hoc enim fit, vt precipiente christo cõfessionem cuiuscunq; mortalis peccati post baptismum, siue peccatum sit solum in corde siue ad extra prodierit, ecclesia determinãs tempus confessionis ad singulos annos, obligat ad confitẽdum singulos annis omnem qui pro tunc habet aliquod peccatum mortale, siue occultum siue non. Nam determinatio ecclesie non minuit aut restringit materiam confessionis precepte a christo: sed tempus tãtum confessionis determinat, relinquens materiam in suis limitibus. ¶ Ad secundam vero dicitur, q̃ responsio ibi data vera est. Et ad primam illius impugnationem dicitur, q̃ concursus potestatis ordinis ꝛ potestatis iurisdictionis non tollit aliquid a potestate ordinis, et ideo cum hoc q̃ potestas ordinis extendit se ad occulta cordium peccata, stat q̃ cum ea concurrat potestas iurisdictionis que fm se ad huiusmodi occulta nõ se extendit. Et sic per spicacius fueris intuitus, videbis q̃ quo ad forum penitentialem potestas ordinis concurrit, directe respiciens ipsa peccata: potestas autem iurisdictionis concurrit directe respiciens personam peccatoris: vt scilicet peccatoꝛ sit subditus sacerdoti, vt habeat potestas ordinis in quem exerceat actum suum remissionis vel retentionis peccatorum. ¶ Ad secundam vero dicitur, q̃ quia omne iudicium homini commissum intelligitur de cognitis, ꝛ diuersus est institutus a deo modus cognoscendi in vtroq; iudicio, ideo ex huiusmodi instituta diuersitate modi cognoscendi, prouenit diuersitas ista: scilicet q̃ iudicium penitentiale extendit se ad omnia occulta peccata, iudicium vero iurisdictionis pure, extẽdit se ad externa tñ. ideo non est miranda disparitas vtriusq; potestatis in homine. Nec enim iudicij omne cõmissum homini a christo intelligat cum cognitione cause, probatione non eget: quum non sit delegatũ purum ministeriũ, sed commissa sit autoritas iudicandi, remittendo vel retinendo, absoluendo vel ligando. Nec etiam diuersus modus cognoscendi sit vtrobiq; a christo institutus patet: nam modus cognoscendi in potestate iurisdictionis est cognitio per testes: vt patet matth. 18. modus autem cognoscendi in iudicio potestatis ordinis est spontanea confessio secreta ꝛc. vt vniuersalis ecclesia testat. Nec demũ ex hac diuersitate modi cognoscendi, prouenit differentia dicta inter materiam ꝛ materiam, ex supradictis clare patet: qm̃ ex hoc q̃ peccatuꝝ spontanea rei confessione accusandum, est materia iudicij penitentialis. conclusum est sub hac materia comprehendi peccatum cordis quamtuscunq; occultissimũ. ꝛ per oppositum q̃ solum peccatum restificabile est materia iudicij exterioris. ideo peccata in solo corde manentia exẽpta remanẽt a materia ecclesie iurisdictionis. ¶ Quum ergo obijcit, vnũquodq; recipi in alio p̃ modum recipientis, admittat. Et quum inferꝛ, ergo iudicũ fm potestatẽ ordinis cõmissum homini, modificat fm conditionẽ hois. concedit formaliter loquẽdo: q̃m nullũ actũ cõmisit christus ministro sacramenti penitentie q̃ non exerceat ab eodem fm conditionẽ hois: nam ꝛ audire peccata, ꝛ discernere inter ea, ꝛ interrogare circumstantias peccati ꝛ peccatoris, ꝛ retinere seu remittere, facit humano more, vtẽdo diuina potestate. Et ideo quum vlterius infertur, ergo non se extendit ad occulta, negatur illatio: q̃m aliũde prouenit q̃ iudicũ hoc se extẽdat ad occulta, prouenit enim ex modo accusandi quo reus tenetur se accusare, scilicet spontanea confessione ꝛc. et hoc quia christus sic instituit. Cognoscere aũt ꝛ iudicare de occultissimis spontanea confessione accusatis, non excedit modum conditionis humane, virtutis potestate diuina. ¶ Unde ad confirmationem ex simili ratione in potestate iurisdictionis, dupliciter dici potest (vt patet ex dictis) q̃ non est similis ratio de vtriusq; potestatis iudicio. Primo: quia modus cognoscendi in vtroq; iudicio est ex diuina institutione diuersus. Secundo: quia ipse dominus expressit diuersimode vtriusq; materiam, dum vnius materiaz dixit peccata absq; limitatione aliqua: alterius vero dixit peccatum in alium, limitando peccatum ad peccatum in alium.

¶ An oporteat confiteri in speciali singulas species ꝛ numerum certum peccatorum.
Questium. iij.

Circa Materiam rursus confessionis queritur tertio vtrum oporteat confiteri in speciali singulas species et numerum certum peccatorum. ¶ Et est ratio dubij: quoniam pars affirmatiua communi autoritate doctorum firmata videtur. ¶ Et ratione comprobatur. Tum quia circumstantia varians speciẽ peccati mortalis, est necessario confitenda: ergo a fortiori quelibet species mortalis peccati est exprimenda. Et similiter numerus peccatorum quum non sit circumstãtia peccati, sed multiplicatio eiusdem, necessario est exprimendus prout memorie occurrit: quum non magis teneatur penitens accusare se de decimo q̃m de .xx. peccato vel econuerso. ¶ Et confirmatur, quia si non omnes species ꝛ omnia singularia oportet exprimere, consequens est q̃ aut nulla species nulla q̃ singularia, aut qualdam species ꝛ quedam singularia sic ꝛ qualdam ac quedam non necesse est explicare: et quum non possit affirmari primum, oportet reddere rationem quare q̃dam sic ꝛ quedam non. ¶ Tum quia penitens tenetur explicare omnia que oportet cognosci a confessore ad hoc vt possit suo arbitrio adequare penam culpe: quoniam confitendo nihil aliud facit penitens q̃m q̃ submittit se sacerdoti in persona christi ad recompensandum secundum illius arbitrium. sed confessor non posset arbitrari de equalitate recompensationis, nisi cognosceret diuersitatem offensarum que in diuersitate specifica consistit, ꝛ numerum peccatorum: quoniam recompensa adequans centum offensas, non adequat mille: ꝛ sic de aliis. ergo.

**Pro parte** Autem negatiua videtur esse vsus malorum non curantium de huiusmodi subtili discussione. ¶ Et confirmatur ratione: quia huiusmodi discussio est molesta, inutilis atq; melioris boni impeditiua. Et molesta quidem satis patet expertis. Quod vero sit inutilis, ex eo patet quod ram cum huiusmodi discussione q̃m sine ea penitentibus prouidentur eodem modo. Quod autem sit impeditiua maioris boni, testatur experientia: quoniam et confessores circa huiusmodi discussionem solicti impediuntur a multorum confitentium audientia, dum forte totum tempus consumunt circa vnum: et penitentes minus deuote confitentur, implicati huiusmodi discussionibus.

**Ad huius** Questionis euidentiam sciendum est, duplex esse iudicium, quoddã est cuius actus est propter seipsum intentus: quoddam vero cuius actus est propter aliud. Ad primum iudicium quia spectat facere iustum absolute, pertinet quoq; cognoscere singula peccata: vt singula possit adequare puniendo. Ad alterum vero iudicium: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Ad euidentiam huius sciendum est, q̄ licet multa doctorum verba sonare videantur solam ordinis potestatem quandoq̄ sufficere ad hoc sacramentum: ſm tamen rei veritatem nunq̄ sufficit: sed semper exigitur vltra potestatem ordinis, authoritas iurisdictionis aliquo modo. Et hoc quidem non solum per ecclesiam determinatum est, sed ex ipsa sacramenti natura habetur: legimus enim in conci. Florent. sub Eugenio quarto: q̄ minister huius sacramenti est sacerdos habens authoritatem ordinariam vel delegatam. Ex quo patet, q̄ sacerdos sola ordinis potestate fultus non est minister huius sacramēti. Et quum in proposito non habeat locum distinctio illa de ministro ex officio vel in articulo necessitatis, sicut in baptismo, oportet dicere q̄ si sacerdos sola ordinis potestate absoluat, sacramēntum nullum est: quia deficit minister. ℣ Est quoq̄ sacramentum hoc ex sua natura iudiciale: quoniam forma eius cōsistit in actu iudicis vt sic: actus autem iudicialis etiā si fingendi detur licentia, nō potest intelligi exercerī nisi in subditū: igitur nō ex ecclesie constitutione, sed ex ipsius sacramenti iudicialis natura exigit potestas iurisdictionis in hoc sacramento. Dupliciter autem contingit haberi potestatē iurisdictionis, primo ex parte principis iudicādi, ita q̄ potestas ipsa iurisdictiōis sit ꝓpiciū iudicij: sicut in naturalib⁹ calor est principiū calefaciēdi, ⁊ in politicis potestas principis est principiū puniendi, ⁊ in ecclesiasticis potestas pontificia est principium excommunicandi, ⁊ huiusmodi. Alio modo inuenitur iurisdictio ex parte eius qui iudicandus est: sicut contingit in iudicio arbitrorum, a partibus tantū potestatem habentium, ex hoc ipso q̄ illis se submittunt in illa causa. In ministro vero sacramenti penitentie quū ordinaria vel delegata a superiori potestate est minister, licet mueniatur potestas iurisdictionis primo modo: ad ministrandum tamē sacramentū penitētie, sufficit potestas iurisdictiōis secō modo. Et rō est: q̄ sacralis absolutiōis principiū non est ꝑtās iurisdictionis, sed ꝑtās ordinis: ꝑtās aūt iurisdictionis cōcurrit quo ad hoc solum q̄ facit de peccatore subditum: vel simpliciter vel quo ad talia peccata. Et hinc fit, vt quicumq̄s potest se subijcere in foro penitentiali cui vult, non egeat aliunde iurisdictione in ministrante sibi hoc sacramentum.

**Et per** Hoc patet respōsio ad primū: ex hoc enī q̄ summꝰ pontifex nulli in terris subditus est, potest seipsum subdere in foro penitentiali cuilibet sacerdoti, nec confessor ille habet propīe loquendo potestatem iurisdictionis super papa penitente, a christo vel ecclesia vel ab ipso papa tāq̄ a superiore: sed ex hoc ipso q̄ papa se subdit illi. Et hic modus iurisdictionis reductiue spectat ad iurisdictionem delegatam: quamuis propīe non sit delegata. ¶ Ad scōm dicit, q̄ q̄ quo ad pēnā venialia q̄libet est liber respectu sacramēti penitentie (eo q̄ nullus teneꝰ cōfiteri venialia, ideo satis rationabile est, q̄ q̄libet potest se subdere cuiuslibet sacerdoti pro sacramento penitentie venialiū. Et sic inuenitur hic nō sola potestas ordinis, sed potestas iurisdictionis reducitue: que quia nō est propīe delegata, tacita videt a dicentibus q̄ sola potestas ordinis ministrat sacramentū venialibus: quum tamen ſm veritatem si nullo modo iurisdictio interueniret, nullū esset peccatum: vt dictum est. ℣ Caue tamen ne huiusmodi iurisdictionem extendas ad absolutionem ab excōmunicatione minori, etiā q̄ peccatum veniale incōgruam q̄: excōmunicatio minor vinculū est introductū a potestate iurisdictionis, q̄ est principium iudicij, impossibile est q̄ sine huiusmodi potestate iurisdictionis, que est principium actuum iudicialium, absoluat quis ab excommunicatione minori. Unde q̄uis habens venialia tantum, possit a quocumq̄ sacerdote penitentie sacramentum suscipere ex hoc ipso q̄ se subdit illi: non potest tamen a quocumq̄ sacerdote absolui ab excōmunicatione minori: sed si illam habet, oportet primo a proprio sacerdote ab illa absolui. ¶ Ad tertium dicitur, q̄ illud dictū potest dupliciter intelligi: vel vt omnes sacerdotes a principio ex hoc ipso q̄ erant sacerdotes poterant omnes absoluere: vel q̄ omnes sacerdotes instituebant nō solū sacerdotes communes sed iudices cōmunes in foro penitentiali. Primus sensus est falsus: quia de necessitate sacramenti iudicialis est iurisdictio. Secūdus sensus est verꝰ, supposita veritate dicti, q̄n ante distinctiones parochiarū ⁊c. sacerdotes vtrāq̄ ꝑtē accipiebāt, ita q̄ tūc erāt ⁊ sacerdotes cōes ⁊ iudices cōmunes: postea aūt ordinantur quidā sacerdotes cōes, fiūt aūt iudices ꝓpij assignando eis plebes ꝓpias. Et multi relinquunt sacerdotes cōes q̄ nūq̄ fiūt iudices nec cōes nec ꝓpij: vt ꝑz de his qui nō sunt expositi ad audiendā cōfessionum, nec aliquis se subdit eis quo ad venialia ⁊c.

¶ De Indulgentijs.

Circa Indulgentias post tractatum quēdam alias editum, ⁊ plures questiones in secundo quol. positas, iam tertio scribendum occurrit tripertita consideratione. Primo de thesauro. Secundo de causa. Tertio de suscipientibus.

¶ Circa thesaurum occurrunt quatuor querenda: primum an aliquis thesaurus sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum. Secundo ex quibus constat dictus thesaurus? Tertio q̄rū sint vt fuerint reposita ꝺicto thesauro. Quarto an dictus thesaurus subsit dispēsationi summi pōtificis.

¶ An thesaurus aliquis sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum. Quesitum I.

Circa Primum (an thesaurus aliquis sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum) sciendum est, q̄ ex duplici capite dubitatio hec oritur. Uel ex eo q̄ creditur papam posse facere effectū indulgentie authoritate, sicut potest absoluere ab excommunicatione: sic q̄ ita potest absoluere a debito penarum temporalium quas penitentes pro suis debent peccatis, sicut potest absoluere a vinculo suspensionis, interdicti ⁊ huiusmodi. Uel ex eo q̄ creditur effectum indulgentiarum non esse aliud q̄ solutionem ecclesiastici vinculi, quo penitens alligatus est ad iniunctas penitētias. ℣ Ex vtraq̄ siquidem opinione sequitur nullo opus esse thesauro, ꝺ efficaciam indulgentiarum: vt manifeste patet. ¶ Prima autem opinio est francisci maironis in. iij. distinc. xix. Et fundatur super verbo christi: quodcumq̄ solueris super terram ⁊c. Hinc enim vult papam veluti principem christiane reipub. constitutum: ⁊ postea ex regulari potestate principum qua quilibet princeps habens plenariam potestatem potest remittere debita peccatoribus in sua politia, infert papam posse remittere debita penarum temporalium quas penitentes tenēntur in hac vita vel in purgatorio exoluere. ℣ Firmaturq̄ hoc, inducendo q̄ sacerdos absoluendo transfert penam eternam in temporalē: ac per hoc de foro inferni in forum temporalem ⁊c. ℣ Sed hic dicendi modus tripliciter errat. Primo in hoc q̄ non distinguit inter forum penitentialem ⁊ forum exterius iurisdictionis ecclesiastice: papa enim licet sit quasi princeps in foro ecclesiastice iurisdictionis exterioris (cuius signum est q̄ est solutus penitentiali cancellario penis et legibus vt princeps) in foro tamen penitentie est subditus: vnde et potest et solui et ligari a sacerdote in foro penitentiali: et potest et debet sibi negari absolutio sicut et reliquis siche accedentibus ad sacramentum penitentie. Pena autem temporalis pro peccatis actualibus post contritionem et confessionē debita nō spectat ad extrinsecū forū, sed ad forū penitētiale. ¶ Quod etiam ex eo patet, q̄ est euā. in rōnis cum suis aliis par-



tibus q̄ remisse sunt ex virtute clauium vel per satisfactionem penitentialem, vnde quo ad hoc non habet papa a christo potestatem tanq̄ princeps, sed tanq̄ minister. ℣ Secundo errat in hoc q̄ non discernit inter causas debitorum: nam si princeps non posset remittere causam debiti, nec ipsum debitum remittere posset. Unde quū papa nō possit remittere causam debiti (q̄n causa debiti est peccatū: papa aūt non potest remittā veniale remittere pcnā) nō igitur ad potestatem principatus eius spectat remittere penā ex peccato debitā. ℣ Tertio errat, nō discernens modū potentie: aliud est enī papā posse remittere huiusmodi penas, aliud est papam posse: tali modo remittere huiusmodi penas. Dato enī q̄ papa possit sicut rei veritas est q̄ potest ex illo christi verbo, quodcumq̄ solueris ⁊c. non tamen sequitur, potest hoc tali modo, puta solo iussu: stat enim q̄ potest hoc alio modo, puta per ecclesiastici thesauri dispensationem. Et hoc patet in similibus: nam sicut christus dixit petro, quodcumq̄ solueris ⁊c. ita dixit discipulis, quorum remiseritis peccata ⁊c. ⁊ sicut nō valet: discipuli seu sacerdotes possunt q̄ possunt alio modo, ſ. ministrando sacramentum penitentie) ita non valet: papa potest q̄cumq̄ soluere sup terram: ergo solo iussu seu autoritate hoc potest, stat enī q̄ hoc possit diuersimode, quo ad exteriora quidem solo iussu: quo ad intima vero peccata, ſ. ⁊ eorum penas, apud deum mediante sacramento quo ad peccata, mediante vero dispensatione thesauri quo ad dictas penas. Hec sacerdos aliter q̄n per sacramentum transfert penam eternam in temporalem. ¶ Secunda autem opinio verborum sonus habens pro se (pro q̄to indulgentie sonant pro iniunctis penitentijs) fundatur super hoc, q̄ pena debita a penitente apud diuinam iustitiam est reseruata superiori tribunali scilicet ipsius diuine iustitie: ac per hoc non potest ab inferiori (qualis est papa) remitti, nisi papa posset supra ius diuinum: quod constat esse falsum. ℣ Et hec opinio tripliciter errat. Primo diminutissime exponendo remissionem iniunctarum penitentiarum, dum exponit pro remissione solius vinculi: quum etiam ipsa verba sonent remissionem ipsarum iniunctarum penitentiarum, ⁊ non solius vinculi iniunctionis: non enim dicitur q̄ relaxamus iniunctionem, sed q̄ relaxamus iniunctas penitentias. ℣ Secundo q̄ impietatem tribuit ecclesie, nam si indulgentia liberaret a sola iniunctione penitentie, imple ageret ecclesia dando indulgentias: quoniam absoluēdo a vinculo iniunctionis, transmitteret penitentes ad penas purgatorij, a quibus liberati fuissent exequendo iniunctas penitentias. Unde magna impietas esset, dicere se facere gratiam dando indulgentiam. ℣ Tertio errat in hoc, quod non discernit inter posse remittere ministerialiter, et posse remittere autoritative. Licet enim deo debita solus deus autoritative remittere possit: homo tamen minister dei, diuina autoritate sibi concessa potest deo debita remittere ministerialiter, nec solum debita penarum, sed etiam debita culparum: vt patet in sacramento penitentie. Nec hoc est posse supra ius diuinum: sed est in ministerialiter fungi autoritate diuina.

**His igitur** Exclusis opinionibus quia ex fine necessitas medij sumitur, finis autem et effectus in huiusmodi coincidunt (sanitas enim est finis et effectus medicine) ideo stabiliendus est effectus indulgentiarum ex his que certa sunt. Et quoniam certum est, omni hoc attestante ecclesia, indulgentias succedere loco iniunctarum penitentiarum: consequens est q̄ idem est effectus indulgentie qui erat finis seu effectus iniuncte satisfactionis penitentialis. Constat autem q̄ per iniunctam satisfactionem penitentialem digne exequtam soluitur pena temporalis pro actuali peccato debita apud diuinam iustitiam (hoc enim vniuersalis credit ecclesia) igitur per indulgentiam loco satisfactionis succedentem si veraciter ac digna acquisita fuerit, soluetur quoq̄ tantum de pena temporali pro actuali peccato debita apud diuinam iustitiam, q̄tum apud eandem equualet indulgentia acquisita. Et hec ratio non eget amplioni confirmatione, quum tam determinatum sit per ecclesiam Romanā ad quod communis doctorum opinio sentiebat: scilicet effectum indulgentiarum esse remissionē pene temporalis pro peccato actuali debite apud diuinam iustitiam: sed hinc sumenda est necessitas quesiti thesauri. ℣ Unde considerandum est, q̄ remissio peccatorum vt tota clamat scriptura, effectus est passionis christi q̄ cuicumq̄ remittitur peccatum siue quo ad culpam siue quo ad penam, ex virtute passionis christi remittitur. Creditum autem in huiusmodi remissione sicut ⁊ in vniuersis vie dominus non solum misericordiam sed etiam iustitiam inuenit: misericordiam quidem in hoc q̄ miseriam peccatoris computat christus quasi suam: iustitiam vero in hoc q̄ meritum ac passio christi communicatur peccatori quasi peccatori ipse pateretur: vt sic peccator debitū deo soluat de suo, non per seipsum sed p christi cōmunionē acquisito: vt patet in baptismo: in quo propterea fit plenaria peccatorum remissio, quia plenissime commoritur ⁊ consepelitur christo baptizatus. Ex quibus formatur talis ratio. Ad remissionem peccatorū siue quo ad culpā siue quo ad penam per sacramēta habēdā, exigit thesaurus aliquis, puta meritorū passionis christi remanentiū in diuina acceptatione: ergo a fortiori ad remissionē peccatorū quo ad penam tantū p indulgentiam, exigitur aliqs similis thesaurus. Antecedēs patet discurrendo per sacramenta, ⁊ ecclesie doctrinā quam diximus. Consequentia vero ex se est satis euidens: q̄n omnis ratio exposcit q̄ diuina prouidentia si subijciendus se sacramentis, ordinauit non remitti penam peccatorum nisi computando penam christi pro his quibus remittitur, multo magis ordinauit nō remitti penas peccatorum per indulgētias nisi cōputando alienas penas ꝓ acquirendibus indulgētias: quandoquidem submittere se indulgentijs, multo minus est q̄n submittere se sacramentis. Est igitur ad efficaciam indulgentiarum thesaurus aliquis necessarius, non minus q̄n ad efficaciam sacramentorum.

¶ Ex quibus constet thesaurus vñ fiunt indulgētie. Quesitū. ij.

Circa Secundum quesitum (ex quibus constet thesaurus vnde fiunt indulgētie) ratio dubitandi est: quoniam interdum merita, interdum passiones interdum satisfactiones dicuntur esse ea que sunt in hoc thesauro reposita. Ueritas autē (vt patebit) formaliter explicatur per satisfactiones superfluas.

**Ad cuius** Euidentiaꝫ non aliunde q̄n ex fundamento ꝓpositi procedendum est, ex hoc ſ. quod indulgentie succedunt loco penitētialiū satisfactionū. hoc n. dictum opꝫ cum grano salis sumere. In penitentiali siquidem satisfactione digne exequta (puta ieiunio) considerandum est quadruplex officium. hꝫ n. huiusmodi opus quatuor officia. ſ. bonificandi, medēdi, merendi, ⁊ satisfaciendi. Nam ex eo quod est opus bonum, bonificat opantē, ⁊ disponit illum ad alia bona opera. ex eo vero quod est tale opus (puta ieiunium) medicinam prebet contra carnis concupiscentiam, sicut elemosyna contra auaritiaꝫ ⁊c. ex eo aūt quod a charitate procedit, meritorium est vite eterne, ⁊ ex eo demum quod penale est satisfactorium est pro pena temporali pro peccato debita, soluitur. n. pena absq̄ omni contradictione per opus penale vt sic. Indulgentia autem non succedit loco satisfactionis penitentialis nisi quo ad vitiosum officium, quod est satisfacere nam ex vi indulgentie non fit homo bonus, nec medicatur nec meretur, sed solummodo soluit penam quam per penitentiam solusset. Et propterea doctores consulunt assequentibus indulgētias, adimplere nihilominus suas penitentias: ⁊ meritum longe melius esse predicant quam indulgentiam. Nec propter hoc tamen vilipendēde sunt indulgētie: quoniam salutares sunt rollēdo penam que impediret ingressum celestis patrie. Horanter autem dixi ex vi indulgentie: quoniam si indulgentie mixtum contelligatur opus sanctū quo acquiritur indulgētia, puta elemosyna aut aliquid huiusmodi, sic mixta intellecta indulgentia melior esse potest q̄s satisfactio penitentialis. Nam nullum officiorū inuentorū in satisfactione penitētiali sibi deficit: est. n. digne data elemosyna pro acq̄renda indulgentia, reddens bonum ⁊ disponens ad bona opera dantem illā, ⁊ prebet medicinam contra cupiditatem pecunie, ⁊ est meritoria vite eterne, ⁊ est satisfactoria ex ꝓpria penitentia: ⁊ vltra hec superuenit sibi solutio pene seu satisfactio per indulgentiam. Ex hoc igitur quod indulgentia pura succedit satisfactioni penitentiali solummodo quo ad vim satisfactiuam, manifeste sequitur quod thesaurus indulgentiarum, thesaurus est satisfactionum, que quia per opera penalia ⁊ meritoria fiunt, ideo idem dicitur thesaurus passionum ⁊ meritorum quatenus satisfactoria sunt. Rationabile autem vltra dicta in precedenti articulo monstratur esse, debere esse thesaurum hunc thesaurum satisfactionū seu meritorū quatenus satisfactoria, ex eo quod vnus ꝓ alio ⁊ in ꝑalibus ⁊ in spūalibus satisfacere pōt nō medicatur aūt nec fit bonus nec meret vnus ꝓ alio, sunt igitur ea que sūt reposita in hoc thesauro satisfactiōes. ℣ Quod aūt nō q̄libꝫ satisfactiones sed sole supflue in eodem recondite sint, ex eo patet, quod satisfactiones ille q̄bꝫ satisfaciētes idiguerūt, ꝑ se ipsis: iam cesserunt in solutionē penaꝫ debitaꝫ ꝑ ꝓpijs peccatis: ⁊ ꝓpea nō pōt ꝓ

Universidad de Deusto
Biblioteca



alijs soluere. Et simile est iudicium de satisfactionibus que pro quibusdam determinate oblate sunt: sunt enim et ipse sortite finum effectum. Quia igitur oportet satisfactiones in thesauro repositas pro alienis penis soluendis offerri posse, oportet huiusmodi satisfactiones esse superfluas, ita q nec pro his qui illas egerunt nec pro alijs hactenus satisfecerint: hoc enim est merita seu opera esse superflua quo ad officium satisfaciendi.

**Obiectiones** Autem que ingerere videntur plus requiri ad recondita in hoc thesauro, puta q non solum sint satisfactiones superflue, sed etiam non plene remunerate, in sequenti articulo monstrabuntur vane. Et ideo cõcludendum est, thesaurum indulgentiarum esse thesaurum superfluarum satisfactionum seu meritorum quatenus superfluunt quo ad officium satisfaciendi pro pena actualibus peccatis debita.

¶ Quorum sint satisfactiones ex quibus constat thesaurus vnde fiunt indulgentie. Questium iij.

**Circa** Tertium de thesauro quesitum (scilicet quorum sint huiusmodi superflue satisfactiones) dubitandi ratio est: quia dicitur q sunt christi ⁊ sanctorum: multis tamen doctoribus aduersantibus. Dum quidam nec in christo nec in sanctis superfluas concedunt satisfactiones: quidam autem etsi in christo concedunt, de sanctis tamen dubitant. ℣ Franciscus igitur matronis in quarto distin. xix. negans omni ex parte hunc thesaurum, dicit nulla esse christi superflua merita: quoniam omnia sunt plene sibi remunerata: iuxta illud: exinanuit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, propter quod ⁊ deus exaltauit illum, et dedit ei nomen ⁊c. ¶ Durandus vero in quarto: distinct. xx. christi quidem superflua merita in thesauro hoc affirmat: de sanctorum vero superfluis meritis dubitat duplici ratione. ℣ Prima cõmuni sibi et francisco: quia merita sanctorum sunt plenissime remunerata, imo vltra condignum: quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. ℣ Secundo: quia ad hoc q satisfactio vnius valeat pro alio, exigitur intentio, dirigens et applicans satisfactionem illam ad alium: de nullo autem sanctorum autentice constat q habuerit intentionem satisfaciendi pro nobis: non igitur sanctorum sunt merita satisfactoria, ex quorum thesauro fiunt indulgentie. ¶ Sed horum opinio tam in rationibus q̃ in conclusione, falsa ⁊ irrationabilis inuenitur. ℣ Et a christo inchoando, falsissimum est christi merita esse remunerata: quum christꝰ meruerit nobis et continue remuneretur in membris suis: vt patet in baptizatis, qui non propijs sed christi merito ad celestem perueniunt patriam. Ad ratione quoq; hoc alienum est: quoniam christus est caput mystici corporis quod est ecclesia, ac per hoc gratia eius est gratia capitalis: et proinde meritum eius ita se habet ad membra eius sicut meritum primati hominis se habet ad corpus suum: et propterea sicut quilibet homo meretur non solum anime sed etiam corpori suo: ita christus non solum sibi sed alijs meruit. Imo magis quid meruit nobis q̃ sibi: quia nobis meruit beatitudinem, quam sibipsi non meruit: sed sine merito a principio conceptionis sue habuit. ℣ Authoritas autem apostoli non dicit merita christi fuisse plene remunerata in seipso: sed duo illius premia narrat scilicet exaltationem ipsius, ⁊ excellentiam sui nominis, meruit enim preter hec multa alia christꝰ: vt patet ex supradictis a diuo Tho. ℣ De sanctorum autem remuneratione duo dicenda sunt. Primum non curando de proprietate vocabuli, sed cõmunicando in vocabulis cũ arguẽtibus: deinde, ppie loquẽdo de remuneratiõe. Loquẽdo siquidẽ de remuneratione cõmuniter, siue sit ppie remuneratio siue nõ: distinguendũ est q̃ merita sctõrũ quo ad aliq̃d sunt totaliter remunerabilia in ipsis sanctis, quo ad aliq̃d vero nõ sunt totaliter remunerabilia in ipsis sanctis: ⁊ quo ad hoc supfluũt ipsis sanctis, ⁊ ponũt in thesauro remanentia in diuina acceptatione: remunerãda in alijs. Merita siquidẽ sanctorũ licet ꝑm reliqua officia sua possint remunerari in ipsis sanctis: ꝑm tamen hoc officium quod est satisfacere pro pena temporali peccatis actualibus debita, remunerari nõ possunt in ipso sancto si non est debitor alicuius tẽporalis pene, p̃ suo peccato actualiter hoc eñ̃ ipso q̃ scrũs ponit non debitor talis pene, necessario sequitur q̃ nõ sit capax talis remuneratiõis: scz q̃ satisfactio sua valeat sibi ad solonem pene, p̃ se. Si supponamus ergo (quod postea ꝓbabitur) scrõs pi⁹ satisfecisse q̃ pro propijs potuerant debitores, opz cõsequẽter dicere q̃ satisfactiones sue in q̃tũ excedunt sua debita nõ sunt remunerate in ipsis sanctis: quia ipsi nõ indigebãt solutione penarũ: que est seu dicit remuneratio satisfactionis, abusiue (vt dictum est) de remuneratione loquẽdo. ℣ Ad ꝓpũe loquendum est de remuneratione, dicendum est q̃ merita sanctorum omnia sunt plenissime remunerata sibi: ita q̃ etiã ipse eis superflue satisfactiones sunt plenissime remunerate vel remunerande in ipsis sanctis: quoniam quicquid inde meruerunt, totum eorum erit, siue sit premium essentiale siue accidẽtale. Sed plenissima remuneratio non minuit vim satisfactiuam pro alijs: quoniam soluere pro se vel Ao. non est meritum aut merces aut remuneratio quecumq; : actus enim satisfaciendi qui a sancto processit, pro q̃to fuit mereri, remuneratus est vita eterna ⁊c. Et rursus pro q̃to fuit tale opus penale sibi, remuneratus est gaudio accidentali: gaudebit enim de hoc q̃ plus passus est q̃ peccata sua demeruerint: vnde ⁊ aureola datur quibusdam generaliter operum ex ipsa exequutiõe. Sed propter huiusmodi ⁊ quatcumq; alias remunerationes nõ perdit actus ille officium suũ: quod est soluere pro pena temporali actualis peccati propri vel alieni: imo quum contingat superfluam satisfactionem laurenti soluere pro pena debita Johanni penitenti, gaudium quoddam accidentale Laurentius in celo habebit de hoc q̃ satisfactio sua soluit pro Johanne. Interuenit igitur in huiusmodi ratione superplena remuneratione meritorum fundata, error in hoc, q̃ satisfacere seu soluere penam temporalem pro actuali peccato debitam: inter remunerationes seu remunerabilia computatur: quum longe sit a genere tam meriti q̃ mercedis: vt etiam attestantur doctores, tenentes huiusmodi residuas penas si contingat inueniri in damnatis posse solui in inferno: vbi constat non inueniri meritum aut mercedem. Attestatur etiam ⁊ communis doctrina, tenens in purgatorio solui huiusmodi penas: et tamen in huiusmodi solutione non mereri neq; remunerari. ℣ Quia ergo plenissima remuneratio quãtumcumq; vltra condignum, non tollit a meritis sanctorum superfluens officium satisfaciendi pro pena tẽporali actualium peccatorũ: si constat sanctorũ merita plus esse satisfactoria q̃ ipsi essent debitores, nihil obstabit ratio de plena remuneratione. Vt autem sancti plus satisfecerint q̃ demeruerint, testatur Job. vj. cap. dicens: Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, ⁊ calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hec grauior appareret. Vbi clare liquet Job plus passum fuisse q̃ pro peccatis suis debuerit patiri: superabundantia autem passionum cõstitit supabũdantia satisfactionum: vt patet ex antedictis. Simile aũt esse de multis alijs iudicium nemo dubitat. ℣ De intentione vero sanctorum, q̃ scilicet fuerit pati pro nobis, testatur apostolus ad Coloss. j. dicens, adimpleo ea que sunt passionum christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia. Vbi manifeste patet, diuinam prouidentiam disposuisse passiones aliquas in carne sanctorum, spectare ad complementum passionum christi pro corpore eius quod est ecclesia: ⁊ hanc diuinam ordinationem sanctos adimplere suis passionibus superabundantibus.

**Ex quibus** Omnibus patet argumenta supradictorum doctorum falsa esse. De conclusione autem non est amplius dubitandum: quoniam tam per Romã, ecclesiã determinatum est indulgentias fieri ex thesauro superabundantium meritorum seu passionum christi et sanctorum. Que etiam conclusio quo ad superabundantiam passionum christi pro nobis fundamentum habet in scriptura prime Johan. ij. ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed totius mundi. Ex qua authoritate patet passionem christi sufficienter satisfacere pro toto mundo: ac per hoc quum exequuntur pro paucis tantum satisfaciat, infinitum thesaurum satisfactionum christi superesse in sacramentis: quibus eadem christi passio satisfacit. ℣ De sanctorum autem superabundantibus meritis quo ad officium satisfaciendi pro nobis fundamentum est in scriptura in locis allegatis ex Job et apostolo. Vnde apparet, si quis quereret q̃ rationabiliter ecclesia Roma determinauerit, ⁊ si quereratur ad quid vtilis erit tanta superabundantia satisfactionum christi et sanctorum, q̃tra ꝑm predicta ꝓuerit posse vniuersale iudicium: quando nulli amplius procedendum est, q̃ hoc soluere poterit penam pro peccato debitam. Ad quod dicendum est, q̃ hoc ipsum quod est merita christi et sanctorum ⁊ satisfactoria, tam excellenter superare omnes que soluende fuerant penas, nostri sacramenta. Que particula manifestatur ex eo q̃ beceadem bona tua (vt) essent sancti communicare nõ per viam sacramentalis membris ecclesie in particulari: nec hoc enim q̃ ipsi possunt efficere aliter q̃ per sacramẽta, sequitur q̃ satisfactiones ille ꝓpte natura sunt cõicabiles alijs aliter q̃ per sacramentum applicare vellet. ¶ Si aũt q̃rit ad quid superabũdans satisfactio sanctorũ ponit: quum christi satisfactio sufficientissima sit pro toto mundo? Respõdendũ est hoc ꝓpterea esse, vt christi mẽbra ꝑsistentia essent capiti: videm⁹ enim diuinã ꝓuidentiam disposuisse q̃ christi membra ꝑsertim ꝓpria ꝑpua sibi assimilarentur q̃tum fas est. Unde sicut sunt sancti quidam aliorũ curatores, quidam aliorũ doctores, quidã q̃ ꝓ alijs merent de cõgruo tñ, q̃dam qui pro alijs impetrãt, ita quidã sunt alijs quasi penarum satisfactores, ita vt assimilentur christo etiam in hoc q̃ pro alijs passus est: dum ⁊ ipsi qui patiuntur plus q̃ demerentur, pro alijs satisfaciunt.

¶ An hic thesaurus subditus sit dispensationi pape aliter q̃ per sacramentorum collationem. Questium iiij.

**Circa** Quartum de thesauro quesitum (an scilicet thesaurus hic subditus sit dispensationi pape aliter q̃ per sacramentorum collationem) am biguitas magna est: quoniam conferre effectum sacramenti sine sacramento, spectat ad claues excellentie, quas constat non esse communicatas pape, sed reseruatas soli christo: remissio autem pene temporalis pro actuali peccato debite, est effectus sacramenti: quoniam hoc sit per baptismum, et per tertiam partem sacramenti penitentie, que est satisfactio.

**In hac** Questione sciendum est totam difficultatem consistere non in hoc an thesaurus iste sit dispensabilis per papam, sed in hoc an aliter q̃ per sacramẽtorum collationem possit papa thesaurum illum communicare: quoniam nulla authoritate scripture, nullaue ratione haberi videt q̃ dispensatio talis sit credita petro. Authoritates siquidem ille quodcumq; solueris super terram, et quorum remiseritis peccata: intelligunturne procul dubio ꝑm subiectam materiã: vt scilicet ea que spectant ad remissionem peccatorum, cõmissa sint soluenda ⁊ remittenda mediantibus sacramentis. Ratio quoq; communiter allata: scilicet q̃ communia bona ecclesie sunt dispensabilia per presidentem ecclesie: eãdem patitur difficultatem. Declaratur enim q̃ communia ecclesie bona spectantia ad remissionem peccatorũ sunt quidem dispensabilia per ꝑsidentẽ ecclesie, sed nõ quilibet: sed certo modo, hoc est per collationẽ sacramẽtorũ. ℣ Nõ dem⁹ ducẽs ad incõuenies puta q̃ superflue satisfactiones sanctorũ frustra reposite essent in thesauro: quia ille non communicant per sacramenta, sicut fatisfaciens christi: nec ꝑt dispensari sine sacramentis: ergo vane sunt in thesauro ecclesie. Illi enim ratio facile soluit, dicendo q̃ sunt in thesauro ecclesie, vt a christo dispẽsentur membris ecclesie militantis: et q̃ hoc fit quotidie, dum meritis sanctorum penitus remissionem peccatorum ⁊ expiandarum. Ita q̃ ꝑm has difficultates, huius thesauri dispensatio aliter q̃ per sacramentum, reseruata videtur summo sacerdoti christo: qui solꝰ nouit merita causarum circa remissionem peccatorum.

**Licet** Autem difficilis sit notitia questionis huius: quia tamen vniuersalis ecclesia facto declarauit ecclesie prelatos posse huiusmodi thesaurum sine sacramẽtis dispensare (dũ episcopi omnes indulgentias dant non ociudeliter loco solius viaticuli iniunctionis transmittendo ad penas purgatorii, sed q̃ atiose loco ꝓpriarum satisfactionum iniunctarum: ex hoc enim vt in superioribus manifestatum est, opouet dicti thesauri dispensationem inter tenere: quum non possint aliter fructuose huiusmodi indulgentie succedere penitentijs iniunctis: ideo absq; hesitatione aliqua etiam si nulla adesset ratio, fatendum est dicti thesauri dispensationem non solum per sacramenta quo ad merita christi, sed aliter q̃ per sacramenta quo ad merita christi ⁊ sanctorum commissam esse prelatis ecclesie: ⁊ precipue pape. Et hoc tanto magis fatendum est, q̃to per leonem. x. determinatum est. ℣ Suffragatur autem huic veritati ratio, tanto acceptabilior, q̃to magis soluit omnes difficultates accidentes in hac ⁊c. Est autem ratio hec, q̃ communia presentis ecclesie bona communicabilia aliter q̃ per sacramenta, sunt a presidente ecclesie dispensabilia aliter q̃ per sacramenta: sed merita christi ⁊ sanctorum vt superabundanter satisfactoria, sunt communia bona presentis ecclesie communicabilia aliter q̃ per sacramenta. Ergo sunt a presidente ecclesie dispensabilia aliter q̃ per sacramenta. Maior propositio nullam videtur habere infirmitatem. Minor autem ex supradictis clara est, excepta ista particula scilicet q̃ hec bona sint cõcabilia aliter q̃ per sacramenta. Que particula manifestatur ex eo q̃ beceadem bona tua (vt) essent sancti communicare nõ per viam sacramentalis membris ecclesie in particulari: nec hoc enim q̃ ipsi possunt efficere aliter q̃ per sacramẽta, sequitur q̃ satisfactiones ille ꝓpte natura sunt cõcabiles alijs aliter q̃ per sacramentum



ta. Illinc quoq; monstratur validam esse ad propositum autoritatem illam, quodcũq; soluer is: nam verus illius intellectus est: q̃cũq; soluer is eo modo quo illud est soluibile, ⁊ sic in omni materia currit: ⁊ ad propositum efficax inuenitur. Est enim sic practicanda, quodcunq; per sacramentum soluibile soluer is per sacramentum: ⁊ similiter quodcũq; aliter q̃ per sacramentum soluibile, soluer is etiam aliter q̃ per sacramentum ⁊c. Et sic subsummendo q̃ pena temporalis pro actuali peccato debito est soluibilis ⁊ per sacramentum ⁊ per alienam satisfactionem sine sacramento applicatam, infertur q̃ huiusmodi pena potest a petro solui non solum q̃ sacramentum, sed etiam per alienam satisfactionem sine sacramento applicatam. Per hoc etiam saluatur ratio communis de potestate presidentis ecclesie: quoniam vera est respectiue intellecta, hoc est, q̃ bona communicabilia per sacramenta solum, potest per sacramenta communicare: bona autem communicabilia etiã aliter q̃ per sacramenta communicare. ℣ Illud vero quod glosando seu respondendo dicitur, ea que spectant ad remissionem peccatorum commissa esse prelatis ecclesie mediantibus solummodo sacramentis. Verum est de spectantibus ad remissionem peccatorum simpliciter: non autem de his que spectant ad remissionẽ peccatorum secundum quid, de quorum numero est remissio pene temporalis pro actuali peccato debite: presupponit enim peccatum simpliciter remissum: ⁊ secundum minimum quid tantum, puta temporalem penam remittendam.

**Et per** Hoc patet solutio principalis argumenti. Nam sine sacramento cõferre sacramẽti effectum simpliciter seu totale, spectat ad claues excellentie: conferre aũt sine sacramẽto id q̃ partialiter potest esse effectus sacramenti, potest pertinere ad claues ministerij. Sic aũt est in proposito: q̃m remissio pene temporalis pro actuali peccato debite, nullius sacramẽti est simpliciter seu totalis effectus: licet sit partialis baptismi effectus, et possit esse partialis aliorum sacramentorũ effectus, ⁊ possit etiam sine sacramento effici ⁊ sine actu clauium. Quia cõstat, q̃ potest vel per proprios actus penitentis, vel per amicorum satisfactium pro eo actus fieri: vt patet quum aliquis mortificat seipsum ieiunando, peregrinando ⁊c. pro peccatis suis: vel amicus similia facit, vt pro amico satisfaciat.

¶ Utrum necessario requiratur rationabilis causa indulgentiarum. Questium. v.

**Circa** Causam indulgentiarũ dubiũ dupliciter occurrit, primum an necessario requirat causa rationabilis, secũdo an causa expressa in bulla, ex hoc ipso q̃ est expressa, sit rationabilis.

**Circa primũ** Videtur pars negatiua vera: quoniaz indulgentie indiscrete licet peccet concedens, sunt efficaces. Dicuntur autem indulgentie indiscrete q̃ ex causa non rationabili procedunt. ¶ Patet ea. Dispensatio ministeriorum dei in ecclesia presenti, est valida etiam sine causa rationabili facta: ergo dispensatio indulgentiarum etiam sine causa rationabili facta debet esse valida. Antecedens patet in promotione indignorũ: si enim indigni aliqui promoueant ad episcopatum, prioratum, abbatiam ⁊c. q̃uis promotor pessime dispenset huiusmodi ministeria facta tñ tenent. Consequentia vero probatur: q̃ sicut credita est pape dispensatio indulgentiarum, ita dispensatio ministeriorum dei: iuxta illud. sic nos existimet homo, vt ministros christi ⁊ dispensatores ministeriorum dei.

**In oppositũ** Auctor est, q̃ indiscrete indulgẽtie eneruant satisfactionem penitentialem: vt dicitur extra de peni. ⁊ remis. ca. quum ex eo, non eneruarent autem si essent valide, sed supplerent: adimplentes in veritate quod per satisfactionem penitentialem agendum erat.

**In hac** Questione aliq̃d supponitur ⁊ aliq̃d quaritur. Supponit enim cũ doctrina cõmuni q̃ vnum requisitorum necessario ad efficaciam indulgentie, est causa rationabilis. Quod etiam manifestatur, ex eo q̃ si daretur indulgentia ob causam prophanam (puta pro eundo ad theatrum) constat q̃ indulgentia esset nulla. Hoc autem supposito in questionem vertitur, an quemadmodum ad collationem indulgentie requiritur rationabilis causa ita necessario q̃ sine illa indulgentia non est valida, ita ad efficaciam tante indulgentie (puta centum vel mille annorum ⁊c.) exigatur simili necessitate rationabilis causa tante quantitatis indulgentie, ita quod sine huiusmodi rationabili causa tanta quantitas indulgentie est inualida. ¶ Ex communibus autem applicatis ad hoc, non est difficile concludere partẽ affirmatiuam veram, scilicet ad efficaciam tante indulgentie exigunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



rationabilis causa ℊ̃ttitatis indulgẽtie.ita ꝙ sine illa nõ est valida. Nã si vt supponitur ⁊ cõmuniter cõfitemur.rationabilis causa est sic necessaria ad indulgentiam.necessario sequitur ꝙ ad tantam indulgentiam est etiam sic necessaria rationabilis causa illi⁹ ℊ̃ttatis. ℭt ꝓbatur seqla inductiue. ℭ Verũ ad minus cõmunia descẽdẽdo cõsiderandum est. ꝙ licet potestas pape sup cõia ecclesie bona tam spũalia ℊ̃ corpalia sit dispẽsatiua:iuxta illud apli. dispensatio mihi credita est:res tñ subiecte huiusmodi pt̃ãt.diuersimode illi subdunt ⁊ diuersimode ab illa attingunt. ℭ Et quantũ ad propositũ spectat.distinguenda sunt in duo genera:scilicet validorum ex solo imperio,vel non validorum ex solo imperio. Sũt enim quedam in dei ecclesia que ℊ̃uis ad hoc ꝙ recte fiant,vltra pontificis imperium exigant rectam regulam voluntatis imperãtis.si tamen absit̃ recta regula solo pontificis imperio fiant,valida sunt:de quibus iura dicunt ꝙ multa fieri prohibentur.que tamen facta tenent.De quorum numero sunt distributiones beneficiorum,dispensationes matrimoniorum in casibus dispensabilibus,⁊ similia. ℭ Secundum autem genus scilicet invalidorum ex solo imperio,adhuc subdistinguitur:nam quedam invalida ex solo imperio,attingi cum hoc possunt a pontifice verbo ⁊ opere per viam facti : quedam vero sunt invalida ex solo imperio , que cum hoc per viam facti attingi non possunt opere,sed verbo tantum.In primo membro huius subdiuisionis continetur dilapidatio bonorum ecclesie.si enim pontifex ꝓ suo libito ecclesie terras ꝛc.donaret,donatio esset invalida:quoniam ipse non est dominus bonorum ecclesie.⁊ si facto ⁊ bullis poneret eos quib⁹ donauit in possessionem.non propterea transferret dominium rerum illarum in illos. In secundo autem mẽbro cõtinetur dispẽsatio votorum:si enim votum castitatis solo imperio a papa dispensetur, constat dispensationem esse nullã : ⁊ circa voti vinculũ propterea per viam facti nullum actum pontifex habereet nisi verborum:ex equuntio enim cuiuscumq; operis pontificij ex solo imperio emanãs.non attingit aliquid circa voti vinculum. ℭ Tribus igitur existentibus generibus rerum subiectarum dispensatiue potestati põtificis.facile patere potest.ꝙ primũ genus dupliciter a potestate pontificia attingit.s.dispensatione regulata ⁊ dispensatione nõ regulata:secundũ aũt a potestate quidem pontificia vnico modo attingitur:scilicet dispensatione.hoc est rationabili operatione:sed ab ipso pontifice aliter de facto attingitur,puta dissipatione, dilapidatione ꝛc.tertiũ vero sola dispensatione:id est rationabili operatione (seclusis verbis,sicut et in secundo) attingi potest tam a potestate pontificia ℊ̃ ab ipso pontifice. ℭ In quo autem horum generum indulgentie contineantur.facile est discernere. ℭ Et est non sunt sub primo genere(que scilicet sunt valida ex solo imperio) ex eo patet.ꝙ papa non potest dare indulgentias hac sola ratione quia vult:et si ꝓ solo libito daret.indulgentia non esset valida:vt ex communi doctrina supponimus,⁊ aliqualiter probatum est. ℭt iterum probatur.ex hoc ꝙ cõmunia ecclesie bona temporalia non possent pontifex donare donatione valida.ex hoc solo quia vult:non minus enim preciosa ac chara ecclesie sunt bona communia spiritualia ℊ̃ temporalia:⁊ propterea si illorum donatio ex solo imperio est invalida.multo magis invalida erit horum effusio ex solo imperio. ℭ Hec soluitur hec ratio , dicendo ꝙ donatio temporalium est cum damno ecclesie.donatio vero horum spiritualium est sine damno ecclesie.nam habere damnum annexum vel carere annexo damno.per accidens se habet ad potestatem dispensatiuam : vt patet ex hoc ꝙ etiam in quibusdam habentibus annexum damnum ecclesie.donatio ex solo imperio est valida:vt attestatur distributio prelationum. Unde non penes damnum vel non damnum attenditur vis potestatis dispensatiue. ℭ Quia igitur communia ecclesie bona ex quibus efficaces sunt indulgentie.non continentur sub primo genere.⁊a secundo genere ex hoc distant.ꝙ per viam facti nullum operis solius verbi actum ꝑpa habere potest circa illa(non enim potest transferre possessorum de facto horum bonorum sicut potest respectu temporalium) restat vt sub tertio genere thesaurus contineatur indulgentiarum. ℭ Ex quibus potest formari talis ratio. Thesaurus indulgentiarũ non potest veraciter attingi a potestate pontificia nisi actu vere dispensationis,ergo tam indulgentia ℊ̃ tanta indulgentia data sine causa rationabili tante indulgentie est invalida. Antecedens probatum est , et supponitur ℘m communem doctrinam. Consequentia vero quo ad secundam partem probatur:nam quia eiusdem rationis est actus dans indulgentiam ⁊ dans indulgentiam tantam:ac per hoc si solus actus vere dispensationis potest attingere thesaurum indulgentie , solus etiam vere dispensationis actus poterit attingere thesaurum tante indulgentie:nam quia si quantitas indulgentie attingitur aliter ℊ̃ per veram dispensationem,oportet alium actum fingere.puta actum imperij seu libere donationis respectu talis quantitatis:et tunc aut iste actus attingit thesaurum via facti aut via iuris:non via facti, quia ad istum thesaurum nullus est humanus accessus per viam facti : nec via iuris,quia de iure sola dispensatio creditta est pape. Sicut sunt ergo invalide indulgentie quas ⁊ causa rationabili non fiunt.ita nõ est valida tanta indulgentia.puta mille annorum, nisi fiat ex causa rationabili tante quantitatis:scilicet mille annorum.

**Ad primum** Autem in oppositũ dicitur. ꝙ sententia illa,scilicet indulgẽtie indiscrete sunt ne valide,verificatur de indiscretis quo ad euentum:non autem de indiscretis quo ad causam. Sunt enim indulgentie indiscrete ratione euentus , quando indulgentie alias bene concesse pariunt propter earum multitudinem quasi cõemptum, aut ipsarum aut satisfactionum penitentialium:⁊ tales sunt valide. Sed si sunt indiscrete quia carent rationabili causa , aut omnino aut quo ad tantam quantitatem.sunt invalide. ℭ Ad secundum iam patet re sponsio ex dictis:nam ministeria sunt in alio genere dispensabili, et indulgentie sunt in alio dispensabilium genere:illorum enim effi cacia ex solo pendet imperio, horum autem efficacia absq; vera dispensatione esse nequit. ℭt propterea non est similis ratio

ℭ An ex hoc ipso,ꝙ in bulla expimitur aliquid ꝓ causa indulgentie.sit rationabilis causa tante indulgentie. ℭ Quæstiuncula.

Secundum de causa rationabili indulgentiarum quæstium(an ex hoc ipso ꝙ in bulla expimitur aliquid ꝓ causa indulgentie:sit rationabilis causa tante indulgentie)ꝓ parte affirmatiua occurrit multiplex argumentum. ℭ Primo : quia aliter predicatio ecclesie esset falsa. ℭ Secũdo:quia doctrina romane ecclesie periclitaretur. ℭ Tertio:quia non esset vniuersaliter vera illa communis sententia:indulgentie tantum valent ℊ̃ntum sonãt. ℭ Quarto:quia aliter decideretur populus ab ecclesia: audiens tantam indulgentiam ꝓ tali opere.⁊ exequens illud vt habeat indulgentiam:⁊ tamen non acquireret illam in veritate.

**Questio** Hec non est mota propter difficultatem quam in scripta habeat:sed ad excitãdos illos qui scitis in vniuersali ⁊ deficiunt in singulari. Unde distinguendo de ratione habili ꝓsumpto vel vero , duo dicenda sunt. ℭ Primum. Causa indulgentie expressa in bulla nisi manifestius sit error , est semper rationabilis,loquendo de rationabili ꝓsumpto:nam sicut sentẽtia a iudice lata nisi errorem contineat manifestum,ꝓsumitur iusta,ita causa a principe expressa in dispensationibus ꝓsumitur rationabilis,nisi vt dictum est error sit manifestus. ℭ Secũdum est. Causam indulgentie tante expressam in bulla,non oportet esse rationabilem in veritate. ℭt ratio in ꝓpũ est multiplex: tum quia papa potest in istis errare:quum non sit hec sententia iudicialis de his que sunt fidei. ℭ Tũm quia licet accessus ad indulgentias et earum susceptio sit quedã christiane fidei professio,fides tamen christiana eo modo quo est de indulgentijs,non est de hac vel illa indulgentia. Sed sicut fides nostra circa eucharistie sacramentum est ꝙ sub hostia rite consecrata continetur corpus christi, nõ autem est ꝙ ista hostia sit rite consecrata, neq; est ꝙ sub hac hostia que proponitur adorãda continetur corpus christi (quoniã vtrumq; eorum potest esse falsum:fides autem christiane non potest subesse falsum)ita circa indulgentias non curando ꝓ nunc quomodo spectent ad fidem,fides nostra est ꝙ indulgentie rite date sunt valide:et non spectat ad fidem an ista indulgentia sit rite data,an ista causa eius sit rationabilis, an ista indulgentia sit valida. ℭt simile est de aliis singularib⁹:quoniam hec omnia possunt esse falsa:et propterea non spectãt ad fidem nostram, sed ad humanam opinionem seu credulitatem,que est de huiusmodi singularibus,et potest falli. ℭt propterea accessus ad indulgentias in cõmuni quidem est quedam fidei professio:sed accessus ad istam indulgentiam,procedit ex fide tanq; ex causa remota , et humana credulitate huius indulgentie.huic vt cause ꝓximiorem causam:ideo causa ꝓxima. ℭt quia effectus sequitur causam ꝓximam:ideo proxime,sicut conclusio minorem seu deteriorem debilitemq;. ℭ Tum test concursus iste falli absq; christiane fidei detrimento. ℭ Tum quia non solum potest papa errare in huiusmodi,sed etiam ꝛ. potest errare.sicut ⁊ in aliis similibus actibus. Dare siquidem indulgentias,consistit in actibus absolutionis ⁊ dispensationis: absolumur enim per eas penitentes ab innunctis penitentijs, ⁊ dispensantur thesaurus meritorum christi et sanctorum: sed tam in actu absolutionis q̃ in actu dispẽsationis facile committi potest error: etiam ex proposito:vt patet in dispensatione votorum.et in dispensatione bonorum temporalium ecclesie, ⁊ ministeriorum ecclesiasticorum,⁊ in absolutionibus a censuris ⁊ turamẽtis in pretudicium aliorũ ꝛc.ergo in hoc quoq; singulari facto quo dat indulgentiam seu exponit talem causam ꝓ tanta indulgentia, errare facile potest. Hec est recurrendum ad spiritussancti assistentiam , et propterea pie debere credi ꝙ non potest papa in istis errare. Nam in maiori causa permisit spiritussanctus romanos pontifices errare , scilicet in causa spectante ad sacramentum matrimonij:in qua(vt habetur extra de sponsa duorum in cap̃. licet)alexander.iij.dicit:q̃uis aliter a quibusdam predecessoribus nostris sit aliquando iudicatum: quod longe plus est , q̃ dare indulgentiam indiscretam ex causa : tum quia erat causa sacramentalis: tum quia iudicialiter actum est : indulgentie autem possunt dari passim sine concilio ⁊ sine meditatione:ac per hoc sine discretione. ℭ Quamuis igitur non spectet ad subditos,discutere ⁊ iudicare de pontificijs indulgentijs aut causarum meritis:dubium tamen non est posse etiam per papam dari indulgentias indiscretas,et quo ad causam et quo ad euentum.

**Ad primum** Ergo in oppositum dicitur, ꝙ predicatio ecclesie quo ad indulgentias tripli citer se habet. Primo narratiue:prout scilicet narrat contenta in bulla:⁊ hic nulla est falsitas:quoniam narratio est vera. ℭ Secundo doctrinaliter : et hic subdistinguitur. ℭel docendo doctrinam fidei:⁊ sic etiam nullum est periculum falsitatis:quoniam sicut fides non se extendit ad istam indulgentiam aut istam causam isti⁹ indulgentie , ita nec doctrina ecclesie extendit se ad hec singularia. ℭel docendo opiniones doctorum:⁊ sic potest predicare falsa si opinio predicata est falsa:⁊ propterea ad preseruandam predicationem ab huiusmodi falsitate,debent predicatores aut opinatiue aut recitatiue opiniones predicare. ℭ Ad secũdum dicitur, ꝙ aliud est loqui de doctrina romane ecclesie seu Romani pontificis,⁊ aliud est loqui de operibus eiusdem. Docuerunt siquidẽ romani pontifices multi indulgentias ex causis rationabilibus date:in qua doctrina continetur ꝙ etiam tanta indulgentia debet ꝓcedere ex causa rationabili tante quantitatis:vt superius deductũ est. Factum autem quod in bullis indulgentiarum continetur : si quandoq; periclitaretur,non propterea Roma.ecclesie doctrina periclitaretur. ℭ Ad tertium dicitur dupliciter. Primo ꝙ illa sententia ec̃mmunis intelligitur negatiue,hoc est non plus valent ℊ̃ fonant:diuulgata enim videtur sententia illa ad excludendas extensiones indulgentiarum ad ea que sub earum tenore non continent. Secundo dicitur, ꝙ vera est de indulgentijs discretis:nõ autem de indiscretis quo ad causam. Potest ⁊ tertio dici. ꝙ vera est in foro exteriori:an quo statur presumptionibus iuris. ℭ Ad quartum dicitur , ꝙ populus potest quidem decipi in huiusmodi : sed nõ decipit ab ecclesia:sicut etiã põt decipi adorando hostiam ꝓpositam a sacerdote in missa. Si contingeret autem in huiusmodi populum falli , falleretur aut a propria credulitate,aut ab humanis opinionibus,aut ab indiscreto facto dantis indulgentiam, vel ab omnibus simul : et non ab ecclesia:ad cuius doctrinam nõ spectant hec singularia,sicut nec ad eius fidem.

ℭ An preter gratiam requiratur ex parte suscipientis indulgentias,aliqua alia dispositio. ℭ Quæstium j.

Circa Suscipientes indulgentias dubiũ duplex occurrit. Primum an preter gratiam requiratur ex parte suscipiẽtis aliqua alia dispositio. Secundum est an tempore quo fit opus ꝓ indulgentia , oporteat operantem esse in gratia.

**Et in primo** Quidem dubio ꝓ parte negatiua est authoritas doctrine communis:tenentis ad indulgentiam sufficere tritia,authoritatem in dante , gratiam in suscipiente , pietatem tri causa. ℭ In oppositum est,ꝙ ad plenariam remissionem pene per viam sacramenti penitentie,non sufficit gratia ex parte suscipientis:ergo nec ad plenariam huiusmodi remissionem per viam indulgentie sufficit gratia ex parte suscipientis. Antecedens est clarum:aliogiñ quilibet confessus in gratia,consequeretur plenariam remissionem pene. Consequentia vero probatur:nam quia sacramẽtum est potius ℊ̃ indulgentia:⁊ distributor thesauri ꝓ sacramentum est longe liberalior ℊ̃ quilibet pontifex : q̃n liberalitas diuina in infinitũ excedit liberalitatem humanam.

**In hac** Quæstiõe quia difficile admittitur oppositum eorum que consueuimus.censorem desidero intellectum mundum ab opinionibus. Videtur siquidem mihi rationabiliter dici , ꝙ nõ sufficit sola gratia ex parte suscipientis ad veraciter consequendam indulgentiam coram deo. Sunt siquidem confessi in gratia duplicis ordinis:quidam solicti ad satisfaciẽdum per seipsos ꝓ peccatis suis:quidam negligentes satisfacere per seipsos. Primi condignas penitentias vel petunt a confessoribus sibi imponi,parati eas implere:vel sponte illas assumunt.dum continue studentper sua sancta opera satisfacere , ieiunando, orando, elemosinas dando ꝛc.ad hoc. Secundi vero paruissimam penitentiam aut rogant aut leti suscipiunt:et quã illam impleuerint (quã sciũt esse minimam)non curant amplius de satisfaciendo : reputantes sibi sufficere ꝙ non ibunt ad infernum. ℭt hi sunt quibus indulgentie non prosunt iudicio meo. ℭ Et ratio que me mouet est. Nullus indignus aliena satisfactione ꝓ pena sibi debita,consequitur veraciter fructum indulgentie : sed quilibet in gratia constitutus negligens satisfacere per seipsum , est indignus aliena satisfactione ꝓ pena propria peccatis debita : ergo nullus constitutus in gratia negligens satisfacere per seipsum , acquirit fructum indulgentie. Maior ꝓpositio intelligẽtibus terminos est euidens : indulgentia enim per satisfactionem alienam (hoc est christi et sanctorum) parit fructum qui est remissio pene temporalis ꝓ actuali peccato debite :ac per hoc si est aliquis indignus aliena satisfactione, indignus est indulgentia. Indignos autem indulgentia non consequi veraciter fructũ illius.tam verum ac manifestum est vt probatione non egeat.apud intelligentes distributionem diuinorum bonorum in solis dispositis habere locum : constat autem indignos non esse dispositos, et diuina operatione remissiones fieri penarum per indulgentias humano ministerio rite concessas. ℭ Ad euidentiam autem minoris prelibanda sunt duo:primum est ꝙ satisfactio ꝓ pena temporali,actuali peccato debita est onus personale:tenetur enim ipse qui peccauit , facere satis:secundum est , ꝙ licet tam contritio ℊ̃ confessio sit ita personalis ꝙ non possit per amicum suppleri : satisfactio tamen quia per exteriora bona fit,inter que computãtur amicitia est onus personale ꝙ capax est amicabilis adiutorij. ℭ Quibus premissis probatur minor: primo sic. Indignus amicabili adiutorio est indignus aliena satisfactione:sed constitutus in gratia, negligens satisfacere per seipsum:indignus est amicabili adiutorio:quoniam amicitie ratio poscit ꝙ amicoum sit idem velle et idem nolle:et propterea si ego ꝓ meipso nolo satisfacere, par est vt amicus quoq; hoc nolit:quin potius non amice peterem vt me negligente satisfacere,ipse ꝓ me peteretur. Possentq; recte huiusmodi negligentes querelesq; per indulgentias satisfacere,verbo domini reprehendi,alligant onera grauia ⁊ importabilia in humeros hominum:id est amicorum:digito autem suo nolunt monere ea. Nec obstat ꝙ sancti tam passi sunt : quoniam similis est ratio de passionibus preteritis et futuris:quia illis solis prosunt preterite ꝓ quibus patiendum fuerat : ⁊ ideo si ꝓ huiusmodi negligentibus non fuerat ab amicis patiendum,nec posteaq̃ passi sunt,illis amicorum prosunt passiones. ℭ Secundo probatur eadem mino: similiter ex habitudine ad communem ecclesie thesaurum:quia in qualibet bene ordinata repub. quãtumcumq; rationabilis adesset quandoq; causa dispensandi communem thesaurum in ciues grauatos ere alieno, negligentes tamen soluere,indigni censerentur adiutorio thesauri:ex eo enim ꝙ possunt de suo soluere ⁊ non curant , indignos se reddunt tali subleuamine. ℭt nisi tales ꝓ indignis haberentur,foueretur negligentia:quoniam alij horum exemplo ad similem negligentiam prouocarentur:legis autem est facere non negligentes,sed virtuosos. Quum igitur ecclesia sit a deo ordinata,equum non est vt spiritualis dispensatio thesauri negligentes satisfacere ꝓ dignis habeat : hoc enim vere esset enervare satisfactiones penitentiales. Non prosunt igitur indulgentie constitutis in gratia negligẽtibus satisfacere per seipsos:quoniam indigni sunt indulgentia:sed oportet vltra gratiam dispositos ipsos esse,vt digni sint alienis satisfactionib⁹,fiãt autem digni per hoc ꝙ sunt parati per seipsos satisfacere: sic enim sunt digni amicabili adiutorio ad satisfaciendum:parati autem ad satisfaciendum per seipsos sunt.non qui negligunt per seipsos satisfacere,sed illi soli quorum voluntas sic est ad satisfaciendum parata, ꝙ non retardat opus nisi impedita. ℭ Confirmatur autem hoc ex antiqua forma indulgentie.quum dicitur,vere penitẽtibus. Penitens enim dupliciter dicitur : vel per exclusionem contrarij: quia scilicet nihil habet in suo animo contrarium penitentie : et hoc modo quilibet existens in gratia , est penitens etiam si sit ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ligens ad satisfaciendum. Vel per positionem virtualis penitentie: qua scilicet vis affectus penitentialis in eo secundum veritatem viget. ℣ hoc modo penitens non est nisi solicitus ad per seipsum satisfaciendum. Quum ergo dicitur, vere penitentibus: nisi superfluę seu ad maiorem expressionem appositum sit ly vere, denotat indulgentias non consequi penitentes negligentes, sed penitentes solicitos: qui soli sunt vere penitentes, significante participio actum penitendi: qui non intenditur apud negligentes, sed apud solicitos. ¶ Manifestius quoq; suadetur hoc idem ex alio verbo eiusdem forme, quum dicitur: De mumetis penitentijs, constat eñ communiter quemlibet penitentem paratum esse ad mumetam penitentiam peragendam: alioquin non acceptasset illam. Et propterea ex hoc verbo duo habentur: alterum est quod indulgentia nisi nova forma detur, non absolut nisi a penitentijs mumetis: alterum est quod indulgentia non prodest nisi parato per se satisfacere, primum enim horum explicite, secundum autem implicite (inquantum paratus ad satisfaciendum supponitur) ex eodem verbo habetur. ¶ Et hinc sequitur primo quod frustra faceret quis sibi iniungi magnas penitentias a confessore non vt ipsas adimpleret, sed vt per indulgentias ipsas exolueret: quoniam hoc non est esse paratum ad satisfaciendum, sed ad imponendum amicis iugum suum. ¶ Sequitur secundo, quod si forma indulgentie mutaretur, ℣ ad non iuncta extenderetur penitentias, dispositio tamen suscipientis, non propterea mutaretur: quoniã ex natura rei exigitur ex parte suscipientis esse paratum ad satisfaciendum secundum vires per seipsum: vt declaratum est.

¶ Hec intelligo hanc preparationem ad satisfaciendum ita stricte quin per aliquid equipolens aut maius suppleri possit, vt patet ex hoc quod contingit quandoq; causam pro qua datur indulgentia tale ac tantum exigere opus vt excedat ✠ preparationem ad satisfaciendum: puta si detur plenaria pro actu quo se exponit morti pro christo, aut perpetue mancipationi alicuius pij seruitij, aut aliquo huiusmodi: et tunc causa indulgentie ex parte concedentis tenet locum cause rationabilis tante indulgentie, et ex parte suscipientis supplet locum dispositionis reddentis dignum amicabili satisfactione. Secus autem est si daretur plenaria pro visitante aliquam ecclesiam: nam dato quod causa esset rationabilis ex parte concedentis, visitatio tamen ipsa non supplet vicem preparationis ad satisfaciendum: quum nec illi equivaleat nec excedat.

**Ad obiectionem** Autem in oppositum dicitur, quantum ad diuum tho. spectat, quod aliorum opiniones sequutus est: vt ipsemet tria illa colligendo explicat in .iiij. sen. dist. xx. q. j. articu. .iij. q. ij. Quantum vero ad communem doctrinam, quia non nisi opinatiua est (cum bona reuerentia dictum sit) non inconuenit adinuentis ab ipsis aliquid noui superaddi, quod sub forma indulgentie latebat, ℣ ratione probabili roboratur. ¶ Et scito, quod in ista hanc dicendi modum soluuntur omnes questiones, nam de nimis largo dei foro, eñ de omittendis suffragijs pro plenarie absolutis in morte, eñ de admiratione sapientum. et de obloquutionibus detrahentium: et excitantur Christifideles ad penitentie opera. Nec aliquid adimitur efficacie indulgentiarum: sicut nihil adimitur efficacie sacramentorum ex hoc quod oportet accedentes ad illa esse digne dispositos, si fructuosa sibi esse volunt: sed liquidem indigni indulgentia, ab illius fructu in ista hanc dicendi modum excluduntur.

¶ An tempore quo fit opus pro indulgentia, oporteat operantes esse in gratia. Quęstium .ij.

**Circa** Secundum vero quęsitum de causa indulgentiarum, sciendum est, quod dupliciter dantur indulgentie. Vel ita quod tempus indulgentie ℣ tempus operis sit vnum ℣ idem: vt quum datur indulgentia visitanti ecclesiam. Et tunc non habet locum hec questio: quoniam constat tempus fructus indulgentie coergere gratiam in percipiente illum. Vel ita quod aliud sit tempus operis, ℣ aliud sit tempus percipiendi fructum indulgentie: vt quum datur indulgentia semel in vita ℣ semel in morte suscipientibus crucem, ℣ tunc habet locum proposita questio, an exigatur gratia tunc quum fit opus pro quo datur indulgentia. ¶ Videtur enim pars negatiua vera. ¶ Tum quia absq; gratia tempore operis saluari possunt omnia requisita ad fructum indulgentie: nam saluatur autoritas in dante, pietas in causa, gratia etiam solicita in suscipiente tempore quo suscipit illam: ergo ꝛc. ¶ Tum quia non minus valet huiusmodi opus pro se eñ pro alio: sed si pro alio (puta existente in purgatorio) opus hoc quis faceret sine gratia, indulgentia valeret pro illa anima, presupposito vt quandoq; fit, q̃ possit quis accipere indulgentiã pro defuncto faciendo tale opus: ergo ad faciendum opus pro indulgentia non requiritur gratia.

**In hac questione** Videtur mihi non solum ratione sed longe rationabiliter pars affirmatiua, scilicet quod exigitur gratia etiã tempore operis. Probatur q̃ hoc dupliciter. Primo ex antiqua indulgentiarum forma quum ordinate vtrunq; exponuntur: vtra quod primo loco exponitur gratia, ℣ secundo exponitur opus, non qualitercunq;, sed vt ipsa gratia afficiat operantem: dicitur enim sic omnibus vere penitentibus ℣ confessis qui visitauerint talem ecclesiam, seu quicunq; pro eis orauerint adiutrices ꝛc. Vbi manifeste patet ex forma ecclesie consueta haberi penitentiam seu gratiam coerciui ad tale opus pro quo fit indulgentia. ¶ Deinde probatur hoc ratione. Sanctus thesaurus ciuilis non nisi pro causa causa dispensatur, ita thesaurus vitalis non nisi pro sola vitali causa dispensatur: sed thesaurus indulgentiarum est thesaurus vitalis, vtpote ex passionibus viuis christi ℣ sanctorum constans: ℣ vite eterne impedimenta tollens: ergo pro sola vitali causa communicatur: sed opus extra gratiam non est viuum sed mortuum: ergo pro eo thesaurus indulgentiarum non communicatur. ¶ Et confirmatur ex hoc quod reliqua requisita ad dispensationem thesauri indulgentiarum sunt viua: viuunt enim qui passi sunt sancti, viuit sunt ℣ passiones eorum, viuit ℣ summus sacerdos qui est vt principalis dispensator indulgentie, viuit participes indulgentie: ergo ℣ viuam oportet esse causam indulgentie: que est enim conuentio lucis ad tenebras, ℣ tunc ad mortem? ¶ Nec obstat quod pontifex datus indulgentiam possit esse mortuus secundum vitam gratie: quoniam ipse minister tãtum est, ℣ velut instrumentum christi concurrit. Ad causam enim principalem respiciendum est: vt patet in similitudinem scilicet dominus in charitate existens per reprobum dispensatorem elemosynas distribuit: est enim opus illud viuum non obstante spirituali morte ministri. Oportet ergo vtrumq; esse opus pro quo datur indulgentia.

**Ad primam ergo** Obiectionem in oppositum, dicitur falsum esse quod sine vita opere omnia requisita ad indulgentiam saluentur: nam pietas in causa claudit in se vitam operis. Ex hoc enim quod exigitur pietas in causa, hoc est in opere pro quo datur indulgentia: cõsequens est quod exigatur etiam vita: nam pietas ipsa nisi sit viua pietas non est: quum nulla sit christiana virtus sine charitate. ¶ Ad secundam dicitur, quod opus mortuum sicut non sufficit ad indulgentiam pro se pro tempore quo erit in gratia ita non sufficit ad indulgentiã pro alio existente in gratia. ¶ Et si instetur, quod elemosyna facta extra charitatem pro existente in purgatorio valet pro illo: ergo multo magis valet mediante indulgentia. Respondetur quod eleemosyna talis non valet pro defuncto per modum satisfactionis. sed per modum supplicationis: scriptum est enim: abscondite eleemosynam in sinu pauperis, et ipsa orat pro vobis. Peccatorum autem supplicationes quandoq; exaudiri augu. testatur, reprehendens verbum ceci natiuos scimus quia peccatores deus non exaudit. Ex hoc autem quod valet per modum supplicationis mortue, non sequitur quod valeat pro indulgentia acquirenda: quoniam indulgentia habet vim satisfactionis viue: supplicatio autem mortua, soli misericordie innituntur dei cui supplicatur.

¶ De modo tradendi seu recipiendi ordines. Arti. vndecimus.

**Circa** Sacramẽta tã extreme vncionis q̃ ordinis mihi mihi scribẽdã occurrit: nisi circa sacramẽtũ ordinis eatenus reddere, ne pertinax q̃sq; aut leuis sit circa modũ tradendi aut recipiendi ordines. Nam si collecta diuerse que pontificales codices, queue nunc inuenire facile doctrine tradidit, incerta valde apparebit presbyteratum excepto, reliquorum natura ordinum. Et de minoribus quidem ordinibus ℣ subdiaconatu magister sen. in .xxiij. distin. .ij. q. sen. dicit instinctos non constat ex actibus apostolorum diaconos altaris ad diuinos ministeria, quumpotius opera et vidua ruminstituisse esse ab apostolis accepit, quumpotius opposition ibi dicitur: quoniam diaconi altaris patet) ibi vero dicuntur apostoli nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus. Quocirca licet tunc non fuerint diaconi altaris instituti: videntur tamen ab apostolis instituti, licet nesciatur quando et



vbi. Jungit siquidem diaconos episcopis Paulus ad Philip. .j. dicens: omnibus sanctis in christo iesu qui sunt philippis cum episcopis ℣ diaconibus: ℣ prime ad Timo. .iij. describens episcopo describit qualis debet esse diaconus. Et quia ambe ecclesie: scilicet philippensis ℣ ephesina (cuius erat Timotheus episcopus) erant ecclesie gentium, in quibus non legimus virisse in communi christianos: vt hierosolymitas, ac per hoc non egebant diaconis mensarum et viduarum: ideo diaconi alterius videntur esse iuris. Et confirmatur ex dicto, ponente diaconatus ordinem in primitiua ecclesia. vnde diaconatum ab apostolis credimus cepisse. ¶ Et quod magis viget, nulla videtur certa forma in diaconatu: nã sin antiqua pontificalia impositio manuum super diaconum non habet certam vel bonum formam, nisi orationem illam: emitte quesumus in eos sanctũ spiritũ ꝛc. que secundum nouã pontificalia post impositionem manuum dicenda est. Datio autem libri euangeliorum certam habet formam verborum: sed tunc non imprimit characterem ex eo videtur, q̃ ante eñ euangelium aliquod esset scriptum diacono, ab apostolis videntur ordinati: non dicendo accipe potestatem legendi euangelium, sed vt creditur per impositionem manuum. ¶ Idem quoq; apparet in subdiaconatum quo nullum põtes vacui ꝛc. ¶ Taceo de minoribus ordinibus in quibus varietas multiplex inuenitur etiam inter antiqua pontificalia: ex quibus apparet q̃ huiusmodi ordines sacramentalia quedam videntur magis eñ sacramenta. Et ad hoc ducit ratio: quia per nullum dictorum ordinum potest ordinatus actum aliquem qui sine illo ordine fieret esset nullus: vt patet discurrẽdo per singulos acoliti diaconi ℣ inferiorum. Et per hanc rationem episcopatus videtur ordo: quia aliquem actum potest episcopus qui a non episcopo factus nullus est: vt confirmare, presupposita veritate decretalis extra de consuetudine: cap. quanto.

**Hecautem sunt** Collecta, non ea ratione vt nouam velimus ingerere doctrinam de sacramento ordinis: sed vt doctus quisq; percipiat incertitudinem materie de qua est sermo: et non velit plus sapere eñ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: hoc est vt sit contentus consueto pontificali ecclesie in qua ordinatur. ¶ Et si aliquid fuerit omissum eorum que ex nouis pontificalibus sunt addita (puta quia non est datus subdiacono liber epistolarum cum illis verbis: accipe librum ꝛc.) non propterea suppleri oportet in alia ordinatione huiusmodi omissum: huiusmodi enim noua additio nõ facit legem nouam. ¶ Nec mihi aliquis obiciat oppositum me alibi scripsisse, dum de simultate contactus in primo quolibeto scripsi. Hec enim non aduersantur illis: quoniam non nisi de his quorum contractus simul cum traditione in pontificali mandatur, loquutus sum.

¶ Tutus tamen esse constat sequi antiqua pontificalia in tribus infimis ordinibus eñ modernum: in quo offensio materie primo mandatur cum verbis ℣ postea tactus materie. ¶ Et certe nimium est, quum corrector ille muranerit ministrum materie macolitarum: scilicet archidiaconum in episcopum, vt rationem viam eligeret: q̃ in precedentibus ordinibus labori episcopi tantum pepercit, vt nimis rutam viam eligeret. In antiquis siquidem pontificalibus diuersimode de minoribus ordinibus habetur mamalicubi de ostiario ℣ lectore habetur, tradit sibi claues vel librum episcopus vicens: de exorcista vero habetur: accipiat librum de manu episcopi dicentis sibi: de acolito autem accipiat candelabrum ꝛc. de manu archidiaconi dicente sibi episcopo. Vbi apparet semper similitudo forme ℣ materie: ℣ q̃ materia non est monstratio, sed traditio ℣ acceptio. Alicubi vero habetur, vt in nouo pontificali tempore innocentij ceraui impresso legis.

¶ De sacramento matrimonij Tripler questium.

**Circa** Sacramentum matrimonij pauca tractanda occurrũt. Et primo circa ipsum matrimonij contractum tria occurrũt dubia. Primum est an matrimonium contractum per procuratorem sit sacramentum. Secundum, an contractus matrimonij clandestinus sit quandoq; licitus. Tertium est, an matrimonij contractus non propter prolem nec propter vitandam fornicationem, sit licitus.

¶ An matrimonium cõtractũ p̃ procuratorẽ sit sacrm. Quesitum .j.

**Circa** Primũ ratio dubij est: quia matrimonium inter fideles verum et ratum est sacramentum: contractus autem huiusmodi per procuratores efficit matrimonium verum et ratum: ergo est ibi sacramẽtum.

¶ Preterea. Coniugium inter infideles est sacramentum: vt dicitur extra de diuortijs, cap. gaudemus: ergo a fortiori coniugium huiusmodi quod est verum ℣ ratum, est sacramentum.

**In oppositum** Est, q̃ nullum sacramentum ministratur per procuratorem.

¶ Ad hoc dicuntur duo: primum, dicendo respondendo questo, q̃ matrimonium contractum tantummodo per procuratorem non est sacramentum ecclesie. Quod manifestatur dupliciter. Primo quia nullum sacramentum suscipitur per procuratorem: quia recepto sacramenti est passio personalis: quum sit motus quidem recepto grauie sacramentalis, fons vero exigat aliquã in sua persona sensibilẽ actionẽ vel passionẽ: vt patet ex cõmuni rõne in omnibus sacramentis. ¶ Et confirmatur ex hoc q̃ sacramentum penitentie non potest suscipi per procuratorem: mã sicut sacrm matrimonij cõsistit in contractibus, ita sacramentum penitẽtie cõsistit in actib⁹ iudicialib⁹, tã aũt in iudicialibus eñ in ẽ actibus nihil prohibet multa fieri per procuratorem nisi ratio sacramenti: potest enim quis iudicari, absolui, ligari per procuratorẽ, sed non sacramentaliter: ℣ similiter potest quis contractum facere de propria persona per procuratorem, sed non sacramentaliter. ¶ Et confirmatur rursus: quia si per procuratorem posset suscipi sacramentum, sequeretur q̃ dormientibus ambobus coniugibus dũ procuratores contrahunt, cõiuges sacramentũ susciperẽt, ℣ nihil omnino a seipsis aut ministro aliquo sacramẽti circa ipsos tãc fieret. Quod non solũ est absurdum, sed non intelligibile, stante cõstãtia sacramenti ex materia ℣ forma ꝛc. ℣ vltra hoc sequeret q̃ dormiens peccaret mortaliter peccato sacrilegij, suscipiens sacramentum in peccato mortali, si contigisset vt nusset tunc dominum in peccato mortali: nõ est ergo cõiugiũ cõtractũ inter fideles per procuratores sacramẽti, donec cõiuges ipsi coram ranficent cõtractum: qõ tunc fit, quum coram posiri primo manifestant sibi nuicẽ se habere vt coniuges.

¶ Secundum est, q̃ licet huiusmodi cõiugium per procuratorem cõtractum nõ sit sacramentum: est tñ verũ coniugiũ, dummodo quodcunq; aliud postea ℣ cum ℣ consummatũ, multo magis eñ primũ cõiugiũ inter infideles dirimit scẽm: vt vi extra de diuor. cap. gaudemus. Potest tamẽ facilius dissolui de cõsensu partiũ applica authoritate matrimoniũ p̃ procuratorẽ cõtractũ eñ p̃ seipsos cõiuges cõtractum: quoniã in illo deest sacramentum quod nõ deest huic.

**Ad primam** Ergo obiectionem in oppositũ, dicitur q̃ coniugiũ vt ratum dupliciter: vel radicaliter vel formaliter. Et q̃ coniugiũ fidelium p̃ procuratores contractũ est ratũ in radice baptismi, nõ autem est ratum ex forma ipsius sacramẽti matrimonij: coniugium autem inter infideles neutro modo est ratum. ¶ Ad secundam dicit, q̃ vel est loquutio intransitiua, vt dicatur sacramentum coniugij pro coniugio: vel latiori vocabulo sumitur sacramentum: ꝛ non propriue, vt restringitur ad significandũ sacramentũ noue legis: de quo solo est nostra questio.

¶ An mrimonij ꝛct⁹ clandestinus sit q̃sq; licitus. Quesitum .ij.

**Circa** Secundũ (an matrimonij contractus clãdestinus sit quãdoq; licitus) absq; argumentis dicendũ est, q̃ quum cõtractus clandestinus non sit sm se malus moraliter, sed rõne accidentium ex illo cõsequentium, ideo in casu quo cessaret omnia inconuenientia licitum esset cõtrahere clandestine: quoniã tunc etiã cessaret obligatio iuris positiui, quod propter huiusmodi inconuenientia constat emanasse. Cõtingit autem de facto pluries casus ille qñ matrimoniũ cõtractum est in facie ecclesie ꝛ consummatũ, et tamẽ fuit in veritate nullum propter aliquod occultum impedimentum dirimẽs: puta quia pecognouerat consanguineam vxoris. Tunc enim habita dispensatione per secretas vias potest ꝛ debet cõtrahi matrimoniũ sine testibus ad euitandum scandalum: imo nec coniugi dz impedimentũ manifestare, sed dulciter rogare vt pro consolatione sua velit se iterum acceptare in coniugem ℣ parte assentiente sufficit. Sic essi euitat ois infamia. ℣ intentũ habetur: ℣ nullum potest inconuenies sequi ex huiusmodi clandestino ꝛctu.

**An vero** Ante ꝛctũ in facie ecclesie mrimonium accidere possit casus in quo licitus sit cõtractus clãdestinus, nõ mihi occurrit de clãdestino per se, sed pot cõtingere de clãdestino p̃ accidẽs, q̃ sit aut licitus aut sine mortali peccato. Licitus qdem, si cõtingeret carere testibus, ℣ oporteret ꝛhere: vt si in bello seu direptione ciuitatis salui fierent cõiugati, possent persone habiles ꝛtrahere ℣ confitemare: vt vel sic euaderent opprobria ꝛc. cessant essi oia inconuenientia, ℣ preter intentionem est clandestinum matrimonium. Absq; mortali vo: vt si puella sub malignis turoubus, ne tractatur viro unpudẽti cum dãno debite sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca



votis aut hereditatis propue, oblata commoditate non valens habere testes presentes contraheret cum vtro grato, puderē ꝛc. sciēs quod post factum publicabūt ipsa ꝛ vir contractum: ꝛ sic preualebunt. Et quo enim parati publicare, contrahunt preter intentum et rationabili causa clam, excusantur saltem a mortali.

¶ An matrimonij contractus non propter prolem aut vitandam fornicationem, sit licitus. Quæstium. ij.

Circa Tertium vero (an matrimonij contractus non propter prolem aut vitandam fornicationem sit licitus) ratio dubij est: quia videtur sacrilegium, sacramentum non ordinari ad finem propriū: finis autem proprius sacramenti coniugij est proles educanda ad cultum dei, ꝛ remedium concupiscentie.

¶ In oppositum est coniugium inter beatam virginem ꝛ ioseph: quod neutrum finem habuit ex parte beate virginis.

**Ad hoc dicitur** Quod in contrahendo matrimonium, multiplex finis potest inueniri: quantum ad propositum spectat, quintuplex finis potest considerari. Primus est finis istius cōtractus ratione actus: ꝛ hic est proles vel remedium concupiscentie: hic enim est finis coniugij mediante concubitu: vt patet. Secundus est ipsius contractus ratione sui: ꝛ hic est mutua potestas corporum: ad hoc enim fit hic ℨ cetus, vt neuter coniugum habeat potestatem sui corporis, sed alter alterius. Tertius est eiusdem contractus ratione sacramēti, ꝛ hic est sanctificatio coniugum: vt vnusquisq; possit vas suum possidere in sanctificationem. Quartus esset si contractus iste ordinaretur a cōtrahēte ad aliud extraneum: puta ad aliquod maleficiū. Quintus esset finis nō contractus, sed contrahentis tantummodo: hoc est quod esset motuum vt finis ad hoc vt homo qui alias nollet contrahere matrimonium, applicaret se ad contrahendum matrimonij. Verbi gratia, quū dauid cōtraxit cum abisach sunamite, non ordinauit cōiugium ad calefaciendum se, sed applicauit se ad contrahendum cōiugium vt per mulierem calefieret: quum non esset alias dispositus ad contrahendum matrimonium.

¶ Quibus premissis dicenda sunt ad questionem motā dico. Primū directe rūdendo questo, q̄ contractus est licitus: q̄n̄ sufficit contingio habere vtrūq; finem suū proximum: finis autem proximus ipsius contractus ꝑm se est mutua potestas corporum, quatenꝰ vero sacramentum sanctificatio. Et propterea etiā si non intendant prolem neq; remedium cōcupiscētie, sed solūmodo esse cōtinges, ꝑm ecclesiam cōtractus est licitus. Et sic inter senes ꝛ quoscūq; non intendentes concubere, potest licite contrahi matrimoniū. ¶ Secundum est, q̄ cōmuniter extranei seu accidentes fines altero duoꝝ modorum contingūt: vel vt ratio non coniugij, sed cōtingēs talis: vel vt ratio applicationis ad contrahendū cōiugium. Ideo cōmuniter huiusmodi contractus sunt liciti: q̄n̄ vterq; modus est licitus. Exemplum primi modi habetur inter iacob et rachelē: propter pulchitudinē eīs ipsius, elegit ℨ here potius cū rachele, q̄ cum lia: dicens socero, seruiam tibi pro rachele filia tua minore ꝛc. Exemplum secundi habetur inter dauid ꝛ sunamitē. Et primus quidem sepe contingit, ꝛ clarus est omnibus. Secūdus autem amplius manifestatur exemplo ꝛ ratione. Simile quidem est si sacerdos aliquis nollet hodie celebrare, superueniente autē amico vt illi moriem gerat, applicat se ad celebrandum: ita si quis non intenderet matrimonio contingi, superueniente autem vidua promittente maria ꝛ montes, vt sibimet vtile faciat applicat se ad contrahendū matrimoniū cum illa, intendens illā habere cōiugē ꝛc. vtrobiq; esti aduentitius finis nō ponitur finis celebrationis aut coniugij, sed applicationis ad celebrandum seu ad contrahendum. Et hec est ratio quare contractus non redditur illicitus.

**Et per hoc** Patet responsio ad obiectionem in oppositum. Nam sicut sacerdos alias non celebraturus hodie: vt moiem gerat amico applicans se ad celebrandum non constituit per hoc amicum finem celebrationis, sed applicationis sue: ita qui propter bona temporalia alias non contracturus mouetur ad contrahendum coniugium, non constituit bonum illud extrinsecum finem coniugij, sed mutationis sue qua de non volente contrahere factus est volens contrahere: coniugium vero ipsum suscipit cum fine ipsius coniugij, etiam si de fine ipsius nihil cogitet: sicut dictus sacerdos celebrationem ordinat in finem celebrationis etiam si nihil cogitet de fine. Ecce ipso namq; quod intendit coniugium intendit ipsius finem, quamuis forte ad illum non se disponat: sicut sacerdos intendēs celebrare, vult ex ℨ ipso finē celebrationis, quāuis forte nō se disponat ad illū.

¶ An vsus matrimonij sit licitus ante benedictionē. Quæsitum. j.

Circa Usum matrimonij, dubium primo occurrit an sit licitus ante benedictionem. ¶ Videtur enim quod non. Tum quia sit contra statutum ac consuetudinem ecclesie: vt patet. xxx. q. v. in pluribus ca. ¶ Tum quia quis sine causa rationabili hoc sit, non euaditur contemptus: quem constat constituere peccatum mortale. ℨ

**Ad hoc** Dicitur, quod licet quibuscūm visum fuerit distinguendum de reddente aut petente debitum: et similiter de loco vbi est vel non est consuetudo huiusmodi benedictionis: ꝛ similiter de causa an sit rationabilis vel non. Mihi tamen videtur, simpliciter ꝛ absolute dicendum quod huiusmodi actus non est peccatum mortale. ¶ Et ratio est: quia nullum apparet in iure preceptū obligans ad mortale: imo expresse in fine ca. nostratibus: enumeratis concurrentibus ad nuptias, subditur quod hec omnia non seruare non est peccatum. Consuetudo quoq; non obligat ad mortale plus q̄ statutum: ꝛ tanto minus hec consuetudo obligat, quanto alicubi (vt in germania) nobiles nocte precedente benedictionem, consummant matrimonium: alicubi vero (vt in italia) pena apposita ab ecclesia maritis consummantibus matrimonium ante benedictionem tam leuis est, vt testetur manifeste aut nullum esse peccatum. ¶ Ex parte vero benedictionis quum nulla fiat sibi iniuria (quoniam nec contemnitur, sed suscipitur etiam consummato matrimonio) nec admiscetur propterea aliquod falsum seu mendacium, quoniam nulla sit de virginitate ibi mentio: nulla habetur ratio mortalis peccati. ¶ Hec obstat si dicatur quod canones presupponunt virginitatem in benedicendis, saltem in sponsa: vt patet ibidem ca. sponsus. Quoniam hoc de congruitate et secundum communiter accidentia intelligitur: vt patet ex hoc quod puella corrupta ante coniugem secrete ab alio nihilominus licite nuptialem benedictionem suscipit. ¶ Ex parte demum finis ipsius benedictionis idem apparet: quoniam ad duo ordinatur scilicet ad solemnem traductionem vxoris (quam constat propterea non omitti) et ad diuinam obtinendam benedictionem ipsorum coniugum: que etiam non omittitur. Ex quibus omnibus potest formari talis ratio. Actus coniugij ante benedictionem ꝛc. quum non sit illicitus nisi quia preuenit benedictionem ante debitam, non plus habet illiciti q̄ ex iniuria vellegis seu consuetudinis inhibētis vel benedictionis ipsius seu eius finis contrahat: sed ex nullo horum contrahit rationē peccati mortalis: vt declaratum est: ergo non est peccatum mortale.

¶ A veniali autem peccato non excusari matrimonij cōsummationem ex parte tam perentis q̄ reddentis ex eo patet, quod ordo ipse statutus lege vel consuetudine non seruatur: dum ante benedictionem fit quod post benedictionem agendum erat.

**Ad primum** Autem in oppositum, dicitur quod hoc argumentum nihil valet: siamus seu cōsuetudo ecclesie non seruatur, ergo est peccatum mortale: plus enim exigitur ad peccandum moraliter q̄ violare statutum seu consuetudinem ecclesie: quoniam nec omne statutum nec omnis consuetudo ecclesie obligat ad mortale. ¶ Ad secundum dicitur, falsum esse quod vbi deest rationabilis causa violandi seu non seruandi statutum et cōsuetudinem ecclesie, ibi est contemptus: stat enim quod ex infirmitate seu concupiscentia venialī fiat transgressio: ꝛ sic communiter videtur accidere in huiusmodi casibus. Et propterea quia communiter ex contemptu non fit, communiter non est peccatum mortale.

¶ An vsus clandestini coniugij sit illicitus mortaliter. Quæsitum. ij.

Secundo Queritur an vsus clandestini coniugij sit illicitus mortaliter. Et est ratio dubij: quia si pars affirmativa ponatur, aut hoc esset ratione annexi scandali aut ratione inhibitionis ecclesie. Sed scandalum tollitur si vsus est occultus, inhibitio autem ecclesie non facit peccatū mortale: quum in precedenti ar. ꝛc. clusum sit vsum coniugij ante benedictionem non esse peccatum mortale. Quod sit contra inhibitionem ecclesie.

**In oppositum** Est, quod vsus coniugij non legitimi est peccatum mortale: clandestinum autem matrimonium q̄uis sit verum ꝛ ratum, constat non esse legitimum: ergo.

**Ad huius** Euidentiam recolendum est, in cōiugijs dupliciter inueniri illicitum ꝛ mortale: vel quia malum, vt coniugium cum parente: vel quia prohibitum, vt coniugium cum affinibus seu cōsanguineis quarti gradus. Visus autē coniugij clandestini vtroq; modo illicitus inuenitur, et quia malus ꝛ quia prohibitus. Et siquidem malus, non ꝑm se, sed ꝑm sibi annexa. ¶ Ad cuius plenioem intelligentiam sciendum est, q̄ licet clandestinum coniugium cum eius visu habeat omnia requisita ad substantialia coniugij et eius actus, et propter hoc dicitur q̄ neutrum est ꝑm se malum: ex naturali tamē hominis proprietate qua est animal sociale atq; politicū, prouenit turpitudo in clandestino coniugio ꝛ eius actu. Ex hoc namq; q̄ homo est animal sociale ꝛ politicum, prouenit q̄ cōiugū ꝛ ipsius actꝰ debeant sic fieri vt sint sine offensa et periculo offendendi societatem politicam: visus autem clandestini coniugij annexum habet scandalum vite socialis, dum scitur commiscere personas que nesciunt coniuges: nec etiam sine scandalo appareret mulier grauida, ꝛ proles fieret ꝛc. Ipsum vero coniugium clandestinum annexum habet periculum offendendi vitam socialem: quoniā posset alter coniugū noua intre connubia, dum ignoratur ligatus altero cōiugio. Esti igitur tam clandestinum coniugium q̄ ipsius actus etiam si prohibitio legis non esset, de genere malorum moraliter non ꝑm se, sed ꝑm sibi annexa. ¶ Utrum autem sit mortale peccatum, considerandum restat ex vtroq; principio: scilicet annexe moralis malitie, et legalis inhibitionis. Ex parte siquidem moralis malitatis distinguendum occurrit, ꝛ dicendū: q̄ quādo actus huiusmodi habet annexam scandali turpitudinem, est peccatum mortale: quādo vero caret annexa turpitudine, nō est peccatum mortale. Et hoc ratio est in promptu: quia ex quo ratio peccati mortalis consurgit ex annexa turpitudine, extante illa fit peccatum mortale: ꝛ illa non extante, non est peccatum mortale. Notanter autem dixi actus huiusmodi, ad differentiam visus: quoniam frequēs actus qui visum constituit, impossibile est moraliter loquendo q̄ careat scandalo: nam frequens secreta conuentio personarum que possunt esse cōtinges, semper est suspecta, et experientia teste videmus scandala maxima ex huiusmodi visu prouenire. Ex parte autem inhibitionis ecclesiastice mortale peccatum videtur: quoniam euarissus papa (vt habetur xxx. q. v. c. alter) damnat huiusmodi cōiugia: ita q̄ non coniugia sed adulteria vel connubernia vel stupra aut fornicationes esse non dubitat. Quod quia verum esse constat in iudicio fori, in quo clandestinum matrimonium non est matrimonium ex auctoritate pape promulgatum, damnabilem constituit clandestini visum matrimonij. Simpliciter igitur ꝛ absolute loquendo visus matrimonij clandestini peccatum mortale est: vtpote scandalosis scandalo notabili, reddente vtrumq; coniugem infamem: ꝛ a iure damnatus vt adulterium seu fornicatio. ¶ Quocirca caueant confessores viduarum nobilium ne consulant fornicarie vt contrahat clandestinum matrimonium, quasi licite decepto satisfacture voluptati sue cum clandestino cōiuge: tum quia non sunt facienda mala vt veniant bona, ꝛ multominus vt euitentur pericula: tum quia per hoc non euaditur peccatum mortale in visu dicti coniugū: tum quia adiungitur periculum homicidij vtriusq; aut alterius coniugis: vt pluries vidimus nostra etate: consanguinei enim multo magis vindicant talia coniugia q̄ si fornicatio sola fuisset.

**Ad obiecta** Ergo in oppositum dicitur, q̄ licet actus visus seu aliquis possit esse ita occult9 q̄ careat ꝑm se omni turpitudine scandalosa: frequens tamen actus vt dictum est, esse non potest: ꝛ ille vnicus actus omnino occultus non caret periculo scandali: quia posset inde contingere, ꝛ sic scandalum sequeretur. Inhibitio autem ecclesie non similiter se habet ad visum coniugij ante benedictionem, ꝛ ad visum coniugij clandestini: quoniam primum simpliciter inhibet: secundum autem non solum inhibet, sed damnat vt stuprum seu fornicationem. ¶ Et ratio est disparitatis: quia actui coniugali debetur thorus publicus, hoc est publice preparabilis seu preparatus: vnde et coniuges conthorales dicuntur: clandestini autē coniugij actui non potest publice thorus preparari: quum coniugium ipsum publice habeatur tanq̄ non sit, quum probari non possit. Ante benedictionem vero publici coniugibus potest publice thorus preparari. Imo ꝛ de facto millies preparatur: ꝛ propterea actus coniugij clandestini merito reprobatur ac damnatur: actus vero publici coniugij non reprobatur nec damnatur, sed solius cerimonie defectu accusatur: est enim preceptum cerimoniale de non precuendo benedictionem: de non vrendo vero clandestino, est preceptum prope substantiale. ¶ Et hinc sequitur, q̄ non solum visus clandestinus actus vnius coniugij per se clandestini, etiam cum sterilis seu vetula que non potest concipere, quantumcumq; occultus est mortale peccatum, sicut ꝛ ipse contractus clādestinus propter damnationem ecclesie damnatis omnem contractum ꝛ concubitum clandestinum in sua specie: ac per hoc omnem concubitum ꝛ contractum clandestinum: ꝛ consequenter nisi rationabilis causa subsit contrahendi clandestine aut clandestine consummādi, damnationem sue speciei incurrit.



¶ De delectatione morosa. Triplex dubium.

Circa Actum coniugij, quoniam multa serius in commentarijs, precedentibus sibi in tractatu de luxuria, ꝛ quedam etiam in quolibetis, ideo ne eadem repetamus, pertranseundum est. Incidenter tamen dubia aliqua de delectatione morosa soluendo.

¶ An voluntaria delectatio de cogitato actu licito conditionaliter, sit mortale peccatum. Primum dubium.

Stantem Primum dubium, an voluntaria delectatio de cogitato actu licito conditionaliter, sit mortale peccatum. Verbi gratia: cogitat quis de actu coniugali cum tali muliere si esset vxor sua, ꝛ voluntarie delectatur de actu cogitato, an in hoc ꝛ similibus sit peccatum mortale. ¶ Et est ratio dubij: quoniam pro parte negatiua est q̄ delectatio est de actu licito, inrantum q̄ consensus in huiusmodi actum non est peccatum: si enim consensus in actum non est peccatum, ℨ fortiori nec cogitatio de illo erit peccatum. Pro parte vero affirmatiua est omnis religiosa conscientia, cauens huiusmodi delectationē: vt peccatū mortale.

**Ad hoc** Dicitur, q̄ sine dubio huiusmodi delectatio voluntaria est peccatum mortale: quia est simpliciter de concubitu decogitato actu. ¶ Ad cuius euidentiam, discernendum est inter consensum ꝛ delectationem: quoniam tam consensus q̄ desiderium ferri potest in obiectum vel absolute vel cōditionaliter: potest enim quis desiderare cibum absolute, ꝛ potest rursus desiderare ipsum sub conditione: pura si non esset dies ieiunij. Et quod dicimus de actu, idem intelligē de delectatione cōsequente actum exterius exercitum: nam potest quis desiderare delectationem cibi ꝛ absolute ꝛ sub conditione: puta velle delectari in comedendo si non esset dies ieiunij. Delectatio autem voluntaria consequens obiectum interius apprehensum ꝛ concubitum siue absolute siue conditionaliter, non potest distingui in delectationem conditionalem vel absolutam: sed ex hoc ipso q̄ inest huiusmodi delectatio voluntarie, est simpliciter et absolute delectatio. Unde cum aliquis desiderat actum coniugij cum aliqua conditionaliter: ad est si esset sua, nō peccat: quoniam desiderium obiectum habet recte rationi consonum: sed quum delectatur quis de huiusmodi actu conditionali cogitato, delectatio ipsa non est conditionalis: quoniam conditionalis nihil ponit in esse: huiusmodi autem delectatio ponitur in esse voluntarie. Et propterea delectatio ipsa non spectat ad obiectum desideratū ꝛ cogitatum quatenus est conditionale: ac per hoc redit ad naturam sui generis: scilicet delectationis motose de illicito concubitu. Ex hoc namq; q̄ actus vt conditionalis, non facit ipsam delectationem conditionalem: sequitur q̄ relinquat eam in genere delectationis voluntarie de concubitu secluſa condītione, que sola faceret illum licitum. Et hoc est nihil aliud dicere, q̄ relinquere illam i specie de lectationis voluntarie de concubitu actū illa conditio non esset cogitata: ꝛ hoc est q̄ timorate conscientie vtriusq; sexus reſiantur.

**Et per hoc** Patet solutio ad obiectum: quoniam non est idem iudicium de consensu ꝛ desiderio in actum exteriorem illiusq; delectationem sub cōditione, ꝛ de presenti delectatione voluntaria de eodem actu eademq; delectatione cogitata. Hec est verum, q̄ presens delectatio sit de actu licito: quoniam non est de illo conditionaliter: actus autem non nisi cōditionaliter est licitus.

¶ An vidua que voluntarie delectatur de coniugali actu preterito peccet mortaliter. Secundum dubium.

Secundum Dubium est, an vidua que voluntarie delectatur de actu cōiugali preterito, peccet mortaliter. Et est ratio dubij ambiguitas scribentium.

**Ad hoc** Dicitur, q̄ formaliter loquendo voluntaria delectatio de preterito actu coniugij non est peccatū mortale. Et ratio est: quia eiusdem motus est delectari de presenti, preterito vel futuro: huiusmodi enim differentie nō variant spe-

Universidad de Deusto
Biblioteca



siem motus de bono in malum: et propterea sicut simpliciter et absolute videtur consensus approbativo potest placere actus preteritus, ita potest delectari de illo. ¶ Et licet hec ratio sufficiat, manifestatur tamen ex simili: audet enim functus officio, potest voluntarie delectari de vindicta quam exercuit occidendo perturbatores reip, nec solum intus potest delectabiliter memorari, verum potest etiam delectabiliter hec enarrare: vt patet. Idem autem est iudicium de voluntaria delectatione in cogitatione, memoria, narratione et facto vindicte circuiscunqs alterius actus: memoria enim de iustis seu licitis eodem more est delectabilis quo et ipsa iusta elicita fuerunt delectabilia.

¶ Aduertendum tamen est hic, quod aliud est loqui de voluntaria delectatione preteriti actus liciti, et aliud est loqui de concomitantibus illam: nam stat quod ipsa delectatio de actu preterito voluntaria immunis sit secundum seipsam a peccato mortali: et tamen ipsamet vt annexum habet malum aliquod (puta pollutionez vel delectationem interiorem consequentem velleitatem actus similis preterito, aut consequentem insurgentem concupiscentiam) sit peccatum mortale. Et quia venerea (quantumcunqs licita quis cogitantur, annexam habent concupiscentiam carnis, motusqs qui etiam non precipiente intellectu insurgunt (vt experientia testatur) ideo si vidue delectatio periculum habet annexum pollutionis aut ruine anime ad aliquem pannum consensum huiusmodi delectationum annexarum (vt communiter videtur accidere voluntarie immorantibus in memoriis talibus) tenetur euitare huiusmodi memoriam, sicut tenetur fugere huiusmodi pericula. Sine his tamen, huiusmodi memoria communiter sunt peccata venialia: quia carent pia necessitate et vtilitate.

¶ An voluntaria delectatio de visa pulchra muliere, sit computanda inter peccata mortalia delectationis morose. Dubiū tertiū.

**Tertium est** An voluntaria delectatio de visa pulchra muliere, sit computanda inter peccata mortalia delectationis morose. Et est ratio dubij: quia simile videtur iudicium de delectatione omnis sensus: sed voluntaria delectatio de muliere tacta, spectat ad delectationē morosam: ergo et de visa.

**Ad hoc** Dicitur, quod quum nulla sensatio naturalis sit secundum se peccatum (quoniam est a natura ista cum consequente delectatione) proculdubio nisi mulieris visus aut tactus sit moraliter malus, delectatio voluntaria de ipsa visa aut tacta non est mala. ¶ Verum inter tactus et alios sensus est quo ad propositum differentia: in hoc quod visus mulieris pulchre secundum seipsum delectabilis, non est libidinosus nisi ex parte videntis ad malum ordinetur: tactus autem per oscula et amplexus vt est secundum tactum talem delectabilis est libidinosus, sicut et concubitus, nisi contingat bono honestetur. Quoniam delectatio sensibilis secundum quendam tactum scilicet oscultorum, amplexuum et huiusmodi, est secundum se a natura ordinata ad venereum: delectatio autem visus non est secundum se ad hoc ordinata. Hoc enim fit, vt illa ob solam delectationem exercitata sint libidinosa. visus autem minime. Et propterea sicut sensibilis delectatio osculorum etc. extra coniugium illicita est et secundum se mortalis (vt in commentarijs precedentis libri diffuse declaratum est) ita voluntaria delectatio de huiusmodi cogitatis, mortale peccatum est delectationis morose. Et per oppositum quia videre mulierem pulchrā, non est secundum se ordinatum ad venerea, ideo delectabiliter videre mulierem pulchrā, ex suo genere nullum est peccatū: ac per hoc delectabiliter cogitare de visa muliere pulchra, nisi otiose vel ob malum fiat, peccatum nullum est. Et hec similiter intellige de huiusmodi actibus secundum se: nam secundum annexa pericula iudicandum est iuxta canones periculorum: multi enim ex aspectu mulierum corruerunt: vt patet de dauid etc.

**Et hec** Sufficiant pro hoc libro super tertia parte diui tho. ac per hoc pro commētarijs integris super tota summa eiusdem: ad gloriam in primis omnipotētis dei, deinde ipsius diui tho. vtilitatem autem ecclesie. Sub correctione sancte sedis apostolice (in qua nunc sedet leo decimus pontifex maximus) cui et scripta et scribenda omnia subiumsa semper esse volo. Rome die. xix. Decembris. Anno christiane salutis millesimo quingentesimo vigesimo octauo: etatis autem mee quinquagesimo secundo. Amen.

## ¶ Ad reverendissimum ac illustriss. d. d. Julium medicem s. ro. ec. presbyterum cardinalem ac vicecancellarium: tractatus de indulgentijs thome de vio caietani cardinalis s. sancti xisti.

¶ Prologus.

Satis constat pater amplissime inter eos thesauros qui ab apostolice potestatis rhizono ad animarum salutem per ecclesiam diffunduntur, nequaqs in extremo loco ponendas esse remissiones illas quas trito iam nomine indulgentias appellamus. De quarum vi quum varias et pontificij iuris et theologie professoum opiniones esse animaduerterem, libuit mihi pro mea consuetudine, qui omnes meas lucubrationes ad ecclesie vtilitatem semper cōtuli, pro virili mea hic quoqs in summam compēdiūqs redigere, quid illud dicamus sit quod tanqs ratum certūqs de huiusmodi remissiōibus habeamus. Nostrum vero de hac re opusculum tibi iure optimo dedicandum censui tum sequutus illorum morem qui principibus viris inter grauitate, prudentia, fortitudine ac magnanimitate excultis, qualem te esse omnes gaudemus, libros suos nuncupare pregestiūt: vt sub illorum auspicijs honestati, gratiores in vulgus prodeant. Tum quia sanctissimi domini nostri Leonis. x. benignitate, in sacrum rosseum ausp̄icijs honestati, gratiores in vulgus prodeant. Tum quia sanctissimi domini nostri Leonis. x. benignitate, in sacrum rosseum auspicijs honestati, gratiores in vulgus prodeant. Tum quia sanctissimi domini nostri Leonis. x. benignitate, in sacrum ro. illorum auspicijs honestati, gratiores in vulgus prodeant. Tum quia sanctissimi domini nostri Leonis. x. benignitate, in sacrum ro. ecclesie senatum ascitus, inclite familie vestre in vniuersum ac ieosum et singulis vestrum, tibiqs presertim (quem precipuū mihi patronum dñmqs elegi) et meipsum et omnes ingenij mei fetus dedicandos esse cognosco. Addo etiam q̄ quum tu ro. ecclesie vicecancellarius diuo suffectus sis laurentio, cuius est officium sedis apostolice tractare thesauros ac dispensare: iure quodam suo nostrum hoc libellum in quo agitur de spiritualibus ecclesie thesauris, vt patronus ac preses tibi vendicas et ascisciis. Quo itaqs amplitudinē tuā, vt ea benignitate munus hoc quoqs meū accipias, qua et meipm maximo tuo bñficio honestatū dignatus es in clientelam accipere.

¶ Que a pluribus constant de indulgentijs. Capitulum primum.

**De ortu** Indulgētiaꝝ si certitudo haberi possit, veritati indagāde opē ferret: verumq; nulla sacre scripture, nulla pluriū doctoū, greco ū aut latino ū autoritas scripta huc ad nostram deduxit notitiam: sed hoc solum a trecentis annis scripture cōmēdarij est de vetustis patribus q̄ beatus greg. indulgētias stationū instituit: vt in. iiij. sen. diui tho. habetur. Vnde sicdē post greg. legimus q̄ quidā indiscretas et superfluas indulgētias dabāt: vt innoc. iij. in. c. quū ex eo. extra de pe. et re. dicit. Et per. xl. forte annos antea ab alex. iij. ppositā de indulgentijs datis ab epis q̄ndē solutā inuenimus ibidem in. c. q̄s aūt. Ex verbis quoqs inno. iij. in ca. excōicamus: extra de here. §. catholici: apparet cōcessam fuisse indulgētiā eūtibus in subsidium terre sancte. Et cuius non inueniatur iure. Idubie tamen tenetur cruciate expeditionem fultam fuisse indulgentia plenaria. et hoc hñ dicitur in parte decisa decretalis ad liberandam. extra de iudeis.

¶ Ad hoc ergo questio eis venit, q̃ si talis pollutio in somno nõ esset peccatum mortale, nec in vigilia, ⁊ si in vigilia, q̃ ⁊ in somno. ſ Nec obstat hic, si dicatur q̃ hoc nõ sequitur, quia in somno homo nõ põt peccare. Quia hoc non est verum nisi de peccato volũtario secundũ seipsum, ⁊ quo ad actum electionis seu imperij: quia scilicet non potest tunc illud imperare vel eligere. Peccatum aũtẽ voluntarium in causa ⁊ in seipso, potest homo cõmittere in somno vt ex quens. Mulier enim que ideo obdormit, vt a consanguineo quasi nescia oppũmatur, incestus rea est ⁊ virginitatem vtramq; perdit, si ab eo dormiens cognoscitur: electus est enim tunc somnus vt mediũ cõueniens ad perpetrandũ peccatum. Nec minus reus est vtẽs seipso dormiente ad peccandum q̃m vtẽs ministri alicuius opera ad explendũ homicidium, qõ cõtingit compleri dormiente eo qui precepit. ſ Pari igitur mõ cadẽ existẽte ratione boni vel mali in somno vel vigilia in proposito, cũ constet ex sancto tho. in. iij. sen. di. xx. q̃ pollutio in somnis accidens, cum secundum se non sit voluntaria, secundum causam considerãda indicãdaq; est, ⁊ q̃ pollutio ꝓuentens in somno ex cogitatione disputationis vel predicationis de materia venerea non est peccatum. prouenies vero ex cogitatione tali ⁊ delectatione absq; consensu est peccatũ veniale: sequitur q̃ si pollutio secundum se non voluntaria in vigilia ex eisdem contingat causis, eodem quo q; modo aut non sit peccatum aut sit venale. ſ Nec obstat si dicatur, q̃ sequela futura in somno aut nescitur aut non consideratur, sequela aũt que tunc est in vigilia, ⁊ scitur ⁊ consideratur. Quoniam sequela in somnis sciri potest: tum quia naturalis causa est vt in pluribus: multiplicata enim imaginatio venereorum, naturalis est causa seminationis, vt experientia testatur: tũ propie nature cognitione: tum quia si sciret aliquis sequelam futuram in somnis, non propterea peccaret. Et idem est iudicium de consideratione: potest enim quis considerare hoc actualiter, ⁊ si consideraret, non propterea peccaret. Nõ enim causa quare talis predicator aut disputator non peccat aut non nisi venialiter peccat, assignatur: q̃ nescit talem sequelam, aut quia non aduertit: sed quia cogitatio talis nullum peccatum est, delectatio vero sine consensu veniale. ſ Et confirmatur hoc: quia aliter non redderetur ratio de disputatore ⁊ predicatore absolute, sed tali scilicet ignorante aut inaduertente: cum tamen de eis absolute sit sermo. ſ Ex his igitur patet tam hoc demonstratum esse q̃ huiusmodi pollutiones q̃ secundum se non sunt volite, sed displicent, sine in somno sine in vigilia, tantum habent boni vel mali, quantum in sua causa sortiuntur. Si ergo auditio talium in confessione vel extra sine peccato est, ipsa quoq; sequens pollutio sine peccato est: ⁊ similiter si cũ peccato venali ipsa quoq; venialis est: ⁊ si cum merito, ipsa quoq; cum merito est. Cum igitur confessor non solum qui tenetur (vt curatus) sed quilibet vacans animarũ saluti, sine peccato quandoq; ⁊ quandoq; cum veniali tantum et quandoq; cum merito audiat talia, interroget respondeatq; consequens est, vt patiendo talem pollutionem quandoq; non solum non peccet, sed mereatur: ac per hoc non virginitatem perdit, si virgo est: nec ecclesiam polluit, si in ecclesia hoc accidit, quemadmodum nec personam suam sacram polluit: sicut nec si in somnis hoc pateretur, Hec de primo.

**Quo ad** Secundum: iam habetur ex dictis vna ex communibus ratio scilicet q̃ voluntarium in causa tantum, mensuratur in bonitate ⁊ malitia morali secundum bonitatem vel malitiã cause tantum: sed hec pollutio (de qua est ꝙstio) est voluntaria in causa tñ, ergo ⁊c. Cum igitur cã quandoq; non mala, ꝙq; bona sit moraliter, restat vt pollutio ipsa mala moraliter non sit. ſ Et propriis ꝙs[illegible] obatur dicta conclusio ⁊c. Voluntarium indirecte, i. qꝫ est in ꝓ[illegible]estate volũtatis, nõ imputatur voluntati ex eo quia potest facere ⁊ non facit, sed ex eo q̃ potest ⁊ debet facere ⁊ nõ facit. Sed in proposito pollutio hec nõ cadit sub volũtario nisi indirecte (qꝫ. l. volũtas non diuertit ab auditione, que est eius causa) ⁊ volũtas cũ[illegible] nõ tñ debet diuertere a tali actu auditionis, cogitationis ⁊ similiũ: ergo hoc nõ imputat volũtati. Declarat minor: q̃ nullus artifex debet omittere inchoationẽ aut profecutionem operis propter defectus consequentes ex necessitate materie: stulte esñ aliquis omitteret cõstructionem serre aut gladij ex eo q̃ rubiginem contrahant: propterea q̃ ex ferro fiunt: ⁊ sic de alijs. Pollutiones autem ⁊ stimuli carnis in proposito cõtingunt ex necessitate materie: ex eo enim quod res venerea est materia purganda, lauanda, disputanda, predicanda, cogitanda, exinde naturali sequela, sequitur commotio carnis ⁊c. ſ Testatur autem hoc non solum experientia, sed doctrina triplici de anima, vbi in capitulo, de motiuo principio vult aristo. quod quandoq; intellectu non precipiente, ex imaginatione moueatur pars aliqua corporis ⁊c. Non igitur debet homo propter defectus contingentes ex necessitate materie venerge, omittere non solum necessarias, sed vtiles cogitationes, locutiones, auditiones ⁊c. nam aliquin oporteret aut angelos, aut viros valde priuilegiatos tãtum, de huiusmodi disputare, audire ⁊c. cuius oppositum ecclesiastica habet consuetudo, ⁊ ratio docet. ¶ Unumaduerte in re hac quatuor: primum in mente: secundum in imaginatione: tertiũ in ore: ⁊ quartum in corpore. ſ In mẽte quidẽ, ne ex auditione huiusmodi multiplicetur tẽtatio in mẽte: aliud est enim tentatio in mẽte, ⁊ aliud in carne tñ: hec enim (vt dictum est) ex necessitate ꝓuenit materie, ⁊ ꝺ voluntatẽ fuisse ꝓsupponitur. Illa autem ad voluntatẽ currit: ⁊ ad cõsensum trahit. Si enim aliquis ex his periculo cõsensus, primus fit: omittere dz tã incoationem q̃m, ꝑsecutionẽ: quoniã ad mortale petñ nulla rõne, ꝓperandum est. ſ In imaginatione vero, ne timeat commotiões carnis: quoniam sicut imaginatio lapsus pedum, facit labi (quia excitat motũ circa partes imaginatas, ita imaginatio huiusmodi cõmotionũ, que magna est in timentibus: causat illas: eueniteq; actualiter timentibus: vt vnde credunt obuiare cõmotionibus, inde excitent. Et hoc dico de timore habẽte ꝓ obiecto huiusmodi cõmotiones: timor autem habens ꝓ obiecto dei offensam cũ eleuatione ab imaginatione talium, valde iuuat cõtra huiusmodi commotiones. Unde huiusmodi confessores saluti animarũ vacare sic debent, vt de huiusmodi cõmotionib⁹ quas patiunt, ẽtum possunt nõ cogitet q̃ uis sentiant: ipsa enim cogitatio in causa est. ſ In oze autem, ne superfluas faciant interrogationes in hac materia: ⁊ ẽtum possunt celeriter hec pertranseant: agentia namq; naturalia magis videtur agere ex mora, q̃m ex magnitudine virtutis. ſ In corpore demũ ne putent omnem ẽfluxum humoris esse seminationem: est enim preter vinam ⁊ semen, tertius quidam humor, qui ex calefactione seu ex inflammatione carnis fluit: de quo nisi cum rebellione carnis veniret, non magis curandum est q̃m de sudore videtur. Hunc aũtẽ non ratione sui, sed tentationis cauenda est, non tamen tanq̃m pollutio: vñ non excedit limites peccati venialis. Hec de scõo.

**Quo ad** Tertium. Pro solutione obiectorum memorato duarum distinctionum tam positarum, altera est de voluntario in seipso, ⁊ volũtario in sua causa tantum, altera est de voluntario in sua causa tantum, aut quo ad conditionem electam in causa, aut ex necessitate materie eiusdem. Seminatio enim voluntaria, in seipsa, extra matrimonium est peccatũ mortale: voluntaria aũtẽ fm causam, ⁊ non quatenus est electa, sed ex necessitate materie, non est peccatũ, imo meritoria quãdoq;. ¶ Et per hoc patet rñsio ad primũ ⁊ tertiũ. Idẽ enim est iudicium de causa ⁊ effectu ⁊ antecedente ⁊ cõsequente. ¶ Quis etiam possit ad vtrumq; argumentũ aliter distingui de voluntario in cã seu indirecte: q̃ quoddã est q̃ volũtas põ ⁊ dz in sua cã vitare: quoddã est q̃ potest q̃dam, sed nõ dz: ⁊ q̃ primũ est peccatũ, secũdũ non. Et quia pollutio in casu proposito est voluntaria in causa tantum secundo modo, ideo ẽjus sit quodãmodo voluntaria, nõ tñ est voluntaria imputabilis. ¶ Ad secundũ vero dz. q̃ licet oĩs concupiscentia carnis aduersus spiritũ sit cũ peccato: nõ tamẽ habet rõnẽ peccati ex hac ꝑte, qua procedit ex cogitatione vtili et quandoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



ueritoia: vnde hec causa excusat quantū est ex pte sui, et a mortali pollutione, z a veniali tentatione. Sz qz pollutio aliis de nō hz rōnem mortalis: ideo simplr restat sine mortali: concupiscentia aūt carnis aliunde pōt habere rationem venialis: z ideo nō concluditur, q concupiscentia carnis interueniens simplr non sit veniale peccatum. Et hec de questione hac dicta sufficiant. Florentie in sancto marco, die. xiij. octobris. m. cccc. xix.

¶An in purgatorio possit esse meritum &c. Questio. xvij.

VTrum In purgatorio possit esse meritum aut charitatis augmentū. Et videt q sic. Primo, qz vita ex penis purgatorij est timore imperfecta charitate, preedens: q desinere nō potest nisi charitate pfecta: que foras mittit timorem. prime iohan. iiij. Probat assumptū: qz horor mortis, q implecte animę est charitati, peccatū est: qz qui voluntarie non morit non obedit deo vocanti nisi inuitus: huiusmodi autem horor animā sequitur in purgatorio proportionaliter. ¶Secūdo, quia anime in purgatorio sunt in via: impossibile aūt est eē statū in via in qua nō pgredi, reuerti est: vt Hiero. dicit. ¶Tertio, quia virtus in infirmitate perficit. prime ad cor. xij. in purgatorio autē est maxima infirmitas. ¶Quarto, qz diligentibus deum omnia cooperant in bonū ad ro. viij. igitur z his qui sunt in purgatorio. ¶Quinto, quia impossibilis est vlla creatoris perseuerantia nisi accipiat magis atq magis: agitur non perseuerarent in charitate qui sunt in purgatorio nisi magis &c magis acciperent.

**Ad euidentiam** Huius sciendum est, q qz statq purgatorij est a nobis remot, et parum de eo in scriptura sacra habet. opz nō ex opinatis sz ex certis inuestigare qđ querim⁹. Certū aūt est imprimis q statq ille mediꝰ est inter nostrū z beatorū statū: dum nos omnino in via, beati omnino in termino felici, illi vero q in purgatorio sunt nō totaliter in via aut extra viā, z similiter nō totaliter in termino aut extra terminū sunt. Et quidem q nō totaliter in via sint. ex eo patet q extra viam cōmunem ad inferos z superos, non possunt incurrere amplius supplicium eternū. Et similiter q nō totaliter sint extra viā. ex eo patet q adhuc nō peruenerunt ad patriā celestem: pro qua assequenda purgātur. Et hinc patet quoqz q nō sunt totaliter in termino, ad quem continua purgatione appropiquāt nec sunt totaliter extra terminū, in quo sunt sic diuisa cōfirmatiōe fixi. vt ab illo diuerti nequeāt. Ils ec de purgatorij statu vt certa cōmuniqz ecclesie sensu cōfessa habemus: ex quibus clare patet an purgatorium sit vt via vel vt terminus quo ad meritū. Sed qm̄ status purgatorij nō est per se sed per accidens medꝰ inter nostrū z patrie statum (vt patet ex hoc q medium per se est in quod oportet ex altero procedentem extremo. primo peruenire q̄s in extremū: vt patet v. phy. z. x. meta. constat autem q ex hac peregrinatione multi in celestem patriam perueniunt absqz transitu per purgatorium: nō igitur est purgatorij status per se medius inter nostrū z beatorū.) et ꝓpterea ex ratione medij si ꝓcesserimus facile fallemur: cōtingit eiā in his que sunt p accidens etiam sapientes falli. Quocirca oportet videre penes quid est medium purgatorii. vt sic veritatem que siti sciamus: inuenimus autem ab ecclesia diffinitum purgatorium esse medium quo ad satisfactionem p actualibus peccatis, hic tantū quādo homo in charitate decedens non plene satisfecit pro illis in hac vita: ita q si homo in charitate decedens satisfecit hic. non transit per purgatorium. et si non satisfecit hic. trāsit per purgatorii. Et qua determinatione iuxta regulā non topicorum sed posteriorum analeticorū: si affirmatio est causa affirmationis, negatio negōnis. z econtra in causis ꝓpriis: habemus q purgatorij per se z propie nō est nisi ad satisfactionem debitā p actualibus peccatis exoluendā. Hā affirmatio satisfactionis adhuc debite in decedente in charitate. est causa affirmati trāsitꝰ per purgatorium: z negatio debite satisfactionis in decedente in charitate, est causa negati transitus per purgatorium. Habetur autem hec determinatio in cōcilio flor. sub eugenio. iiij. inter definita pro concordia grece z latine ecclesie: vbi sic legitur: Si vero penitentes in dei charitate decesserint anteqū dignis penitentie fructibus de commissis satisfecerint z omissis: eorum animas penis purgatorijs post mortem purgari. Ubi apparet affirmationem debite pro actualibus peccatis satisfactionis. esse causam purgatorie pene: et subditur: Illorumq animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerūt. illas etiam que post cōtracti peccati maculam vel in suis corporib⁹ vel eisdem exute corporibus (prout superius dictum est) sunt purgate. in celum mox recipi z intueri clare ipsum deum trinum z vnum sicut est. Ubi patet negationem debite satisfactionis poni causam negationis purgatorie pene: dum z baptizatos sine adiuncta decedentes culpa, z eos qui in suis corporibus satisfecerunt. mox in celum recipi z intueri clare deū sicut est, diffinitur. Ex his siquidem patet, q nec pro fomite purgādo (qui etiam in baptizatis remanet) nec pro reliquijs quibuscūqz. nisi satisfactione debita pro cōmissis vel omissis, pene sunt purgatoue. Et similiter nec pro merito augendo: quoniam satisfacere pro peccatis nec meritū nec cum nouo merito oportere esse: quia nihil aliud ē est q̄s exoluere penas debitas. Credendum est igitur z pro determinato habendum q anime in purgatorio nō sunt in via quo ad meritum. ¶Et confirmatur auctoritate aug. in enchi. cap. ex. de purgatorio loquēdo dicentis. q illis prosunt ecclesie suffragia. qui hic meruerunt vt eis prodessent. Et rursus: hic omne meritū cōparatur. Et rursus: nemo speret quod hic neglexerit. cum obierit a domino se promereri quo possit post hanc vitam releuari quispiam. Et quibus absqz alia probatione patet, quod ponere meritum post hanc vitam, contradicit sententie beati aug. apertissime. Et in literis apostolicis, vbi dat indulgentia pro defunctis. dicitur de illis: quo magis alterum eg̃ suffragijs. z quo minus sibipsis proficere valent. Consonat autem hoc etiam rationi recte: qz ex eo q constat illos qui in purgatorio sunt. non posse demereri (alioquin possent dānari) cōsequens est vt non possint mereri. ¶Quocirca cōsequenter ad determinationem ecclesie loquendo. dicendū est ex similitudine in naturalibus: q̄ quēadmodum naturalia corpora extra propria loca genita. (puta si lapis genitus sit in loco superiori) habent determinationem sui ad propriū locum. a quo impediuntur propter aliquod prohibens motum. ita decedētes in charitate habent determinationem sui ad celestem patriam. ad quā statim irent nisi prohibens pena debita temporalis pro peccatis adesset. Et ꝓpterea sublata pena. vel per propriā exolutionem vel per aliorū suffragia. statim celum adit: sicut graue remoto prohibenti tendit deorsum. Et sicut nihil acquirit graue ex remotione prohibentis (sed iuxta priorem gravitatē tendit ad propriū locum) ita anima ex remotione prohibentis. iuxta sortitam prius charitatem in celestis patrie mansionem sibi paratam intrat. Et hec sic exemplariter sint exposita: z vt nouitij intelligere possint. qualiter anima in morte fortur diffinitionem sui status quo ad meritū z demeritum. z cū hoc stat q impeditur a cōsequtione regni celestis propter debitā penam: que absqz merito exoluitur z aufertur a suffragantibus. velut a remouente prohibēs. Consonare siquidem discursum hunc determinationi ecclesie de purgatorio pro sola satisfactione necessario. cuilibet exercitato facile patere potest. Quod tanto magis approbandum est. quanto illi omnia consonare videntur: que de purgatorio habentur: legitur enim scōi Mac. xij. Sancta ergo z salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Soluī enim vinculi absolutionem importat: detinentur enim penalibus vinculis suorum peccatorū. Nec obstat si in textu hoc nō inuenit: quia maior est ecclesie authoritas. ex libris. hoc docentis. Purgatorij quoqz nomen ideo accepit, q a peccatorum penalibus immunditijs animā purget: vt idonea sit ciuis celestis patrie. ¶Et quia status augmenti charitatis ad statum meriti eiusdem spectat (nam augmētum charitatis terminat illius meritum) eadē ratione qua charitas in purgatorio extra statū est meriti. a statu quoqz augmenti excludit.

**Ad primum** In oppositum dicitur, q cōcesso in purgatorio timore non damnationis sed pure rationis magne future pene (vtpote quia incerti sunt de affuturis suffragijs diminutiuis penarū) non propterea sequit q oporteat charitatem augeri ad excludendum timorem: qm̄ potest aliunde timor auferri. ex certificatione tristitie z ęgritudinis pene. Sed argumentum fallum assumit. s. q timor ois aut ille ex imperfecta procedat charitate: potest eiā cū pfectissima charitate stare timor ex parte timoris chasti. Nec obstat q perfecta charitas foras mittit timorē: quoniā nō vniuersaliter sed particulariter intelligitur. Falsum gloss. de timore: scilicet seruili vel initiali in eum quoqz est. q horor mortis sit peccatum: qm̄ naturalis est. Si cum imperfecta charitate sit. non tamen ex illa, sed ex naturalitate mortis. Et licitum est inuoluntarie. voluntate naturali. voluntate rationali. quod dicendo nolle mori non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Ubi monstratur esse et submittere tamen se voluntati dei: talis autem voluntas quicumqz in charitate decedit. illiusmodi autem voluntas naturalis fugiens naturaliter penas. comitatur animā si ad purgatorium accedit. z facit animā tristari de penis. q tristitia non potest maxime in dānatis non impedit eos a perceptione sui



anīma. nisi ipsa posset separari a seipsa: sz actꝰ eius (puta tristari. timere) cessant cessantibus eorū materijs seu causis. s. malis pene. Et ideo nō oportet crescere ꝓpterea charitatē: sz desinere obiecta tristitie z timoris: que stāte equali charitate tolli posse cōstat. Veritas etiā si ala secū aliquod timoris vel alterꝰ passiōis genꝰ defert. nō ꝓpterea oporteret nouū in illa meritū ponere ad delendum illud genꝰ: vt patet matth. xij. in glo. ꝗ̄p illo ☞ bonos in futuro dicente: que dā culpe pue. s. in futuro lamentur: que quidē post morte grauant. sed z diminuunt si homo bonis actibus in vita vt ibi dimittant ꝗ promeruit. Hec illa. ¶Ad secundum dicitur, q anime in purgatorio eo modo quo sunt in via, pgrediunt: sunt eiā in via quo ad satisfaciendum: z cōtinue ꝓgrediunt exoluendo per se vel per alium. ¶Ad. tertiū dr, q ad literā aplis loquit in hac peregrinatione: in qua virt⁹ in infirmitate perficitur non directe (infirmitas enim nō est virtutis pfectiua) sed occasionaliter. Nō est aūt in purgatorio huiusmodi occasione op⁹. vbi nō est statꝰ pficiēdi. ¶Ad quartū dicitur, q diligentib⁹ deum oia cooperantur in bonū celestius beatitudinis: z sic oia in purgatorio cooperantur animab⁹ in bonum celestis patrie: quia in maiorē appropinquationē in illud. ¶Ad quintum dicitur, q ly magis ac magis potest referri vl ad rem acceptam. vt sit sensus, nisi maiorem rem accipiat: z sic falsum assimilatur: cōseruatur enim res sine augmēto sui. Vel ad acceptionē: vt sit sensus, nisi maior extensiue sit acceptio: z sic est verum: enim in nihilū redigerentur. nisi ea manus omnipotentis conseruaret. inquit greg. Unde ex hoc non habetur augmentum charitatis: sed conseruatio eius. Augustę die. xvij. octobris. m. cccc. xix.

¶An omnes alie in purgatorio sint certe de sua salute. Mō. xvij.

**Videtur** Utrum anime eōs in purgatorio sint certe de sua salute eterna. Et videtur q nō. Primo, quia pene inferni z purgatorij sunt eedem: ac per hoc tantus est pauor z horror animarum quarum animarū: vt impediat eas vt nesciant in quo statu sint. ¶Preterea. Quia multe defunctorū anime apparuerunt defectuose statum suū: z anq̄ deus sic eas iudicauerit: suspenderit tamen promulgationē sententie respectu illarū. ¶Tertio, q nulla ratione aut auctoritate scripture aut ecclesie inuenit, q omnes anime in purgatorio sint certe de sua eterna salute &c. ¶In oppositum est communis ecclesie doctrina.

**Ad euidentiam** Huius questionis sciendū est, q quum quelibet alia a corpe separata videat seipsam. z omnes species seu habit⁹ in seipsa existētes (qm̄ directe in nutibus eius fertur in seipsam nō impedirā a corpe: vt in hac vita cōtingit) cōsequens est vt anima existens in purgatorio vt sciat charitatem seu gratie habitū in seipsa existentem: ac per hoc sciat q est in statu gratie: cōsequenter est certa de sua salute eterna. ¶Et confirmatur: qz in omni anima separata qđ purgatur remanet fides z certa cognitio quā hic habuit q omnes in purgatorio sunt de numero electorū: z scit se esse in purgatorio: ergo est certa de sua salute. Probatur q sciat se esse in purgatorio: quia retinet certam fidem quā hic habuit: scilicet q nō datur quartus gradus animarū separatarū baptizatarū: sz aut beate. aut dānate. aut purgande sunt statim post mortem: z scit se esse baptizatā. z extra hāc vitam corpoream. z non beatam nec dānatam. ii: ergo purgari ad eternam salutem. ¶Et confirmari idem potest ex parte spei: remanet siquidem in ois animabus purgatorij virtus non solū charitatis z fidei. sed etiam spei non otiose. sed tunc maxime accense ad finem obiectum. quod est beatitudo eterna. Et quum spes sit certa expectatio future beatitudinis: quam in dānatis impossibile est esse. sequitur idem quod prius.

**Ad primam** Ergo obiectionem dicitur primo, q licet aliquę pene sint cōmunes inferno z purgatorio non tamen eodē modo ex parte patientiū: quia patientes in inferno diuersissimo modo sunt dispositi a patientibus purgatorio. Quia qui purgant. habent voluntatem rectam z conformem voluntati amātis iustitiā dei. z sperantes in deo ac ipsius bonitatis: dānati vero oppositō modo se habent. Et ꝓpterea ignis communis inferis z purgādis nō eodem modo suscipitur a dānandis z purgandis: z ad modorum diuersitatem spectat error. Primo enim horror est z diuine iustitie z penarum propter peccata voluntatem eorum purgatorio vero dolor quidem pertinet. sed non horror. est: quia amant diuinam iustitiam. z libenter eā vellent maxime in dānatis non impedit eos a perceptione sui status. nullo minus impediret purgandos a perceptione sui sta-

tus: non enim horror maior in purgatorio q̄s in inferno est. ¶Ad secundum dicendum, q doctrina ecclesie non inhereat incertis visionibus: quales sunt iste. quas ecclesia nō approbauit: z forte fuerunt somnia aut extases, aut syncope: aut illusiones demonū ad nouā dogmata inducenda. ¶Ad tertium patet ex dictis, q certa ratione habetur omnes animas in purgatorio certas esse de sua eterna salute. In Augusta. xxv. septembris. m. cccc. xviij.

¶An imperfecta charitas necessario deferat secū post mortem, timorem penalem. Questio. xix.

VTrum Imperfecta charitas necessario deferat secum post mortem. timorem penalem. Et videtur q sic: quia imperfecta charitas q̄diu homo est in hac vita habet secum timorem (qm̄ de sola perfecta charitate scriptū est prime Jo. iiij. perfecta charitas foras mittit timorem) sed ex sola morte nō perficitur: ergo necessario fert secum timorem: sed timor penam habet: vt ibidem dicitur: ergo.

**In oppositum** Est: quia si sic esset, oporteret vt quilibet imperfecte charitatis transiret per purgatorium: quoniam nullus ingreditur celum cum timore penali, sicut nec cum quacumqz alia pena.

**Ad euidentiam** Huius sciēdum est, q quia de statibus vite future id tenere debem⁹, qđ scripture sacre aut ecclesie auctoritate didicimus. Hinc circo oportet hic supponere ecclesie diffinitionē, scilicet q si aliquis baptizatus moriatur anteqū culpam aliquam committat. ipsum in celum mox recipi. z intueri clare ipsum deum trinum z vnum sicuti est: vt sub Eugenio iiij. in cōcilio Flor. patet. Et qua diffinitione sequitur q charitas imperfecta nō necessario fert secum post mortē timorē penalē: quoniam cōstat baptizatum hodie Johannē adultum. z statim absqz cōmisso peccato aliquo defunctum. non oportere habuisse charitatem perfectā. Imo cōmuniter baptizati sortiuntur charitatem imperfectā. qz incipientiū. z deinde proficiunt. et demum sunt pfecti: charitas enim meretur augeri. z aucta meretur perfici fm aug. Nō consonat igit ecclesiastice doctrine. charitatem imperfectā ferre secum necessario post mortē timorē penalem: a ratione quoqz diffinat huiusmodi necessaria cōsecutio. Habes quoqz ex dicta diffinitione fio. cōcilij. alias nō retardari a visione dei z beatitudine. ex hoc q ꝗdiu viperūt in corpore. fomitē cū imperfecta charitate habuerūtanam si retardarentur. non statim baptizati qui post non peccauerunt. beati migrantes essent. Nam quum timor seruilis a quacumqz minima charitate excludat. qm̄ per charitatem filij sumus dei. z non per spiritum seruitutis in timore. sed spiritum adoptionis filiorum dei accepimus. in quo clamamus abba pater. fm apostolum) timor quicūqz alius cōpossibilis charitati nō necessario ponitur in actu ex sola imperfecta charitate. sed oportet aliā positiuam causam apponere: puta aliquod malum imminēs. Sed stat q homini imperfecte charitatis nihil imminentis mali occurrat post mortem: puta quia est in statu in quo satisfecit plene pro omnib⁹ peccatis suis: ergo charitas illius nullum penalem secum ducit timorem: sed statim perficitur perfectione patrie celestis. Et sic licet in toto tempore precedente charitas cōpassa fuerit aliquem timorē: ratione tamen status illius hominis (quia. s. nulli culpe nulliusqz pene malo pro peccato subiacere tunc inuenitur) in primo instanti quo nō viuit hic sed ibi, charitas illa perficitur perfectione patrie: vt dictum est z non nisi timorem illum secum retinet qui permanet in seculum seculi.

**Ad obiectionem** Dicitur. q̄ glo. ibidem exponit de timore seruili: qui nec cū perfecta nec cum imperfecta charitate manet. In cuius signum text. dicit virtumq; z q timor nō est in charitate, z q perfecta charitas foras mittit timorem. Aliter exponit primum de timore seruili. z secundum de timore initiali. ¶Aliter z alius posset exponi de timore simpliciter z charitate simpliciter: vt sit sensus: timor non est in charitate: quia scilicet necessario comitat charitatē. Et ratio reddit. q: perfecta charitas (q̄ scilicet est pfectio z perfecta simpliciter) foras mittit timorē: q timor penam habet. Charitas aūt simpliciter sine omni etiam passibili malo z pene z culpe est: charitas enim quum sit vna ex perfectionibus simpliciter. cōmunis est deo et creaturis: z in solo deo inuenitur perfecta. sicut et sapientia et bonitas: in quo nullum cōpati timorem siue naturalem siue reuerentialem manifestum est. Et hec expositio licet sit quo ad text. illō noua: est tamen in se vera. z non aliena a text. illo incipiente ibi. de charitas est &c. z ex charitate dei perfectionē charitatis in nobis imitandam proponente z docente. Sed ad propositum sufficit ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca



positio duplex inducta ex glosa. ¶ Ad id vero qđ dicit, q̄ per solā mortem charitas nō perficitur: r̄ndetur q̄ sola mors non perficit charitatē: ꝫ solus deus gloriosus inuenies hominem in morte liberū a culpa r̄ pena peccatis cōmissis debita, perficit charitatem, lumē gloue illi infundendo, r̄ ad visionem fruitionēq̄ sue maiestatis illum admittendo. Auguste die, xiij. octobris. 1518.

¶ An iustus timendo penam, peccet. Questio. xx.

Trū Justus timēdo penā peccet. Et videtur q̄ sic. Primo, q̄ iustus nihil timere dz̄ nisi solum deū. ℣ Tū secundo, q̄ timor ipeneset ex amore sui, qui est peccatum: charitas enim non querit que sua sunt: prime ad cor. xiij. r̄ ab apostolo vituperantur. ij. ad timo. iij. homines seipsos amātes: r̄ infinite ad hoc sunt autoritates. ℣ Tū tertio, q̄ ratio suffragat: q̄ odio ipis penā, plus amat suā quietē q̄ dei iustitiā r̄ voluntatē: hoc aūt cōstat esse iniquum. ℣ Quarto, q̄ timor omnis ex diffidētia est: iuxta illud: confidite, nolite timere: r̄ filia: diffidentia aūt peccatum est: ergo ꝛc.

Ad euidentiā huius questionis sciendum est, q̄ timor ꝫ dolor conueniunt in materia hac scilicet malo pene: vt patet: r̄ vtrumq̄ est de his que nobis nolentibus accidunt (vt aug. dicit) q̄uis differenter: quia dolor de presenti, timor de futuro est malo. Unde sicut contingit recte r̄ non recte dolere de presenti malo pene, ita contingit recte r̄ non recte timere futurū malū. Pene nā si dolor ēq̄tuscūq̄ sit, magnus sit, volūtatem hominis a diuinis preceptis non auertit, recte tristamur r̄ dolem⁹ de malo quod patimur. Et vtrūq̄ clare videmus in domino iesu: qui ait, tristis est anima mea vsq̄ ad mortem. Et rursus: o vos omnes q̄ transitis per viam, videte si est dolor similis sicut meus. Et similiter timor futuri mali pene ēq̄tuscūq̄ sit, si non auertit hominem a diuinis preceptis, rectus est: r̄ hoc etiam est videre in domino iesu: qui cepit pauere r̄ tedere. mar. xiij. Tunc autem tārum tam dolor q̄ timor malus est, quando hominem abducit a dei mādatis: vt patet in his qui dolore r̄ timore fidem negant, vel quicq̄ aliud mandatorum omittunt. Ex quibus clare patet, q̄ nec dolor de presenti malo pene, nec timor de futuro, est secundum se malus: alioquin nunq̄ esset rectus. Nec dissonat ab homine morali ēq̄tuscunq̄ perfectissimo: alioquin nō inuenius fuisset in christo omnīū perfectionum fonte. Et hinc prouenit q̄ timor pene q̄uis vituperatur, r̄ quandoq̄ non, sed nature testis est bone. Et propterea insi⁹ timendo penam infra limites nature ac recte rationis, nullo modo peccat nisi christus peccauerit, quod est blasphemia.

Ad obiectionem Primam in oppositum dicitur, q̄ naturalis timor mali pene infra limites rationis recte consistens, non est timor alterius q̄ dei vt infligentis penam: quoniam non est malum pene in ciuitate quod non fecerit dominus. Timor enim solius dei vt punitoris, non excludit timorem rectum penarum: vt patet. ¶ Ad secūdam dicitur q̄ amor sui duobus modis in sacris literis sumit. Primo pro amore sui secundum id quod est ex naturalibus siue gratuitis dei donis: r̄ sic amor sui est de precepto nature. Et ad huius sui amoris imitationem precepit deus, diliges proximum tuū sicut teipsum: r̄ sm hoc apostolus dixit, nemo vnq̄ carnē suā odio habuit: r̄ dñs, dedi dilectā aiam meam in manus ꝛc. Alio modo sumitur ꝑ amore sui secundum id qđ ex peccato habet: puta ꝑuitatē ad malum, auersionem a deo r̄ huiusmodi: r̄ sic amor sui nō est rectus: dz̄ enī homo odiste in se quicquid mali hz̄ mālum est malū: amor enī nō nisi boni est. ℣ Quocirca si timor ex amore sui secundum dei in se dona naturalia vel gratuita procedit, r̄ infra rationis recte limites sistit, nullum peccatū est: sed testis est bone nature, bonitatisq̄ diuine: r̄ effectuū amabilū. Si aūt prouenit ex amore sui secundo modo, sic est peccatū: sicut r̄ ipse sui amor: qui est fundamētū ciuitatis diabolice. Unde prudentis lectoris erit discernere qñ scriptura catholica vel doctor loq̄tur de amore vel odio sui primo mōdo r̄ qñ secundomodo: r̄ sic nō falletur. Qđ enī dicitur, erūt homines seipsos amantes, de amore sui ēq̄tum ad id qđ peccati est refertur r̄ sic de aliis vituperatis amoribus sui. Qđ autem dicitur, charitas non querit q̄ sua sunt, multipliciter a glo. exponitur. Primo referendo cōmuniter ad ea q̄ ipsius charitatis esse possunt materia: r̄ exponit apponendo ly tm̄: hoc est charitas nō tm̄ querit q̄ prop ipsa in habente ipsam sunt, sed etiā q̄ pro aliis sunt: secundo exponendo de tēporalibus bonis: r̄ sic vel nō repetit ablata, vel nō est amatrix pecuniarum. Aug. aūt in regula exponit de eis dē tēporalibus: q̄ cōmunia ꝓprijs, nō propria cōibus anteponit. Ex q̄bus oibus patet q̄ in nullo obstat hec autoritas dicti. ¶ Ad tertiam dicitur, q̄ maior est vniuersaliter falsa: ch̄s iustus essi testatur: se nolle mortis penam, r̄ se ramen plus velle dei voluntatem ꝗ suam, quū dixit, verūtm̄ non sicut ego volo, quo ad primum: sed sicut tu vis, quo ad secundum. Et similiter accidit in omnibus recte tristibus r̄ timentibus: habent enī simul nolle seu odium respectu maloum ex amore naturali quietis a malis r̄ quo ad hoc aug. dixit, q̄ sunt de his que nobis nolentibus accidunt) r̄ velle respectu diuine voluntatis iustitie r̄ precepti: alioquin non sisteret tristitia aut timor infra limites recte rationis. Quapropterea falsum esse liquet, q̄ odio habens penam r̄ appetens non pati, plus amat se r̄ suam quietem ꝗ dei iustitiam, preceptum aut voluntatem. ¶ Ad quartam dicitur falsum esse, q̄ omnis timor sit ex diffidentia: cuius enim timor quia spei opponitur, minuatur ex confidentia r̄ ex diffidentia augeatur: nō semper tamen ex diffidentia oritur: vt patet de timore christi: in quo nulla fuit diffidentia. Et de timore hiero. ad eustochium dicentis: ego ille qui timore gehēne tali me carceri dānauerā: r̄ tamen tunc maxime confidebat de diuina gratia. Unde autem oriatur vniuersaliter timor, alterius est negotij: sat est q̄ nō est opus culpabilem semper esse. Auguste die, xiij. octobris, 1518.

Nō. xxj.

¶ De obligatione precepti.

Veritur Utrum omne preceptum obliget ad peccatum mortale. Et videtur q̄ sic: quia communis animi conceptio est, quicquid sub precepto positum est ad mortale peccatum obligare: intantum q̄ percūctantibus de aliquo actu an cadat sub precepto, vbi responsum est affirmatiue, statim intelligitur obligatio ad mortale peccatum.

In oppositum Autem est: quia sequeretur omnem actum cuiuscūq̄ vitij esse peccatum mortale: quod cōstat esse falsum. Et patet sequela: quia euitatio cuiuscūq̄ vitij cadit sub precepto.

Ad euidentiam Huius dubij sciendum est, q̄ preceptum contra consilium distinctum in hoc a consilio differt q̄ consilium est de bonis quorum opposita non sunt mala: datur enī consilium de virginitate: quam si quis noluerit seruare, nō peccat: vt patet prime ad cor. vij. r̄ simile est de aliis. Preceptum autem de his bonis quorū omissio mala est, moraliter: soli enim illi virtutum actus sub precepto cadunt quorum omissio peccatum est: vt patet discurrendo. Et propterea apostolus ibidem dicit, de virginibus preceptum domini non habeo: consilium autem do, r̄ subdit, q̄ si nupserit virgo, non peccat. Ille habet ergo preceptum pro materia actum bonum cuius oppositū est peccatum: r̄ econtrario omne peccatum opponitur alicui commissioni vel omissioni precepte. Qđ ex eo patet q̄ trifariam diuisis actibus (quia aut precepti aut consulti aut indifferentes sunt) neq̄ cōtra indifferentia neq̄ contra consulta agendo vel omittendo peccatum incurritur: restat igitur vt quod peccatum sit, opponatur cōmissioni vel omissioni precepte. Quo fit vt euidenter hinc sequatur non quicquid claudituꝛ sub precepto vinculum habere mortalem nisi quis putet omne peccatum esse mortale. Si enim omne peccatū opponatur alicui ꝑcepto, r̄ nō omne peccatum est mortale, ꝯtra re seqtur q̄ aliqđ peccatū est contra ꝓceptum qđ nō est mortale.

¶ Sed qđo hoc sit declarandū, restat. Scito ergo q̄ ꝑceptoꝝ moraliū (de quibus solis est sermo) quedā habent ꝑ materia bonos actus quorū cōtrarij cōtrariantur charitati: vt patet de ꝑceptis fidei r̄ iustitie. Sūt enī de credēdo articulos fidei, r̄ de tribuēdo vnicuiq̄ quod suū est: quorū cōtraria (vt infidelitas r̄ iniustitia) econtra charitatē sunt: illa contra dilectionē dei. ista cōtra dilectionem ꝓximi. Quedā vero habent ꝑ materia actus bonos quorū cōtraria nō cōtrariantur charitati: vt patet de ꝑceptis abstinētie, affabilitatis, vbanitatis r̄ similiū. Sunt enī de observandis modis debitis in sumēdo cibū aut cōuersando aut iocādo: quorum contraria (vt species gule r̄ rusticitatis) nō sunt contra charitatē per ꝓximi. quibus mala r̄ peccata in genere moris sunt. ℣ Specialiter ergo ad charitatem, quū discernendum est ꝑceptū vinculum ad mortale peccatum: quia solū per mortale peccatum charitas tollitur, r̄ omne peccatum mortale charitatem tollit. Qui enī ꝑcepti violatio charitatem tollit ad mortale peccatum obligat. Illi autem non tollit charitatem, ꝗuis tollat q̄cq̄ aliam virtutem, ad mortale peccatum non obligat. Charitas enim est anime vita: q̄ per peccatū mortale rantū tollitur, ideo peccata tollēs ipsam, mortale appellatur: tolli aūt charitatē solūmodo cōstat per [illegible] dilectioni dei aut ꝓximi. ℣ Et propterea duo [illegible] raliū ꝑceptoꝝ, qđā habentium vinculū peccati mortalis [illegible] la sola que precipiūt aliquam commissionē vel omissionem [illegible] fariā ad dilectionē dei vel ꝓximi. Necessariam autē [illegible] esse vel simp[illegible]



pliciter: vt in quibusdā ꝑceptis naturalis iuris: vt deum esse colendum, nō esse adulterādum, r̄ hmōi. Vel ex suppositiōe: vt in q̄busdā ꝑceptis diuini vel humani iuris: vt suscipiendū esse baptismū, obseruādos esse rales dies festiuos r̄ huiusmodi: sunt enī hec necessaria ad salutem, quia sic instituit deus vel ecclesia. Quedā habentiū vinculū peccati venialis, tantū: r̄ hec sunt quorū violatio stat cum charitate dei r̄ ꝓximi. Sīue sint de iure nature: vt nō esse mentiendū esse affabilem r̄ hmōi. sīue sint de iure positiuo: vt benedicendam esse mēsam a clericis r̄ hmōi. Peccant enī violantes hec ꝑcepta, sed nō mortaliter. Ūñ patet q̄ nō omne ꝑceptū habet vinculū peccati mortalis. ℣ Et si ad hāc distinctionem aduertissent poten, nō cōclusissent aliqđ esse de ꝓsilio, ex eo q̄ non est in precepto habēte vinculum pcti mortalis. Credidem quoq̄ ego multa nos habere hodie sm animi cōem cōceptionem ꝑceptis habentibus vinculū pcti mortalis, que si a patribꝰ cū hac distinc̄one fuissent inter ꝓnata, nō haberemus hodie hec sub precepto vinculi mortalis: vt est ꝑceptum de ieunio ꝛc. Multa enim sunt, r̄ opinione mea infinita, posuit iuris ꝑcepta mortalia absq̄ vinculo peccati mortalis. Sub huiusmodi siquidem morali nō mortali precepto cadit tota regula beati aug. r̄ eo q̄ in principio dicit: hec sunt que vt obseruatis precipimus in monasterio constituti: r̄ q̄ monachi carnes nō comedant. de consec. dist. v. carnem. ꝛc.

Ad obiectionem Ergo in oppositum dicit, q̄ q̄ nominibus vtendū est vt pluribus distinctis ꝫ cōsilium in duo secatur genera: vt declaratū est. Alio modo ꝑ antonomasia: r̄ sic preceptum antonomastice dicitur solum illud qđ habet vinculum peccati mortalis. Et hic ora videtur ista communis vox. Rome, die. xxiij. februarij. m. cccc. xvij.

¶ An religiosus factus episcopus ad obseruantias regulares ex debito legali teneatur. Questio. xxij.

Veritur An religiosus factus episcopꝰ teneatur debito legali ad obseruantias regulares. Et videtur q̄ nō: q̄ in decretis. xviij. quest. j. cap. vnico: dicitur q̄ monachus factꝰ episcopus electione canonica, est absolutus a iugo regule professionis monastice: constat enim absolutum a iugo legis non teneri debito legali ad legis obseruationem. ℣ Et confirmatur ex dicto ibidem dicente, q̄ non tenetur ad ieunia: similis enim ratio est de aliis.

In oppositum Autem est autoritas et ratio, s. tho. in secunda secunde, quest. clxxv. ar. viij. dicentis q̄ tenetur ad omnia nō repugnātia episcopo: quia dispositio non tollitur aduenīente perfectione. sed magis perficitur. ℣ Et confirmatur hoc, quia aliter sequeretur q̄ monachus episcopus gauderet beneficio capituli explicati, extra de obser. ieiu. vbi conceditur in die natalis domini esus carnium etiam feria. vj. eis qui nec voto nec regulari obseruantia sunt astricti ad abstinentiā a carnibus. Consequēs asit videtur falsum, quia constat exceptionem illam comprehendere monachos quibus regularis institutio carnes inhibet, absq̄ tamen peccati mortalis nota.

Ad euidentiam Huius dubitationis sciēdū est, q̄ dupliciter aliquis tenet ad aliqđ obseruandū, vel ex debito legali, vel ex debito morali tm̄. Dico autem tantum: quia debitū legale claudit in se morale debitū, r̄ addit. ē. illud legalitatem. Appellatus autem r̄ est debitum morale, vinculum ex recta ratione: debitū vero legale est vinculum ex lege. Ita q̄ vis obligatiua in debito morali, ex sola recta ratione vt a coactiua virtute proficiscitur, siue habeat aliunde occasionē fiue non. Tenet enim quilibet ex debito morali ad non mētiendum: quia naturalis ratio sic dictat verūtatem sectādam vt ꝫtum sm se quantum diffiniat: r̄ simile est de vinculo ad vitanda quelibet vitia. Tenetur quoq̄ princeps ad obseruationem legis cōmunis ex debito morali (iuxta illud, patere legem quā ipse tuleris: extra de constitu. cap. quum omnes. r̄ dñs in reprehensionē matth. xxiij. debēt et non facūt) ꝫuis non tenet ad legis obseruationem ex debito legali, quoniā lex nō habet vim coactiuam supra principē. Verū hmōi debitum morale ex naturali ratione sola vt a virtute coactiua ꝑfm habens, occasionaliter ortū habet a lege extrāeā nisi lex mīaret in suo roboze. nō naturalis nō obligaret principē ad illi⁹ obseruantiā: nem, sicut nec subditos: quos lex primo r̄ recta ratio se cundo obligat vt vis coactiua ad legis eiusdem obseruationem. ℣ Debitum autem legale est, quod a lege vt a coactiua virtute est, aliter enim nisi habeat coactiuam virtutē lex non est: ac per hoc respectu illius supra quem non habet virtutem coactiuam lex nō est simpliciter r̄ absolute, sed sm quid scilicet vt directiua. Et propterea dicitur r̄ bene, q̄ princeps solutus est legibus: quia scilicet lex simpliciter r̄ absolute nō est supra eū: quia nō ligatur coactiua virtute legis. Et quia vis coactiua legū per legis actum punitum exercetur vt ꝓpium actū: q̄ pena est propriū legis medium per qđ ad suū obedientiā inducit: vt. s. tho. docuit in prima secūde. q. xcij. art. iij. ideo illi soli subsunt virtuti coactiue legis q̄ legū penas incurrunt cōtrafaciendo. Qui autem suapte natura nō ex priuilegio, legum penas nō incurrūt, ꝯtricūq̄ cōtra ꝑcepta legū agant, virtuti coactiue legis nō subiacent. Quocirca q̄ religiosus factꝰ episcopus nō subiacet penis regule aut statutorum regularium (quod ex eo patet, q̄ si puniēdus est, nō punit sm regularia institūta, sed sm sacros canones, sicut reliqui epi) consequens est, vt religiosus factus episcopus nō teneatur ex debito legali ad obseruātias regulares. Et q̄ censurarū r̄ peccati mortalis pena ad vim coactiuā legis spectāt, ideo nō incurrit cēsuras aut mortale peccatum, si huiusmodi ex regula aut cōstōnibꝰ tantū prohibeant, oppositum faciēdo: ꝯtra quos peccet mortaliter altq̄ trium essentialium votoū trāsgrediendo: quia ad illoꝝ obseruationē ex voti vinculo cessante lege tenet. ℣ Teneturne ex debito morali religiosus factus episcopus ad sue religionis regulares obseruātias nō cōtrarias aut dissonas ei⁹: quia ex adscēsu ad ꝓfectionis statū nō debet deficere a fructu priorīs vite: vt r̄ sanctꝰ tho. m. astrat. Perderet autem si ea que etiā nō cōferūt ad ꝓfectionem ēpalem, per q̄ ad illam perueniūt, desereret: simile liquidē accidit ipsis religiosis bonis in ei⁹ quod accidit in naturalibus r̄ disciplinabilibꝰ dispositionibus. Videmus enim ad generationē ignis peruenire per calorem disponētem ad ignē: r̄ ꝓpterea igne genito calor non minor manet: aliter tamē: q̄ prius inerat per virtutem ꝫ coactiuam agētis: postea inest vt cōsequens naturam genti. Et similiter frequēs meditationis studiū ad doctorandum ducit: r̄ ꝓpterea docto⁹ nūquā ceri more retrocedat ampliꝰ meditat: sicut aliter: q̄ prius quasi pedagogo cogente, postmodū tanq̄ actum cōnaturalē exercens. Ita r̄ religiosus ꝓfitēdo per regulares obseruātias, ad episcopalem perfectionem deducit: quia adueniente, regulares obseruantie episcopum decentes magis assimilat: aliter tamē: q̄ prius teneba tur ad illas ex virtute coactiua legis: modo vero ex recta rōne dictante laborē vie non debere gire in terminō, r̄ ꝑ eadem bona perfectio conseruari debet per que acquisita est. ¶ Ex quibus patet vtrāq̄ opinionē verū diuersimode dicere, r̄ q̄ tenet ad regulares obseruātias, q̄ nō tenet: nā tenetur ex debito morali r̄ non tenetur ex debito legali. ℣ Et hinc patere potest, q̄ monachus factus episcopus licite pōt carnibꝰ vesci in sexta feria quādo natiuitas domini in illa euenit: qm̄ a debito legali quo sub iugo prohibētis regule astringebat, absolutus est, r̄ debitū morale tunc nō habet locum. Quia cōuenientissimum est, inquit dns th. in tertia parte. q. xl. art. ij. vt qui cū aliquibus cōuersatur, se eis in cōuersatione conformet: ita q̄ in cibo r̄ potu cōformiter se sicut alij habeat: constat enim monachum episcopū ad cōuersandum cū ecclesia sua r̄ specialiter clericis suis translatum. Et hoc precipue locum habet in tanta solemnitate: in qua r̄ sancti viri abstinentie detraxerunt: decet enim tantam interne letitie causam foris erūpere ad letas mēsas.

Ad primam Ergo obiectionē pro pte negatiua ex decretis, dicitur q̄ monachus factus episcopus absoluitur a regulari iugo, qđ coactionē importat. sed nō absoluitur a morali debito op⁹ regularis. Et similiter glo. verificanda est, q̄ absoluitur a iugo teūnij, r̄ nō a teūnij debito morali.

¶ Ad obiectionē aūt primam ꝑ parte affirmatiua ex autoritate s. tho. dicit, q̄ intelligēd⁹ est de debito morali, r̄ nō de legali. Qđ pater tum ex ratione ibi reddita, q̄ non nisi debitum morale cōcludit. tum ex eo q̄ iuxta illā doctrinam religiosus factus episcopus etiam romanus tenet ad regulares obseruātias non dedecentes ipsum: r̄ tamen cōstat ipsum non teneri debito legali, sed morali tm̄ tum ad huiusmodi. Ratio enim litere illius nō magis militat pro aliis episcopis ꝗ̄ ꝑ romano: quū esse teneatur esse perfectior ceterio. ¶ Ad secūdam obiectionem dicit, q̄ canon ille honorij. iij. explicando restringēs eius carnis in die natalis domini ad eos qui nec voto nec regulari obseruātia sunt astricti, intelligit de astrictis ex debito legali ad regularem obseruantiā: r̄ nō de his qui ex debito morali subsunt regulari obseruantie. Et ratio est: quia in qualibet scientia nomina sunt interꝑtanda sm vsum illius scientie: constat aūt solos astrictos debito legali appellari in iure astrictos lege, r̄ non astrictos legali debito appellari solutos a lege: princeps enim solutꝰ dicitur legibus, qui tamen sm morale debitum subest

Universidad de Deusto
Biblioteca



legibus. Et qđ magis viget ad propositū, monachus eps a iugo regule monastice, pfessionis absolutus dicitur. ca. statutū. xvij. q. j. nō cōprehenditur igitur monachus eps in iuris dispositione inter astrictos regulari obseruantia: ꝫ inter absolutos a iugo regularis obseruāţie. si iuris tertium vnum ꝑm eiusdem iuris textū alium intelligere debemus. ℣ Et tu lector memento scripta nostra de huius questionis materia in commētarijs super secunda secunde ad hec referre subtilius discussa. Rome. xiij. februarij. 1518.

## ¶ De collatione ordinis.

¶ Utrū in collatione sacri ordinis sufficiat tactus corporalis: post cōpletā prolationem verborū in quibus cōsistit forma. ℣ō. xxiij.

**Queritur** An in collatione ordinis sufficiat tactus corporalis post cōpletam prolationem verborū in quibus cōsistit forma. ¶ Et videtur q̄ sic. ꝓmo quia de facto ritus hic seruat alicubi absq; reprehensione: vt a fidedignis dicit. Porro igitur si quidem ab eṕo dicente semel tantū forme verba in numero plurali, accipite potestatē ꝛc. calix preparatus, ꝛ quorquot sunt ordinandi in sacerdotes, singillatim accedunt ad contactum calicis eṕo non repetente: neq; cōtinuāte verba. sed deuceps silēte, abluđ est autem dānare tantam multitudinem: ergo ꝛc. ¶ Secūdo: quia vbi est diuersitas opinionū, nō est diffinitiue asserēdū nisi liquide manifestatz sit veritas. ergo multo magis vbi nihil inuenitur etiam opinatū, non est dānāda altera pars, sed quilibet sensui suo relinquendus. Sed de simultate contactus corporalis in sacrorum ordinum susceptione, nihil apparet etiam opinatum, quinpotius de contactu ipso corporali diuerse sunt opiniones: vt. s. th. in iij. sen. di. xxiij. dicit. Nō sunt igitur dānandi, qui tetigerūt quidē calicem preparatum ꝛc. cū uis non simul cum prolatione verborū. ¶ Tertio: quia si contactus ꝛ verborum prolatio deberent esse simul tempore, hoc esset, q; verba forme aliter nō verificarent. Sed hoc non accidit in ꝑ posito: nā in verbis imperatiui modi satisfit, si incontinenti obeditur ꝑm intēţionē imperantis. eṕo aūt porrigēti ꝛ dicenti tot ordinandis, accipite, obeditur incontinenti ꝑm eius intentionem: quoniam eṕs etiam explicite dicit. ego intendo omnibus conferre ordinem sic successiue venientibus: ergo ꝛc.

**Respondeo.** In hac difficultate primo declarabit veritas de necessitate contactus. Secundo de simultate contactus ꝛ verborum: tertio satisfiet oppositis.

**Quintum** Dubiū. an dicti principes possint ita districtę prohibere dictarum ferarum captionem vt nullus subditus pēlit eas capere quin grauissime puniatur. etiam si capiat eas vt sea damno preseruet quod inferunt in blados vel huiusmodi. ¶Et huic annectitur aliud. an confessores principum possint eos absoluere si nolunt huiusmodi statuta revocare. ¶Ad hoc dicitur. q; licet principes possint huiusmodi venationes prohibere. non tamen possunt prohibere in damnum aliorum. imo tenentur ad restitutionem principes de dampnis illatis a suis feris ex hoc q; non permittunt alios venari. sicut habenti bouem cornupetam sibi notum ꝛ non prouidens. tenetur de damnis subsequutis. ¶Et ex hoc patet quid debeant facere confessores talium principum: quum enim iniustitia sit peccatum mortale de genere suo. ꝛ statutum hoc sit iniquum. non debent ipsos absoluere nisi desistant a peccato. [illegible] etp̄o me orate. Rome secunda maij. 1514.

¶Eiusdem ad eundem. Responsio. xiij.

**Ueteris** Tuis pater venerande. petentibus q̄dam in commentarijs nostris super quinta secunda secundę tangi dubia seu ob cura declarari. distuli huiusce responsionem ob impedimenta imbecillitatis ꝛ occupationum aliarū. Hactus vero nunc aliād otij. satisfaciendum charitati tue duxi: vt nouitijs q̄bus hec obscura videnf. magis elucescant. Breuiter tñ: q; res clare sunt.



**Primum** Igitur dubium propositum est: quia in. q. x. ar. iij. dicitur. est. quod licet vendere iudeis res quibus ipsi vruntur in suis sacrificijs: in. q. aūt. 169. ar. ij. ad quartum. dictum est non licere cooperari ad reedificationem synagoge iudeorum.

¶Facile respōdetur in primo loco sermonem fuisse de his rebus que non per se ordinantur ad superstitionem iudaicam: sed de rebus indifferentibus. quibus tamen ipsi iudei abutuntur ad superstitionem suam. In secundo autem loco sermo est de synagoga que presupponitur per se ordinata ad superstitionem iudaicam. ¶Et propterea eadem vtrobiq; seruata est sententia: vt patet legenti vtrumq;.

**Secundum** Est. In. q̄s. xj. ar. iij. dicit q; occultissima per accidens subiacent ecclesie censuris: in. q. vero. 69. ar. j. dicitur q; author homicidij occultus. nō est sub iudicio humano: quia persona est occultissima.

¶Solvitur ꝛ hoc f. facillime. remittendo ad locum secundo allegatum vbi expresse dicitur: quod occultissimus author notorij incendij non subest humano iudicio quo ad hoc vt teneatur se prodere subest tamen humano iudicio quia potest excommunicari: vt ibidem dicitur.

**Tertium** Est. In. q. 78. ar. iij. dicit nullo mō ly inducere ad minus malū etiā paratos: in. q. aūt. 95. ar. 8. in. v. causa duelli. videtur dici q; ly inducere vt peccent minus.

¶Solvitur hoc dubium declarando differentiam quam non penetrarunt mouentes hoc dubium. Aliud est enim inducere ad totum hoc. f. minus peccandum: ꝛ aliud est inducere solummodo ad ly minus. Primū nunq; est licitum. ꝛ hoc in primo loco dicit. Secundū est non solū licitū sed sanctum imo ꝛ angelorū officium. et hoc in secundo loco dictū est. ¶Et hinc fit vt adulterū quum aliter nō valemus retrahere. ad simplicē fornicationem licite prouocemus. nō hortando vt fornicet. sed si sue vult satisfacere voluptati. alieno nō iniuriet thoro. Nec tñ oportet huiusmodi conditionales semp exprimere. sed sufficit q̄n̄ eas mente retinere pro loco ꝛ tpe vt sapiens iudicabit. hoc enim non est inducere ad malū magis vel minus. sed est fm rem retrahere a malo maiori. Quę frequentissima exercitatione hoc a redimentibus vexationem suam: vt fecerunt illi decem viri apud hiere.

**Quartum** Est. In. q. 147. dicit: Excusant qui omnino [illegible] petitio venie vltra restitutionē honoris. annexam habet submissionem petentis veniam. ad quam submissionem non facile quilibet flecti potest. ideo prudentis viri consilio relinquitur si casus accidat in quo integritas restitutionis honoris debiti contumelia passo. exigat petitionem venie.

**Sextum** Dubiū est. ¶Cur negs in tertio negs in commento totus secundę secūde tractat de famoso murmurationis vitio.

¶Ad quod dicitur. q; murmuratio nō est genus aut species alicuius vitij. sed circuit multa vitia vt imperfectum quid in multis speciebus vitioꝝ. fi. ꝛ propterea non debuit specialis de murmuratione fieri tractatus. quum de generibus ꝛ speciebus vitioꝝ fi. tractatum est. Neq; tamen silentio inuoluta est: quoniam murmuratio vt imperfectum quid sonat in vitijs verborum (puta contumelia. detractione ꝛ susurratione) tractata intelligitur inter imperfectas contumelias. susurrationes. ꝛ detractiones: ꝛ similiter quatenus sonat imperfectum quid in vitijs actionum vel passionuꝝ intus vel extra (vt inobedientie. impatientie vel presumptionis) tractata quoq; intelligitur cum imperfecta inobedientia. impatientia ꝛc.

**Septimum** Dubium est. quid importat scrupulus conscientie quo stante licite operamur oppositum.

¶Ad hoc quesitum dupliciter videtur ab aliis responderi. Quidam enim distinguendum putant quantitatem ambiguitatis: ita q; quum quis scrupulum habet de aliquo actu exercēdo (puta an liceat pulsare in die festo si sic fluctuat. q; plus aut eque credit esse illicitum. scrupulus est quo stante non licet sibi pulsare in die festo. si vero plus credit licitum esse cum hesitatione tamen illiciti. scrupulus (inquiunt) est quo stante licitum est illi pulsare in die festo. Quibusdam autem videtur ad rationem licite operationis exigi fidem certam excludentem omnem hesitationem: alioquin periculo peccandi contra conscientiam exponeret se operans cum formidine alterius partis. Et apud istos scrupulus contra quem licet agere, non est hesitatio aliqua de opposito: sed consistit potius in quadam apparentia. ¶Mihi autem occurrit dicendum. q; siue scrupulus occurrat ex parte appetitus (vt contingit timentibus peccare in aliquo actu. et nesciunt quare) siue ex parte rationis (vt contingit ijs qui ex aliqua ratione magna. mediocri vel leui fiuctuant. distinguere oportet de modo. an huiusmodi hesitatio seu vacillatio sit modo speculativo vel modo practico: hoc est an dubitet de licito vel illicito secundum se. vel vt est ratio operis sui hic ꝛ nunc. Nam si quis dubitaret an pulsare in die festo sit licitum vel illicitum. et tamen non dubitaret sibi tunc esse licitum pulsare. ille non peccaret pulsando. q̄tumcunq; magna esset dubitatio apud eundem de actu pulsandi secundum se an sit licitus vel illicitus. et similiter quantumcunq; esset maximus timor de eodem. Et per oppositum si quis esset certissimus de actu pulsandi secundum se quod est licitus in die festo. et tamen fluctuaret de exercenda nunc a se pulsatione. ita q; ratio applicandi se ad pulsandum. cum ambiguitate applicat. illicite quis pulsaret: intellectus siquidem speculativus nihil dicit de operando. Et si certitudo speculativa exigeretur. non solum rudes qui sola certitudine adhesionis aliene doctrine sunt contenti. sed doctores aliorum passim periculo se exponerent: eo quod innumera sunt dubia quorum alteram partem sic amplectimur vt absq; scrupulo operentur. et tamen an veritatem speculatiue euidenter habeant non pertinaciter asserunt. difficile enim inquit ari. est nosse se scire: quia difficile est discernere ac scire an ex propijs ꝛc. sciatur. Et diuersitas ipsa opinionum circa aliquod vnum nata est reddere intellectum speculativum nutantem. f. Non est ergo in hoc questo spectandum ad hesitationem magnam vel paruam. ad fidem certam vel incertam de licito vel illicito absolute: sed ad rationez operandi in singulari. Si enim applicatio ad operandum certa est. quicquid tam in ratione quam in appetitu fluctuet. scrupulus est quo stante licite oppositum operamur. si autem applicatio ipsa ad opus fluctuat circa rectum vel obliquum motus. scrupulus est conscientie contra quem illicite agitur. ꝛ obliquitas moralis incurritur. f. Ratio autem horum est: qz in proposito conscientia non significat scientiam. sed applicationem cognitionis ad opus exercendum: ꝛ propterea scrupulus conscientie qui per se opponitur conscientie in ipsa applicatione consistit. ꝛ eadem ratione scrupulus omnis ad ipsam applicationem non se extendēs. conscientie non opponitur. Hinc enim fit. vt vacillatio conscientie in applicatione consistēs deformem reddat actionem. quoniā fit applicatio modo quo non debet. debet enim potentia rationalis determinari ad vnum si recte exire debet in actum: alioquin discrimini exponitur vtriusq; oppositi. si fluctuante illa quis vtitur. Fluctuans enim quantum sapit fluctuationis. tantum sapit indeterminationis: ac per hoc indebiti modi operandi. Et hoc ambe supradicte opiniones forte intendebant. Prima enim ad hesitationem intellectus in se. videtur respexisse: secunda autem de fidei certitudine vt est ratio operis. intelligenda est. Bene vale. et ora pro me. Rome nono februarij. anno salutis. M. D. xij.

Opul. Caiet. J J

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Eiusdem ad eundem super.v. quesitis. Responsio. xiiij.

articulo .15.

**Velsas** Venerande pater frequenter me pijs dubitationibus, non vt discas, qui alios glorioſe doces ꝛ verbo ꝛ ſcripto: ſed vt explicem potius ſenſum meum. Vnde charitati tue ſatisfacere cupiēs, propoſitis queſtionibus breuiter reſpondere curaui.

**Queris** Ergo primo cur in commentarijs noſtris ſuper ſecunda ſecunde. q. xxxiij. articu. ij. in reſponſione ad tertium, et. q. 83. articu. iij. in fine permittitur ſimul ſtare bonitatem ſubſtantialem atq; venialē peccatum. Inde namq; cōſurgere videtur vt iuſtus in bono quolibet opere ob aliquam accidētem imperfectionem ſimul meretur et peccet venialiter: vt luther nouiter dogmatizant.

¶ Huic queſito reſpondetur primum, non eſſe in commentarijs noſtris ſcriptum vnum atq; eundem actum numero eſſe ſimul bonum bonitate eſſentiali ꝛ malum venialiter: vt patet intuenti. Nam in primo loco allegato peccatum veniale dicitur omiſſio: bonitas autem eſſentialis ſaluatur in animo ſeu in virtutis habitu, in ſecundo quoq; loco bonitas ponitur in actu orationis, peccatum autem veniale in omiſſione. ℣ Deinde dicitur, ad rem potius ſpectando q̄ ad verba, quod magna eſt differentia inter has duas combinationes ſcilicet bonitatem ſubſtantialem cum peccato veniali, ꝛ meritum cum peccato veniali. Nam prima combinatio frequenter ſimul concurrit in eodem numero actu, dum ſepe facimus actus moraliter bonos ex ſuo genere, cum aliqua circunſtantia moraliter mala: vt quum quis' reddit mutuum, non tamen ex hilaritate qua debet, et ſic de aliis. Secunda autem combinatio nunq; ſimul inuenitur in eodem actu: quoniam nullus peccando meretur vitam eternam. Eſt enim tante vis peccatum veniale, vt tollat ab actu quem afficit meritum eterne vite: quis non tollat eterne vite meritum a perſona: multi enim ſancti viri abſq; hoc quod perdant eterne vite meritum peccant venialiter: verum per illos actus qui peccata ſunt venialia, non merentur vitam eternam. Hinc clare patet, ex hac ſancta ꝛ ſana doctrina non ſequi quod iuſtus in quolibet ſuo bono opere peccet. Nam erſi poſſet in opere aliquo bono ex genere peccare, in nullo tamen opere meritorio poteſt peccare.

**Secundo** Queris ex eiſdem commentarijs. q. 62. arti. vj. circa reſpōſionem ad tertium: vbi dicitur non oportet reſtituere cū damno in re ſuperioris ordinis ꝛc. quod videtur ex hoc ſequi mulierem que ex adulterio ſuſcepit prolem, non teneri ad ſe prodendum, quantuncūq; veri heredes inde dānificentur: quod tamen ſententie notabilium virorum refragatur.

¶ Huic obiectioni reſpondetur, mulierem que ex adulterio genuit, et propterea veri heredes dampnificantur, non teneri ad dampnificandam ſeipſam in fama, vt quantum in ſe eſt veros heredes a damno hereditatis preſeruet. Quoniam quemadmodum ceſſante iudiciaria coactione non tenetur homo perdere vitam aut libertatem vt ſatisfaciat debito pecuniario, ita nec tenetur mulier huiuſmodi perdere famam aut vitam pro euitando damno alieno in re pecuniaria. Et ſi hoc aliquibus (vt dicio) viris notabilibus graue videtur, mirandum potius mihi videtur de ipſis: quum decretalis de pe. et remiſ. ca. officijs: expreſſe dicat mulieri que timet viro ſuo hoc indicare, non eſſe denegandam penitētiā. Conſtat enim q̄ certitudo de perdenda fama penſanda eſt ſicut timore ꝛc. quum non ſolum melius ſit nomen bonum q̄ diuitie multe: ſed tolerabilior ſit mulieris ſeruitus aut mors q̄ eius infamia ſi communi conſanguineorum voto creditur.

**Tertio** Queris ex eiſdem commen. q. 78. circa articu. iiij. tueſcio quo opuſculo noſtro: vbi dicitur vtentem malitia alterius ſemper petere debere aliquid abſq; peccato preſtabile. ſi ſolidum eſt hoc fundamentum. Nam videtur quibuſdam hoc non oportere, ob id quod apud augu. licite petitur iuramentum ab eo qui per falſos deos iurat, ita quod ſi per verum deum iurare vellet non admitteretur iuramentum: et proinde petitur inquantum per falſos deos iurat: ergo petitur quod ſine peccato fieri nequit: ergo poteſt etiam peccatum licite peti dummodo nullum agatur preiudicium ſaluti.

¶ Ad huiuſmodi obiecta reſpondetur ſolidiſſimum eſſe iactū fundamentum ſcilicet nunq; licitum eſſe petere peccatum: ꝛ implicare contradictoria petere peccatum ꝛ non agere in preiudicium ſalutis: quoniam ipſum petere peccatum, eſt peccatum. Quod ex eo patet, quod quicquid licet petere: licet etiam appetere: quum petere actus humanus ſit, ab appetitu rationali qui voluntas eſt, procedens. Sed conſtat quod non licet appetere peccatum alterius q̄tumcunq; parati. ſcriptum eſt enim de charitate, quod non gaudet ſuper iniquitate: ergo non licet petere peccatum alterius q̄tumcunq; parati. Aug. autem vt patet in epiſtola ad publicolam, non dicit barbari iuramentum ſi vellet iurare per verum deū non eſſe admittendum: ſed vtentem fide barbari firmata iuramēto per falſos deos, non communicare peccato illius quo per falſos deos iurat, ſed fidei. i. fidelitati qua dicta fiunt. Vnde petens iuramentum ab idolatra, petit opus ſanctum quod ille poteſt ſi vult abſq; peccato preſtare: quia nihil aliud petit niſi fidem iuramento firmatam: quod ille preſtare poteſt ſi vult, credendo vnum ſolū verum deum ꝛ iurando per illum, ſed ex ſua infidelitate apponit ipſe iniquitatem iurando per falſos deos. Falſum ergo opponit, dicendo q̄ ſi vellet iurare per verum deum, iuramentum non admitteretur: niſi forte obijcientes referant hoc ad irriſionem iurationem: quaſi idolatra non vt iuramento ſed vt vana ꝛ ſuperſtitioſa iurandi adminiſtratione, illo vteretur iuramēto per ieſum chriſtū. Iuxta hunc enim ſenſum, fateor q̄ non admitteretur: non ex defectu voti reus eſſet. Vnde religioſe perſone non ſolum abſtinētiam a coniugio, ſed ab actu venereo vouiſſe dici poſſunt: reſtante hoc ꝛ fatemur omnes caſtitatis votum in omni eſſe religione. Conſtat autem q̄ caſtitas continentiam non ſolum a coniugio, ſed a ceteris venereis ſignificat, ꝛ ſic votum caſtitatis nō ſolum caſtitatem ſupererogationis, ſed omnem reſpicere poteſt ꝛ reſpicit. ¶ Perſpicacius autem dici poteſt, q̄ quia per votum religionis perſona diuino cultui dicatur, ac per hoc fit alterius dei ſcilicet ſpecialiter quo ad abdicationem etiam licitorum venereorum a ſe, vt cogitet que domini ſunt: ideo non ſolum ſi coniugem de facto accipiat, ſed etiam ſi ad alterius vxorem accedat, vel quomodolibet aliter venereis operam det, ſacrilegium committitur: dum perſona diuina violatur. ℣ Et hoc in ſuo ſimili patet. Mulier cum nubit, nihil aliud ſibi illicitum coniugali fide reddit, niſi libertatem alterius coniugij. Cognoſci enim a quocunq; non ſuo, omnino ei illicitum erat: nupta tamen non ſolum alterum de facto coniugū contrahit, ſed ſi cuicunq; alteri conſenſerit, adulterij rea eſt propter dictam rationem: quia ſcilicet perſona ſua iam eſt alterius. Sicut igitur fiat, q̄ fides coniugij non reſpiciat vt propriam materiam niſi debitum coniugale huic et non alteri coniugi (alteri enim perſone coniungi omnino illicitum ex ſe eſt) ꝛ tamen cū quacunq; perſona alter coniunx coeat adulterium committit: ita fiat q̄ votum religioſi vt propriam materiam reſpiciat abſtinentiam a cōiugio. et tamen quomodolibet religioſus coeat, ſacrilegium committit. Et vt robiq; (vt dictum eſt) eadem eſt ratio: q̄ vt robiq; perſona ſit alterius quo ad partem generatiuam, ac iniuria ſemper fit illi alteri. ſ. deo vel coniugi, ꝛ ſic quemadmodum fides coniugalis redundat in omnes actus venereos extra cōiugium, ſic votum religionis in omnes actus venereos ſimpliciter.

**Quinto** Queris an ſit mēs ſancti tho. in. iiij. ſen. dif. xxiij. q. ij. ar. j. q. iiij. prout quidam ſibi imponunt, q̄ excommunicatio iniuſta priuet ſuffragijs eccleſie: cuius contrarium in quadam queſtione ſpeciali noſtra legiſſe dicis.

¶ Ad hanc ambiguitatem reſpōdetur duos eſſe modos, quibus communia eccleſie ſuffragia participantur a chriſtifidelibus. Primus eſt per communem eccleſie intentionem, qua communia ſuffragia pro eccleſie membris communiter fiunt. Secundus eſt per ſpecialem alicuius fidelis ꝛ precipue miniſtri eccleſiaſtici intentionem, qua communia ſuffragia diriguntur pro iſto ꝛ particulari: vt quum aliquis dicit vel facit dici miſſam pro iſta ſingulari perſona. Excommunicatio autem iniuſta habet ſuum effectum in priuando ſuffragijs eccleſie hoc ſecundo modo: quia timenda eſt non ſolum ab excommunicato, ſed ab aliis: ac per hoc aliſ prohibētur celebrare ſpeciali intentione pro illo, ꝛ pari ratione alia communia ſuffragia pro illo ſpecialiter agere. Et iuxta hunc ſenſum intelligo diuum thomam dicentem excommunicationem iniuſtam habere effectum. ℣ Primo autem modo excommunicatio iniuſta nō priuat excommunicatum ſuffragijs eccleſie: quia rationabiliter interpretamur communem eccleſie intentionem in ſuffragijs communibus eſſe conformē diuine diſpenſationi ſecundum veritatem. et non ſecundum apparentiam autē rationem humanum (deſecrandi enim imitatiue militans eccleſia a celo) conſtat autem q̄ excommunicatio iniuſta ex errore humano procedit. ac per hoc ſub communi intentione eccleſie qua excommunicati priuantur eōibus ſuffragijs apud deū, non comprehenduntur priuato excōicatorum iniuſte. nō em intendit addere afflictionem afflicto: et quos cogitur, ex humano iudicio, excōicando priuare vno modo, non propterea intendit priuare vtroq; modo. Et ſic intelligenda ſunt que alibi ſcripſimus q̄ excōicatio iniuſta non priuat communibus eccleſie ſuffragijs.

℣ Hec mihi occurrerunt amantiſſime frater ad queſita tua ſcribēda: que ſi ſatisfecerint, gratie referantur. deo: ſin aliter, ſuppleat perſpicacia tua. Bene vale, et ora pro me. Rome die. xj. Junij. 1522.

¶ Eiuſdem ſuper duo queſita (de voto. ſ. ꝛ vnitate vel pluralitate numerali peccati actus exteriorꝰ ꝓpter diſcōtinuationē actus interiorꝰ voluntatis) ad priorem ſancti Miniati. Reſpō. xv.

**Sapientiſſime** Frater acceptis literis tuis conſulentibus me de duobus, conſiderans ſolutionem huiuſmodi dubioum multis profuturam, ſtatim reſpondere inter tot occupationes curauī.



℣ Primum igitur dubium natum ex ratione voti eſt. Quomodo ſuſtineatur, q̄ votum eſt de meliori bono. i. bono ſupererogationis, ꝛ q̄ religioſe perſone venereis vacantes agant contra votum: qñ quidem cognoſcere non ſuam ſeu alienam ſm ſe malum eſt: ꝛ abſtinere ab huiuſmodi bonum eſt nō ſupererogationis, ſed neceſſitatis. ℣ Alterum dubium eſt. An is qui ad occidendum hominē pergit, quoties interrupta cogitatione inter eundum renouat voluntatem affectumq; occidendi. toties nouum peccatum committat. an totum ſit vnum numero peccatum, an aliquanta mora et quanta diſtinguat hec peccata: per quid enim in quis individuātur voluntatis actus?

**Ad primam** Dubitationem facile dici poſſet, q̄ propria quidem voti materia eſt bonum ſupererogationis: communis tamen voti materia eſt etiam bonum neceſſitatis, non quatenus neceſſarium, ſed quatenus voluntarium eſt, vnde ꝛ iacob geſi. 28. legitur vouiſſe habiturum ſe dominum in deum. Et multi vouerunt ſe ſuſcepturos baptiſma ſeu chriſti fidem: vt gallicanus, ꝛ clodoueus. Et ſi quis vouerit ſe non cōmiſſurum adulterium, ſi contrafaceret, nō ſolum adulterij ſed fracti voti reus eſſet. Vnde religioſe perſone non ſolum abſtinētiam a coniugio, ſed ab actu venereo vouiſſe dici poſſunt: reſtante hoc ꝛ fatemur omnes caſtitatis votum in omni eſſe religione. Conſtat autem q̄ caſtitas continentiam non ſolum a coniugio, ſed a ceteris venereis ſignificat, ꝛ ſic votum caſtitatis nō ſolum caſtitatem ſupererogationis, ſed omnem reſpicere poteſt ꝛ reſpicit. ¶ Perſpicacius autem dici poteſt, q̄ quia per votum religionis perſona diuino cultui dicatur, ac per hoc fit alterius dei ſcilicet ſpecialiter quo ad abdicationem etiam licitorum venereorum a ſe, vt cogitet que domini ſunt: ideo non ſolum ſi coniugem de facto accipiat, ſed etiam ſi ad alterius vxorem accedat, vel quomodolibet aliter venereis operam det, ſacrilegium committitur: dum perſona diuina violatur. ℣ Et hoc in ſuo ſimili patet. Mulier cum nubit, nihil aliud ſibi illicitum coniugali fide reddit, niſi libertatem alterius coniugij. Cognoſci enim a quocunq; non ſuo, omnino ei illicitum erat: nupta tamen non ſolum alterum de facto coniugū contrahit, ſed ſi cuicunq; alteri conſenſerit, adulterij rea eſt propter dictam rationem: quia ſcilicet perſona ſua iam eſt alterius. Sicut igitur fiat, q̄ fides coniugij non reſpiciat vt propriam materiam niſi debitum coniugale huic et non alteri coniugi (alteri enim perſone coniungi omnino illicitum ex ſe eſt) ꝛ tamen cū quacunq; perſona alter coniunx coeat adulterium committit: ita fiat q̄ votum religioſi vt propriam materiam reſpiciat abſtinentiam a cōiugio. et tamen quomodolibet religioſus coeat, ſacrilegium committit. Et vt robiq; (vt dictum eſt) eadem eſt ratio: q̄ vt robiq; perſona ſit alterius quo ad partem generatiuam, ac iniuria ſemper fit illi alteri. ſ. deo vel coniugi, ꝛ ſic quemadmodum fides coniugalis redundat in omnes actus venereos extra cōiugium, ſic votum religionis in omnes actus venereos ſimpliciter.

**Ad ſecundam** Vero dubitationem dicitur, q̄ ibi eſt vnum tantum numero peccatum, tāto grauius q̄to pluries firmatum. ¶ Ad cuius euidentiam non oportet inſpicere per quid voluntatis actus individuetur, ſed per quid peccatum ſit vnum vel plura. Multi enim actus voluntatis ſunt vnum numero peccatum: vt patet cum quis actum intentionis, fruitionis, electionis ꝛc. ad delectabile vnum habet. Peccatum autem formaliter, cum deordinationem actus voluntarij importet, vbi eſt vna numero deordinatio ibi eſt vnum numero peccatum. Cum autem aliquis actualiter pergit ad occidendum, contingit q̄ in eo eſt actualiter voluntarium deordinatum in ſpem homicidij: ita q̄ ꝛ verum eſt q̄ hic actualiter peccat in ſpem homicidij, ꝛ q̄ voluntas eius eſt actualiter peccās tali peccato: alioquin non voluntarie iret ad occidendum. Interrumpendo autem intentionem actus circa idem: non fit noua deformitas: ſed multiplicantur actus voluntarij, ita q̄ quod prius erat voluntarium imperatum, modo eſt imperatum ꝛ elicitum. ſed quotquot multiplicant, in eodem incidunt deordinationem voluntarij quam inuenimus augendo illam. Ita q̄ quemadmodum lumen aduenies diaphano non illuminato, non conſtituit aliud lumen, ſed cedit in identitatem cum eo quod inuenit. Cuius ſm ſe conſtitueret lumen nouum ita quilibet actus elicitus circa homicidium in pergēte ad illud, cedit in identitatem actualiter inuenti voluntarij homicidij, cuius ſm ſe conſtitueret nouum peccatum homicidij: regulare quippe eſt q̄ accidens eiuſdem ſpeciei in eodem identificatur inuento. ¶ Hec ſunt amantiſſime frater que mihi circa veſtra dubia occurrunt. Superet vt vna cum fratribus tibi creditis ores pro me, ꝛ bene valeas. Florentie. 27. aug. 1508.

¶ Eiuſdem ſuper duo de conceptu entis queſita, ad magiſtrum franciſcum ferrarien. Reſponſio. 16.

**Amantiſſime** Pater ex acceptis veſtre ſolicitudinis literis percepi libellum noſtrum de analogia nominum vos perlegiſſe, duoq; dubia de conceptu entis mentem veſtram tenere, ſoluiq; a me familiariter flagitaſtis. Ego autem q̄primum compleui expoſitionem librorum de anima (cuius fini incumbebam cum veſtras recepi) reſpondere curauiſne preclaro ingenio tuo deeſſem. ℣ Primum igitur dubium fuit ad hominem meipſum ſcilicet quia in cōmentarijs de ente ꝛ eſſentia. ſuſtineo vnum conceptum mentalem repreſentatiuum entis: ꝛ in tract. de analogia nominum video: hoc negare. ℣ Secundum autem eſt ad diuum thomam: quoniam ego in prefato libello ſuſtineo analogum non abſolui ab his quibus analogum dicitur. et diuus tho. in. q. de veri. q. j. art. j. docet ens habere conceptū vnū ſimplicem, ad quem omnia predicamenta et transcendentia addunt, in quem reſoluuntur, qui eſt primo notus. Hec enim inimicē ſibi aduerſari videntur: quandoquidem ſi ens abſolui non poteſt a naturis rerum non erit ſimpliciſſimus nec primo notus: nec in quem vltimo reſolutio fiat, ꝛ ad quem omnes addunt.

**Ad euidentiam** horum, ꝛ ſpeciꝰliter primi, recolito, q̄ quicquid eſt imago alicuius ſimilis alteri, eſt etiam imago illius alterius quatenus primo aſſimilatur: ac per hoc omnis conceptus creature eſt conceptus dei, ſicut omnis creatura aliqua eſt ſimilitudo dei. Hinc ergo fit, q̄ cum vnum proportionabilitate vt ſic habeat ſingula membra ſimilia proportionabiliter, oportet q̄ habeat etiam vnum conceptū mentalem repreſentatiuum illius vnius proportionabiliter. ℣ Hec huius oppoſitum teneo in tract. de analogia nominum, ſed cōcedo primo iſte vnus numero in mente ſm eſſe ſubiectiuū. eſt vnus analogia ſm eſſe repreſentatiuum, nec repreſentat vnam ſolam naturam: ſed vltra vnam quam determinate repreſentat (a qua eſt impreſſus) repreſentat implicite ceteras ſimiles illi primo repreſentate ſm id in quo proportionabiliter eis ſimilis eſt: idem enim eſt iudicium de ſimilitudine rerum inter ſe, ꝛ conceptus mentalis et rerum. Quemadmodum enim oſſis natura ſimilis eſt nature ſpine in ſuſtinendo carnes animalium (in quo analogantur) ita cōceptus mentalis oſſis vt ſuſtinens carnes, eſt ſimilis oſſi ꝛ ſpine: ſed oſſi determinate, ſpine autem implicite, ſicut etiam ipſum os non eſt ſimile ſpine determinate, ſed quatenus ſpina ſuſtinet carnes, ſicut ipſum os. Hic eſt primus modus quo analogum habet vnum conceptum mentalem ac per hoc ens, cum analogum ſit, vnum hoc pacto habet conceptum in mente a rebus impreſſum. ℣ Alter autem modus ſuper ipſius intellectus opere quo natus eſt adumata diuidere fundatur: ꝛ eſt tunc conceptus ſimilis vnus numero in mente, repreſentans analogum quidem determinate, nullum autem eorum que fundant analogiam explicite. Contingit autem hoc, cum intelligens mentalem conceptum quem paulo ante diximus, expoliat ab illa determinata natura quam repreſentabat, ꝛ loco illius nature concipit pronomen aliquod referens naturas fundantes analogiam indeterminate, verbi gratia: Si cōceptus oſſis, eſt os ſuſtinens carnes: intelligens loco oſſis ponat quod, ꝛ dicat quod ſuſtinet carnes, tunc enim manifeſte repreſentatur analogum explicite, implicite autem tantum nature fundantes analogiam. ℣ Eſt autem inter hos duos conceptus non ſolum dicta ex radicibus differentia: ſed etiam quia primus ad quid rei ſpectat analogi, ſecundus autem ad quid nominis, neuter tamen perfecte repreſentat analogum. De quo ſcilicet perfecto ſeu adequato explicite conceptu analogi interpretandum eſt, cum a me v. ab alio ſcriptum inuenitur q̄ non poteſt analogum, vnum numero mentalem conceptum habere, ſed vnum analogia tantum. ℣ Et quoniam conceptus mentales ſunt imagines rerum repreſentatarum (niſi ſint fictiti) quemadmodum in mente conceptus adequatus analogi non eſt vnus, ſed exigit repreſentationem omnium fundantium analogiam, ita ſignificatum analogi adequatum ꝛ perfectum non poteſt ſic abſtrahi vt obijciatur, repreſentetur aut concipiatur abſq; fundantibus rebus. Et ſicut in mente duplex cōceptus imperfectus reperitur, ita res ſignificata, extra poteſt obijci dupliciter imperfecte ſcilicet vel in vno explicite in quo cetera obijciuntur indeterminate: vel in nullo explicite, ſed omnia implicite, in ſolo formaliſſimo ſignificato explicite. ¶ Nec predicta cōtrariantur doctrine. s. thome, ens enim primo notum

Universidad de Deusto
Biblioteca



ordine generationis est secundum conceptum imperfectum: ordine autem distincte cognitionis est secundum conceptuz perfectū. ℣ Eius quoq; habere conceptum simplicissimum,consonat dictis: quoniam cum simplicitas compositioni opponatur,z vnum analogia non sit vnum compositione aliqua,non habentis ex hoc quod analogum,compositionem admixtam.Et vt exercitatione resolutio monstretur,si substantiam in ens vis resoluere,si in conceptum distinctum entis resolutio queritur,resoluetur in ipsam naturam substantie quatenus esse fundat:quod est simplicissimum,cui z addit ipsa substantia z addunt transcendentia.Et si in conceptum cōfusum,quod est,resolues:quod etiam est simplicissimum, cui etiā predicta addunt.℣ Sed occasio errandi multis,est quia in resolutione distincta querunt resoluere in vnum analogia, sicut consueuit resolui in vnum vniuocatione.Ita q; querunt in analogia qua si vnum numero terminum sicut in vniuocio:cum tamē terminus in analogia sit vnus proportionabiliter tantum.Ita q; z singula resolubilia resoluuntur in conceptus simplices obiectiuos z mentales, z omnia in conceptum obiectiuum z mentalem simplicem et vnum proportionabiliter.Ita q;(vt vnico verbo rem absolutā)ens esse primo notum,in quod sit omnis resolutio,in quod omnia adduunt,per modum analogi interpretandum est:cum quo stare potest,q; ens secundum perfectum adequatumq; conceptum non abstrahit a naturis predicamentalibus:sicut nec aliquod analogum a fundantibus analogiam.℣ In hoc pendet tota vis claritatis rei huius:vt semper animaduertatur secundum analogium morem hec dici.℣ Plura nunc non mihi occurrunt ad propositum dicenda:imo prolixior fui acutissimo ingenio tuo: quo ex vnico verbo concepisses cuncta. Bene vale,z pro me orare digneris.Rome die xxvij. Februarij.M.D.ix.

¶ Ad fratrem thomam ragusinum ordinis predicatorum.

Flecte Fili pijs precibus tuis satisfacere volens,considerauī in literis tuis questionem distinctam in quinq; articulos circa emptionem raptarum rerum in bello iniusto. ℣ Primus est,an huiusmodi rapta etiam difficile reparabilia,sint iudicanda tanq; habita,p derelicto.Ad quem respondetur negatiue: quia nec veri domini,(quibus non possint recuperare res suas)abdicauerunt a se dominium illarum:nec ex conditione rei,loci aut tēporis derelictio huiusmodi consurgit:vt in thesauris z similibus.Distinguendum tamen est inter rem z rem videmus rome:quoniam fere,vectes z id genus reliqua publice exposita, rome nullum inuenientia dominum quia nullus scit discernere seras suas ab alienis(quum,etiam vendentes lateat cuius fuerint)pro derelictis habentur per accidens z licite emuntur publice.Dixi per accidens: quia discernere nemo potest cuius fuerint:z publice ac promiscue quilibet emit,cuius nō dubitetur q; pars direptionis romane fuerint:hec enim signa derelictionis sunt.

¶ Secundus est,an rapta a pyratis,possint licite emi post diem seu certum tempus:vt nonnulle leges admittunt.Ad quem respōdetur negatiue in foro conscientie:cuius ciuiles leges impunitatē concedant ad euitandas lites.Et ratio illicite emptionis in vtroq; articulo est,quia emitur res aliena sine consensu veri domini.

¶ Tertius est,an in huiusmodi casibus in mentibus scienter,tota restitutio sumenda sit ex intētione vtilitatis propie vel domini: ita q; mentes pro sua totaliter vel principaliter vtilitate, sint malefidei possessores:mente autem pro domini principaliter emolumento,recte faciant pretium q; repetere possint.℣ Ad quem respondetur,q; per se loquendo nulli licet emere rem alienam sine consensu veri domini,z siquis emit etiam bonafide,tenetur ad restituendum rem emptam quam habet vero domino:nec potest pretium solutum petere a vero domino:quia tenetur ad restitutionē non ratione iniuste adeptionis,sed ratione rei aliene que apud ipsum est.Nec hoc est vertendum in dubium,loquendo per se z propie.Dico autem ,propie:quia magni refert emere vel redimere mā emere huiusmodi aliena non licet:redimere autem licet:sed redimit is solus qui vice veri domini redimit occupatam ab alijs rem illius:vnde non redimit nisi qui personam veri domini induens significaturus est vero domino vt rem suam recuperet redemptionis pretio soluto.Nec solum licet sed pium est redimere viliori pretio huiusmodi res.Emere autem propie z per se non licet.Dico autem per se:quia per accidens potest esse licitum:vt si cognoscā res raptas fuisse consanguinei mei,impotētis redimere z destituti omni spe recuperandi res suas,z presumens gratum esse consanguineo meo q; ego fruar rebus sic irreparabilibus,emā illas.Sed eorum que contingunt per accidens,non est certa regula.

¶ Quartus est,an dictum cuiusdam doctoris dicentis sic:probabiliter credo q; taliter emens,paratus reddere vero domino si cōparuerit,credens tamen q; non comparebit,z consequēter sperans pro se rem habiturum,non peccat:quia verisimiliter potest de veri domini voluntate presumere:sit in conscientia rutum,z alijs diuulgandum.Ad quem patet ex dictis responsio,s.q; nec per se est licitum(quoniam ratione rei aliene tenetur ad restituendum vero domino sine pretio q;diu res est apud eum:nec ipsa adeptio caret iniuria,ex eo quod notum ementi est quod res est aliena)nec per accidens apparet aliquid speciale excusans adeptionem: quoniā communia tantum proponuntur in articulo.

¶ Quintus est,an emat recte quis ex pietate calices z huiusmodi sacra,dedignatus q; manent apud infideles, daturus propria authoritate ea occurrenti ecclesie habito pretio.Et huic adiungitur,an dominus talium sit censendus omnino ignotus stante notitia religionis,puta hungarie.℣ Ad quem respondetur, quod hoc est vnum per accidens reddens licitam emptionem. Telus enim dei humanis omnibus preferendus efficit,vt licite quis hec redimat de manibus infidelium,redditurus etsi non illi ecclesie calicis domine que nescitur attī ecclesie christi:significando ecclesie cui datur vt q;tū in se est z publicet z teneat pro ecclesia cuius erat z est restituto pretio redemptionis.Et q;uis nō censenda sit ecclesia olim ignota cuius regio scitur:est tū maior psumptionis locus ex hac religiosa causa vni ecclesie de alta,q; mihi de consanguineo meo:quoniam vnica domus est vniuersa per orbē sparsa christi ecclesia.Hec sunt fili charissime que mihi occurrerunt respondenda.Bene vale,z ora pro me.Rome die,xxvij.nouembris.1519.

Secundi tomi opusculorum Thome de Vio Caietani Cardinalis.S.Xisti finis.



# ¶ Secundi tomi index: z primus questionum de sacramentis, commentarijs tertie partis adiectarum.

¶ De attritione z contritione questiones quatuor.


Mattritio possit fieri contritio. Qō.1.
An exigatur ad contritionem q; sit singulorum peccatorum mortalium. Questio.2.
An peccator teneatur ad cōtritionem quando recordatur peccatorum suorum. Questio.3.
An contritio remittat non solum culpam, sed penam debitam peccato. Questio.4.


¶ De confessione questiones quinq;.


An omnes teneantur ad confessionem. Qō.1.
An peccata mortalia totaliter occulta(vt sunt peccata in solo corde,)sint necessario confitenda. Qō.2.
An oporteat cōfiteri in speciali singulas species z numerum cerum peccatorum. Qō.3.
An peccata semel rite confessa,subsecuta absolutione z satisfactione,possint iterum fructuose confiteri &c. Qō.4.
An confessio informis sit iteranda. Qō.5.


¶ De satisfactione questiones due.


An satisfactio possit esse de alias debito. Qō.1.
An pro contrito z confesso peccato imposita satisfactio, si exoluatur in peccato mortali,sit iteranda. Qō.2.


¶ De ministro penitentie.


An sacramenti penitentie minister possit esse sacerdos absq; iurisdictione. Questio vnica.


¶ De thesauro indulgentiarum questiones quatuor.


An thesaurus aliquis sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum. Qō.1.
Ex quibus constet thesaurus vnde fiunt indulgētie. Questio.2.
Quenam sint satisfactiones ex quibus constat thesaurus vnde fiunt indulgentie. Qō.3.
An hic thesaurus subditus sit dispensationi pape aliter q; per sacramentorum collationem. Qō.4.


¶ De causa indulgentiarum questiones due.


An necessario requiratur rationabilis causa indulgentiarū. Qō.1.
An ex hoc ipso q; in bulla exprimitur aliquid pro causa indulgentie,sit rationabilis causa tante indulgentie. Qō.2.


¶ De susceptione indulgentiarum questiones due.


An preter gratiam requiratur ex parte suscipientis indulgentias aliqua alia dispositio. Qō.1.
An tempore quo fit opus pro indulgentia (oporteat operantem esse in gratia. Qō.2.


¶ De modo tradendi seu recipiendi ordines articulus vnus.


An matrimonium contractum per procuratorem sit sacramentum. Qō.1.
An contractus matrimonij clandestinus sit quandoq; licitus. Questio.2.
An matrimonij contractus non propter prolem aut vitādam fornicationem,sit licitus. Qō.3.


¶ De vsu matrimonij questiones due.


An vsus matrimonij sit licitus ante benedictionem. Qō.1.
An vsus clandestini coniugij sit illicitus mortaliter. Qō.2.


¶ De delectatione morosa questiones tres.


An voluptaria delectatio de coniugali actu licito conditionaliter, sit mortale peccatum. Qō.1.
An vidua que voluntarie delectatur de coniugali actu preterito, peccet mortaliter. Qō.2.
An voluntaria delectatio de visa pulchra muliere,sit computanda inter peccata mortalia delectationis morose. Qō.3.


¶ Tractatus de indulgentijs index.


De a priscis constant de indulgentijs. Cap.j.
Quid est indulgentia. Cap.ij.
Obiectiones contra assignatam rationem indulgentie. Cap.iij.
Questiones tres circa assignatam diffinitionem indulgentie. Caput.iiij.
Solutio obiectionum in tertio ca.positarum, contra hoc q; dare indulgentiam est actus iurisdictionis. Cap.v.
Solutio obiectionum in tertio ca. contra hoc q; indulgentia est absolutio. Cap.vj.
Solutio obiectionum in tertio ca.contra hoc q; indulgentia respicit penitentiam mimctam. Cap.vij.
Responsio ad questionem de indulgentie causa primo propositā in ca.4. Cap.viij.
Responsio ad secundam questionem de tempore vere penitentie, propositam in ca.4. Cap.ix.
Responsio ad tertiam questionem in ca.4.propositam de tempore confessionis. Cap.x.


¶ Index opusculi.27.questionum.


An indulgentie ecclesie fiant de thesauro meritorum christi z sanctorum. Qō.1.
An dare operam ad acquirendas indulgentias sit imperfectionis. Qō.2.
An occurrenti pauperi negans eleemosinam quam tamen dat pro indulgentia consequenda peccet. Qō.3.
An indulgentia absoluendo ab iniunctis penitentijs, absoluat a pena debita peccato apud diuinam iustitiam. Qō.4.
An ob plenariam indulgentiam concessam pro defunctis, et acceptatam a viuis pro certis defunctis,anime illorum defunctorum in purgatorio existentes liberentur totaliter a penis purgatorii. Qō.5.
An papa autoritate clauium det indulgentiam animabus in purgatorio. Qō.6.
An quoties quis recordatur sui peccati mortalis,teneatur habere contritionem. Qō.7.
An confessurus peccata sua,id potissimum cogitare debeat quid faceret si non esset preceptum confitendi,an etiam vellet confiteri,z inde iudicare cor suum. Qō.8.
An sit presumptionis confiteri venialia z omnia mortalia. Qō.9.
An circunstantia diei festi sit necessario confitenda. Qō.10.
An ad fructuosam absolutionem in sacramento penitentie exigatur fides qua penitens credat certissime se esse absolutū a deo Questio.11.
An sacramētalis absolutionis effectus sit remissio culpe. Qō.12.
An excommunicatio priuet a participatione interiori fidelium. Questio.13.
An penitentia fm canones imposita a confessore, si non impleat in hac vita,exoluenda sit in alia vita. Qō.14.
An confessor teneatur occultam seruare deliberationē confitētis se omnino occisurum regem aut summum pontificem. Qō.15.
An confessor cognoscens ex his que audit in confessione sequi in seipso emissionem seminis sibi displicentem, peccet mortaliter audiendo vel prosequendo tales confessiones. Qō.16.
An in purgatorio possit esse meritum aut charitatis augmētum. Questio.17.
An anime omnes in purgatorio sint certe de sua salute eterna. Questio.18.
An imperfecta charitas necessario deferat secum post mortem timorem penalem. Qō.19.
An iustus timendo penam peccet. Qō.20.
An omne preceptum obliget ad peccatum mortale. Qō.21.
An religiosus factus episcopus teneatur debito legali ad observantias regulares. Qō.22.
An in collatione sacramenti ordinis sufficiat tactus corporalis post completam prolationem verborum in quibus consistit forma. Qō.23.
An summus pontifex possit dispensare cum sacerdote occidentalis ecclesie vt accipiat vxorem. Qō.24.
An matrimonium legitime contractum inter christianos per verba de presenti,possit ante carnalem copulam durimi autoritate pape absq; religionis ingressu. Qō.25.
An vxor teneatur sub peccato mortali abstinere a carnali cōmercio viri publici concubinarii. Qō.26.
An apostolica sedes in sacris canonibus aburatur verbis sacre scripture. Qō.27.


¶ Finis precedentis Indicis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# Secundi Tomi capitum Index.

## ¶ Index capitum opusculi. xvij.

Responsionum.


De expositione Quinq; articulorum lutheri reprobatorum.

Primus articulus est:verum est ꝙ uerbum ꝛ omnia hominum doctrinas de contritione adhuc traditis ꝑ stantibus,ꝙ summa penitentia est non amplius peccare,ꝛ ꝙ optima penitentia est noua vita. Secundus. Nemini remittuntur peccata,nisi credat sibi remissa esse quando ꝓsbiter remittit ꝛc. Tertius. Error illorum magnus est qui vadunt ad communionis sacramentum sub hac confidentia,ꝙ sunt confessi,ꝛ qꝫ agnoscunt esse se sine peccato mortali propter preces ꝛ preparatoria premissa ꝛc. Quartus. Thesaurus ecclesie vnde papa dat indulgentias,non sunt merita christi ꝛ sanctorum. Quintus. Si papa cum magna parte ecclesie haberet hanc vel illam opinionē et non erraret,tñ nec peccatū est nec heresis contra sentire (presertim in re nihil pertinente ad anime salutem) donec alterum per generale concilium reprobetur vel approbetur. Responsio.j.

Quid sentiendum de sex ꝓpositionibus,in laudem beati ioseph a quodam theologo predicatis:prima ꝙ ioseph fuit magni meriti,ꝛ pater putatiꝰ christi,qui christū ipsum palpauit,ꝛ eo familiariter vsus est:secunda ꝙ ioseph sanctꝰ fuit verus vir virginis marie:iuxta illud:iacob autem genuit ioseph virum marie.tertia ꝙ fuit,verum matrimonium inter virginem gloriosam ꝛ sanctum ioseph:qꝫ non potuit esse nisi per mutuam corporis donationem,que fuit inter ioseph ꝛ virginem.quarta ꝙ istud matrimonium fuit priuilegiatum: quoniam in isto matrimonio virgo non dedit vsum corporis. licet per matrimonium dederit corpus:edocta a spiritu sā,vbi regulariter per contractum matrimonij datur corpus ꝛ vsus copule carnalis.quinta ꝙ virgo maria dādo corpus suū ioseph,dedit ꝛ sanguinem totius corporis:ex quo sanguine fuit completum corpus christi.sexta quod hec propositio est vera:ex sanguinibus ioseph fuit formatum corpus christi.ideſt ex sanguinibus propriis virgini marie a ioseph sancto datis per contractum matrimonij,fuit formatum corpus christi. Responsio.ij.

An matrimonium contractum a iuuene postq; religionem posuit dispensationis annos ingressus est animo mutandi omnino vitam,et intra nouitiatus tamen annum egressus,est ad secularem vitam ꝛ habitum,sit validum. Rñsio.iij.

An adulter ipso facto sit priuatus iure exigendi debitum a coniuge innocente. Rñsio.iiij.

Ad quatuor dubia primum. An iudice inquisitus de aliquo crimine teneat ꝛ debeat nominare cōplices si nō sunt infamati,ꝛ ante correptionē fraternam.secundum. An si ipse tales nosauerit.possit iudex contra tales procedere ad inquisitionem.tertium. An iudex sciēs defectum alicuius a tribus vel quatuor non per modum iudicij.possit ipsum cogere ad dicendum veritatem.quartum. An infamatus de aliquo possit de omnibus inquiri. Rñsio.v.

An ij qui ex iudeis originem ducunt.si in nullo culpabiles inuenti nec aliter suspecti nisi ratione originis sunt,possit negari ingressus religionis:ꝛ si fuerint nouitij,negari possit professio absq; peccato mortali:an sit hoc contra preceptum charitatis. Responsio.vj.

An. H. ingressus religionem quandam mendicantium,in quodaz illius conuentu regularis vite.cum animo deliberato perseuerandi vsqꝫ ad mortē in illa particulari religione ꝛ in illo particulari cōuentu in seruitium beate virginis cui ecclesia illa dicata est,postq; multos menses ibidem degit.possit ob scelera ibidē impunita ad seculum intra probationis annum redire. Responsio.vij.

An is qui in choro sic diuinū officium persoluit,ꝙ sui chori versus submisse sibi ipsi soli dicit,alterius vero chori versus audit tantūmō,satisfaciat precepto ecclie ꝑ soluēdis canonicis horis. Rñ.viij.

Ad tres questiunculas:primam. An vsura soluta ab accipiente sine necessitate pecunias mutuo.sit restituenda illi qui soluit:secundam. An pertinaci etiam vsqꝫ ad mortem in aliquo veniali.nō ex contemptu sed quia est venniale,sit deneganda absolutio de ceteris peccatis.tertiam. Quomodo intelligatur delictum publicum vt sine peccato possit reuelari:an quia potest ꝓbari.an quia fuit de eo conuictus coram iudice,aut quouis alio modo. Responsio.ix.

An possit anima pensio ex beneficio ecclesiastico debita,pro certa summa pecunie semel persoluenda vendi. Rñsior.

An petrus consignans centum florenos apud paulum mercatorē vici pro parte lucri capitali salvo assignet.v.flo. pro residuo lucri sibi reservato.licite contrahat,et ad restitutionem illorum in foro anime non teneatur. Responsio.xj.

Ad.v.dubia.primum. An sit simpliciter de necessitate salutis penitentem cōfiteri de singulis peccatis numeraliter in eadem specie.quando potest ea figillatim ad memoriam reducere. secundū Quando circumstantia loci sacri,sit necessario confitenda.tertium An si tam venditor q̄ emptor sciat naturam rei ꝛ valorem,nullum subsit peccatum si res vendatur pro maiori vel minori pretio.quartum. An principes terrarum per consuetudinem possint sibi licite appropriare feras.quintum. An dicti principes possint ita districte prohibere dictarum ferarum captionem.vt nullus subditus possit eas capere quin grauissime puniatur,etiam si capiat eas vt sea dāno preferret quod inferunt in bladis vel huiusmodi. Rñsio.xij.

Ad.vij.dubia.primum. Quomodo stent hec simul:licet vendere iudeis res quibus ipsi vtuntur in suis sacrificijs,non licet cooperari ad reedificationem synagoge iudeorum.secundum. Quomodo stent hec simul:occultissima per accidens subiacent ecclesie cōfuris:ꝛ author homicidij occultus non est sub iudicio humano, q̄ persona est occultissima.tertium. An hec sibiinuicem repugnent: nullo modo licet inducere ad minus malum etiam paratos.et licet inducere vt peccent minus:quartum. Quomodo hec se compatiantur. Excusantur qui omnino cenaturis tempore ieiunij exhibent cenam,ꝛ non licet exhibere vinum volenti omnino se ebriare.quintum. Quomodo hec. Sicut in alijs iniurijs sufficit restituere ꝛ non oportet petere veniam,ita nec in contumelia:ꝛ quādo trāslatio non est omnino voluntaria,oportet non solum reddere pīū agri,sed aliquid correspondēs illi cōditioni involuntarij:sicut semper in restitutionibus faciendum est.sextum. Cur neqꝫ in textu neqꝫ in commento totius secundesecunde tractatur de famoso murmurationis vitio.septimū. Quid importet scrupulus cōsciētie,quo stante licite operamur oppositum. Rñsio.xiij.

Ad quinq; dubia. Primum cur permittitur simul stare bonitatem substantialem ꝛ veniale peccatum.secundum. Quomodo verificetur quod non oporteat restituere cum damno in re superioris ordinis:quum ex hoc videatur sequi mulierem que ex adulterio suscepit ꝓlem non teneri ad se prodendum.quantumcunq; veri heredes inde damnificentur.tertium. An hoc sit solidum fundamentū ytentem malitia alterius,semper petere debere aliquid absq; peccato prestabile.quartum. An sicut votum abstinentie vxoris sic et votum continentie viri irritare possit.sic vt vxor secura sit atq; tuta. quintum. An sit mens diui tho.in.iij.sen.di.xviij. q.ij.ar.j.q.iij.qō excommunicatio iniusta priuat suffragijs ecclesie. Rñsio.xiiij.

Ad duo dubia primum. Quomodo sustinetur quod votum est de meliori bono ideſt bono supererogationis.et quod religiose persone venereis vacantes agant contra votum.secundum. An is qui ad occidendum hominem pergit,quotiens interrupta cogitatione inter eundum renouat voluntatem peccandi,totiens nouū peccatū committat.an totum sit vnum numero peccatum ꝛc. Rñ.xv.

Ad duo dubia primum. Quomodo sit vnus conceptus mentalis entis.secundum. Quomodo hec stent simul analogum non abstinetur ab his quibus analogum dicitur:ens habet conceptū vnū simplicem,ad quem omnia predicamenta ꝛ transcendentia adducuntur in quem resoluuntur,qui est primo notus. Rñsio.xvj.

Ad quinq; articulos circa emptionem rerum raptarum in bello iusto. Primus est an huiusmodi capta etiam difficillime reperiantur,sint indicanda tanq̄ habita pro derelicto.

Secundus est:an capta a pyratis,possint licite emi post diem seu certum tempus:vt nonnulle leges admittunt.

Tertius est:an in huiusmodi casibus:in ementibus scienter tota resolutio sumenda sit ex intentione vtilitatis ꝓprie vel domini ꝛc.

Quartus est:an dictum cuiusdam doctoris dicentis sic probabiliter credo quod taliter emens paratus reddere vero domino si comparuerit.credens tamen quod non comparebit,ꝛ consequenter sperans pro se habiturum.non peccat:quia verisimiliter potest de voluntate ꝓbabili dominī voluntate ꝓsumere. Et in conscientia rerum talium diuidendum.quintus est:an emat recte quis ex pietate calices et huiusmodi sacra dedignatus quod manent apud infideles,datus rus propria autoritate ea occurrenti ecclesie habito pretio:et an dominus talium sit censendus omnino ignotus stante notitia regionis:puta hungarie.

Responsio.xvij.

¶ Indicis capitum secundi tomi finis.




## ¶ Opusculorum Thome de vio Caietani, Cardinalis sancti Xisti Tomus Tertius.

Cui primo inest Tractatulus de Conceptione beatissime Virginis Marie: Ad Leonē Medicen decimum, Pontificem Maximum.

Iustum fe licēq; sit leo.x. ponti, maxime q̄ de supremo ꝓtestatis tue opere prima offeren de tue beatitudini lucubratiūcule causa fese obtulit. Definitio secretoū christiane fidei que nos se soli deo natura cōuenit in medium venit, propositum est vt decernas in lateranensi synodo vtrū deus beatissimā virginē mariam a peccato originali ꝑseruauerit an mūdauerit. Quo circa duo occurrunt scribenda. Primo vie decernendi ea que sunt fidei.modiq; quibus aliquid eiusmodi credendum decernit,explicabunt.deinde iuxta singulos modos p vias ipsas sermonis gressus dirigent. ¶ Due sunt vie quibus decerni potest religioni christiane quid credendū sit,altera ordinaria:altera extraordinaria. Ordinaria est diuina reuelatio facta in primis autoribus sacre scripture, contenta in canonicis libris biblie, traditionibusq; apostolorum in symbolo ꝛ alijs que constat ecclesiam per apostolos suscepisse:vt sacramenta. Reuelatio deinde facta apostolice sedi siue cum synodo siue sine synodo. Hec enim differentia ad tollendam ꝛ congruitatem spectat iudicij apostolici de his que sunt fidei.ꝛ non ad necessitatem:vt vniuersa testatur ecclesia, hereticos indubie tenēs qui ab apostolica sede damnatam heresim sectantur. Reuelatio demum facta sacris doctoribus, his precipue quorum et vita et doctrina approbata est ab ecclesia. ¶ Sed est inter hec distantia multa ꝛ quoniam reuelationi contente in sacra scriptura et decretalibus fidei inheremus tanquam necessarijs : ita quod si hereticum comprobat quicunq; pertinaciter aliqui horum aduersatur. Reuelationi autem facte sanctis alijs quorum doctrinam ecclesia suscipit, tanquā probabilibus inheremus: vt diui Augustinus Thomasq; scripserunt, et magistra rerum experientia continua testatur. Nec refert in sacra scriptura et alijs an aliquid sit reuelatum explicite (vt creatio mundi.incarnatio verbi dei ꝛ alia eiusmodi) an implicite:vt sunt omnia illa quorum opposita non possunt sustineri cum veritate sacre scripture ꝛ aliorum que certa fide scimus:nisi quod ingenio laboꝛ ratione ꝛ intellectu opus est vt manifestentur hec que implicite dicuntur contineri.esse necessario connexa illis in quibus contineri dicuntur. Quo fit vt in istiusmodi rebus an reqꝫ constet quid necessario connexum sit certis ꝛ indubitatis fidei traditionibus,vnicuiq; liceat quod rationabilius sibi videtur amplecti.sine pertinacia tamē. Et hinc rationibus locus datur ad ea que sunt fidei:vt scilicet afferantur rationes ostendentes consona aut dissona esse fidei que in dubium vertūtur. Propter quod oportet omnes rationes ad ea que sunt fidei non ex solo naturali lumine sed ex lumine diuine reuelationis in predictis contente procedere:ꝛ in diuinam reuelationem in predictis contentam resolue re. Et ideo non ratio sed diuina [illegible] Ratio non cuicunq; sed predicta facta est,cui fides nostra innititur:ꝛ secūdum eam oportet decernere quicquid in fide decernendum est. Extraordinaria vero via qua potest aliquid decerni in fide esset.si miraculo quod vere miraculum esset.deus attestaretur aliquid ad fidem spectās. Sed hic esset opus cautela magna:tum ex parte operum mirorum:quoniam angelus satane transfert se in angelū lucis:ꝛ signa ꝛ ꝓdigia facere quilta potest que nos vere miracula à solo deo factibilia putaremus:vt opera sanitatis ꝛ elementorū ꝛ similium. Unde ꝛ antichristus facturus dicit tot miracula in oculis hoīum vt si fieri possit et etiā electi fallerent. Tum ex parte illusionis:vt cōtingit in prestigijs.tum quia signa teste apostolo.1.ad corin.14. et beato gregorio in omelia. 1. data sunt infidelibus non fidelibus, ecclesie vero tanq̄ fideli nō infideli data est reuelatio ꝓphetica ꝛ aplica. Unde via signorū etsi est a dño data marci vlti.propter infideles ꝛ ab ecclesia approbata quo ad fidē personalem.s. dicentis se missum a deo:vt in ca.ex inuncto.ꝛ extra de heret.tñ nisi coram romana ecclesia euidētissime fieret verū ꝛ indubitatū non mirū sed miraculū.expedire ad testificandū hoc esse verū.nō deberet romanus pōtifex determinare aliquā fidei ambiguitatē ex hac via. Et ratio est,qꝛ habemus a deo ordinariā viā decretoū fidei:tantūt si angelus de celo oppositum huius ordinarie vie diceret, non esset et credendū:vt apls dicit ad galat.1. Accedit ad hec ꝙ miracula q̄ ab eccl̄a suscipiunt in canonizationibus sanctorū q̄tū maxime autētica sunt,quū humano testimonio innitant (eoꝝ scilicet q̄ testant,nō oīno certa sunt:qm̄ scriptū est,omis homo mēdax:licet sint certa more humano, fidei aūt christiane certitudo nō humano more certa esse debet.sed infallibile oīno debet habere testimoniū:quale nullus homo sed solus deus ꝑstare potest. Unde ꝛ petrus apls celestis vocis in transfiguratione dñi a se audite,ꝓpio testimonio tanq̄ humano vtens subiūgit,ꝛ habemus firmiorem ꝓphetic̄ sermonē,subiungēdo ꝙ nō volūtate humana ꝓpheria allata est. Duimo ergo testimonio non humano certitudo haberi debet in decernendo iudicialiter res fidei. ¶ Ex dictis aūt patet nō solū decernendi via duplex.sed ꝛ modus duplex quo credēdū esse decerni potest. Nā quedā decernunt credenda tanq̄ necessario credēda.ita ꝙ cōtrarium sentēs est hereticus, quedam vero tanq̄ probabiliter ꝛ pie credēda,ita ꝙ contrariū sentiens non est hereticus:vt de assumptione beate virginis cum corpore,ꝛ sanctificatione eius in vtero matris ꝛ aliis huiusmodi communio eccl̄e sie pietas probabiliter credit. Ratio aūt quare omnis via tam ordinaria q̄ extraordinaria decernendi ea que sunt fidei sola reuelatio diuina est.in promptu est:qꝛ scilicet ea que sunt fidei lumē humane mentis excedunt,ꝛ ex solo diuine volūtatis beneplacito dependent istiusmodi singularia.scripti est autem ꝙ que sunt hois nemo nouit nisi spūs hominis,ꝛ que sunt dei,nemo nouit nisi spiritus dei ꝛ cui voluerit spiritus reuelare. Hec de primo.

Ojctis Aute vijs medēdo vt propositū deinde fuit,manifestat primo ꝙ neutra pars q̄stionis vt in dubiū vertitur est necessario credēda. Et ratio est qꝛ neutra in sacra scriptura certisq; fidei dogmatibus necessarijs explicite habet,ꝛ vtraq; pars sustineri potest cū veritate sacre scripture reliquisq; necessarijs creditis a christifidelibus. ¶ Et de parte quidē illa q̄ tenet beatā virginē a peccato originali mūdatā.certū est ꝙ fidei cōsonat.tū qm̄ vniuersales ꝓpositiones de peccato originali in oibus pure hoībus in sacra scriptura habent:vt pater ad ro.3.ꝛ.5.ꝛ.7.ꝛ.2.ad cor.5. tū qm̄ vniuersali redēptioni christi in sacra scriptura tradite cōsonat, tum qm̄ innumera sacroū doctoūꝛ sanctoūm multitudo hanc partē explicite tenuit:vt.j. patebit. ¶ De parte aūt altera credēte.s. beatam virginem preseruatam a peccato originali, licet quidam scripserit ꝙ contrarsatur sacre scripture ꝛ determinationi ecclesie, quidā autē ꝙ non:mihi tū theologorum minimo distinguendum videtur circa sensum huius opinionis. Nam potest dupliciter intelligi. Primo vt beata virgo sit preseruata totaliter a peccato originali ita ꝙ fuit exempta ab oibus ad dictū peccatū spectātibus, secundo vt beata virgo sit ꝑseruata a sola macula peccati originalis ꝙ infusionē gratie ꝓsonalis. Est aūtinter istos duos sensus maior distātia q̄ inter celū ꝛ terrā. Nam cū aia alicuius hois qui generaliter incurrit originale peccatū.nō solū macula originalis peccati cōtrahit,sed in primo instanti in quo anima rationalis creando infundit ꝛ infundēdo creatur,priuis secundū nature ordinem caro seu materia cui anima infundit est infecta:vtpote genita ex commixtione vtriusq; parentis,ꝛ propterea alia que infundit illi carni contrahit maculam in seipsa originalis peccati,quia infunditur carni infecte.neq; solam maculam ex carnis infectione contrahit persona in vtero genita.sed multa alia.scilicet reatum claustri celi tanue.fomitem peccati,ꝛ penam mortis temporalis:alia quod infecta caro cui infunditur anima est in qua fundatur ratio nō potentie contrahendi originale peccatum.sed ratio contracti in propria persona debiti ꝙ contrahatur in anima rationali sua peccatum originale ꝛ secundum maculam et secundum reatum penarum spiritualis et temporalis,imo est talis carnis infecte peccati originalis initium inexistens in persona que tunc simul concipitur et concepta est. Quocirca positio dicens beatam virginem

Universidad de Deusto
Biblioteca



preseruatam totaliter a peccato originali dicit ipsam non contrazisse carnem suam infectam ac per hoc nō solum fine macula peccati conceptam ꝛ reatibus ꝛ fomite: sed etiam fine debito in propria persona habendi hec. Positio vero dicens beatam virginem preseruatam solum a macula peccati originalis ꝛ ijs que a macula sunt inseparabilia (vt est reatus eterne pene damni) non negat beatam virginem carnem habuisse infectam: ac per hoc in propria persona debitum contrahendi maculam originalis peccati, et quo ad maculam ꝛ quo ad reatus omnes et fomitem: sed preseruante dei gratia non redundauit in animam illius macula peccati originalis, licet redundauerit ꝛ fomes ligatus tamen per gratiam et reatus clause tamue vite eterne et mortis temporalis: quia hec pena scilicet mortis erat nature ex parte carnis: illa scilicet clause tamue erat nature ex parte tempus: quia scilicet christus adhuc non aperuerat per suam mortem tanuas paradisi clausas per originale peccatum: et similiter fomes ex parte carnis se tenet.

Ater igitur opiniones hec mihi videtur quo ad fidem differētia quod positio dicens beatam virginem esse preseruatam a peccato originali et reatibus ꝛc. est contraria fidei catholice: quoniam repugnat his que in sacra scriptura ꝛ aliis documentis fidei certis ꝛc. necessarijs continentur. Oportet nāq; de beata virgine firmiter credere quod christus est mortuus pro ipsa, et quod ipsa est mortua morte peccati: quoniam in sacra scriptura habetur ista conditionalis, si christus est mortuus pro omnibus omnes mortui sunt: vt patet secunde ad corn. v. ca. Constat enim quod omnis conditionalis vera est necessaria: ꝛ quod a destructione consequentis ad destructionem antecedentis valet argumentum. Formata ergo ratione clare apparebit scripturam esse falsam et fidem nostram procedendo sic: si christus est mortuus pro omnibus omnes mortui sunt: sed per istam positionem nō omnes mortui sunt: quia beata virgo non est mortua morte peccati: ergo christus non est mortuus pro omnibus: quod est manifesta heresis. Hec potest hic locus glosari quod omnes distribuat generaliter: ꝛ quod patitur exceptionem ꝛ similia: quoniā constat quod in hac propositione illud signum omne distribuit pro omnibus sine vlla exceptione: quoniam hereticum constat esse dicentem christū non esse mortuum pro omnibus sine vlla exceptione. Nec etiam potest negari quin de morte peccati sit sermo in consequenti: vnde augusti. in. vj. contra iulianum tractans hec verba apostoli concludendo dicit hec verba. Consequens ergo esse voluit vt omnes intelligantur mortui si pro omnibus mortuus est. Quia ergo non in corpore restat vt in peccato mortuos esse omnes pro quibus mortuus est christus nemo negeat nemo dubitet, nisi qui se negat aut dubitat esse christianum. Hec ille. Unde cum opinio illa neget beatam virginem mortuam morte peccati, ac per hoc christum non mortuum esse pro ipsa: sustineri iudicio meo non potest. Et ne longius protrahatur hoc oportet summarie ante oculos habere quod iste quinq; propositiones sunt omnino confitende scilicet christus mortuus est pro beata virgine. beata virgo est aliquo modo mortua morte peccati: beata virgo est reconciliata deo per christum. beata virgo est redempta per mortem christi. beata virgo etiam post sanctificationem sui non nisi per christi mortem aditum habuit paradisi apertum. Quibus adduntur alie aut per se note (scilicet quod omnis reconciliatus fuit inimicus: et quod beata virgo mortua est morte temporali) aut determinate per ecclesiam scilicet omnis homo redemptus a christo fuit vere captiuus, ꝛ mors est pena peccati originalis. Primam enim harum refert augustinus ad optatum de origine anime a papa zozimo decretam dicens. In epistola zozimi sic legitur: Nullus nisi qui peccati seruus est liber efficitur nec redemptus dici potest nisi qui vere per peccatum fuit ante captiuus: sicut scriptum est si vos filius liberauerit vere liberi eritis. Et subdit. In his verbis apostolice sedis tam antiqua atq; fundata certa ꝛ clara est fides catholicam vt nefas sit de illa dubitare christiano. Hec ille. Secundam vero scilicet quod mors est pena peccati originalis constat decretam esse a concilio milcuitano: vt patet de conse. distin. iij. ca. placuit. Unde patet quod distinctio illa de redemptione preseruatiua vel liberatiua, quo ad homines reprobata est per romane ecclesie determinationem: cuius sanctus bernardus super canticis sermone. xxij. illam vsurpauerit quoad angelos. Sunt ꝛ alie vniuersales propositiones certe et indubitate scilicet per vnum hominem peccatum transisse in omnes et per peccatum mortem ad ro. v. et omnes in ada peccauerunt ad ro. iij. Et quisquis hominem aliquem esse putat cui necessaria non fuerit remissio peccatorum excepto vno medio tore contrarius est sacre scripture, inquit augustinus in lib. de perfectione iustitie. Et solus christus habuit similitudinem carnis peccati. Et alie huiusmodi que aut nullo modo aut vix possunt saluari ab huiusmodi opinione. Si tamen opinio nominanda est: quum videatur manifestus error in fide. Unde nec sixtus quartus in extrauaganti graue nimis: de hac positione se impediuit sed solum de preseruatione beate virginis a macula peccati originalis: vt expresse patet legenti illam. Damnanda ergo videtur specialiter positio que asereret beatam virginem totaliter preseruatam a peccato originali vt scilicet nihil eius incurrerit: cuius neminem adhuc sciam hoc tenuisse.

¶ In secundo autem sensu intellecta opinio de preseruatione beate virginis scilicet quod preseruata est a macula peccati originalis et non ab infectione carnis, ac per hoc nec a debito in propria persona illius macule nec a fomite ꝛ penis, non est contraria sacre scripture nec determinationi ecclesie nec aliquibus necessario creditis: quoniam beata virgo preseruata ex speciali preuentione gratie a macula originalis peccati et habens cetera que diximus, non est extra latitudinem mortuorum, inimicorum, indigentium remissione peccatorum, captiuorum, habentium carnem peccati, obnoxiorum morti et clausure celi. Et consequenter non est extra latitudinem eorum pro quibus christus mortuus est, reconciliatorum, liberatorum, redemptorum, mundatorum, introductorum denicq; per christi mortem in vitam eternam anime et corpous. Et in promptu ratio est: quia ex eo quod habuit carnem infectam cum fomite ligato et reatibus, egebat futuro remedio per incarnationem et mortem iesu christi exhibendo. Et ex eo quod in propria persona habuit debitum contrahendi maculam originalis peccati, imo initium vnde redundare in animā suam debebat originalis peccati macula, gratia illa que preueniēdo sanctificauit eam ligando etiam fomitem, habuit rationem gratie mundatiue reconciliatiue redemptiue ꝛc. Liberans namq; animam a macula non actualiter habita sed ex propria carne tunc debita, et in eadem carne tūc initiata, non est extra latitudinem liberantium a peccato, mundantium a sorde, redimentium a captiuitate. Neq; enim vno modo tantum quodlibet horum dicitur: sed latitudinem habet. Dicitur namq; captiuus non solum qui totaliter in captiuitatem est redactus: sed qui cepit in sui aliqua parte duci in captiuitatem ꝛ obnoxius est captiuitati. Et similiter dicitur mors peccati, non solum ipsa actualis mors, sed debitum eius in propria persona habendi illam. Et similiter dicitur peccato originali mundatus, non solum qui a contracta actuali macula mundatus est: sed qui a macula quidem in debito et initio in propria persona fundato, et reliquis tot quasi partibus peccati originalis actualiter contractis mundatus est: et sic de aliis. Nec putet quisq; de mea hec phantasia me proferre: sed videat diuum thomam in primasecunde. q. 81. articu. iij. (vbi inter alia tractat etiam illud ad roma. v. per vnum hominem peccatum transijt in omnes et per peccatum mors) sustinentem quod per mortem sufficit intelligere debitum seu reatum in propria persona mortis, cuius nunq; actualiter aliquis moreretur. Ex quo habetur quod ex apostolus duo simul dicat (scilicet quod in omnes peruenit peccatum et mors) sicut secundum scilicet mors sufficienter saluatur ponendo mortem vel in actu vel in debito in propria persona. Et primum scilicet peccatum, saluatur exponendo peccatum in actu vel in debito in propria persona. Dixi autem totiens in propria persona: quoniam si debitum aut initium peccati originalis non ponitur propium illius qui concipitur sed commune, iam nō saluaretur quod illa persona esset mortua redempta reconciliata ꝛc. Nec esset formalis differentia inter errorem iuliani contra quē scribit augusti. ponentis per gratiam redemptionis christi filios christianorum preseruatos a peccato originali quod habebant in debito communi: sed esset materialis differentia: quia ille gratiam preseruationis cōem christianis posuisset: hic autē ponere tur propria vni. Saluatur quoq; manifeste in hac positione singularis prerogatiua iesu christi, q̄ solus cōceptus est sanctus ꝛ nō in carne peccati sed in similitudine carnis peccati: nō solum ea rōne q ipse ex vi seu natura sue conceptionis que naturalis in vtero vocatur, sanctus nascebatur (iuxta verbum gabrielis ad beatam virginem, quod et ex te nascetur sanctum) sed etiam quia beata virgo concepta est cū carne infecta sed cū alia sancta ex gratia impediente redundantiam infecte carnis in maculam anime. Saluantur et oēs vniuersales ꝓpositiones in scriptura ꝛ ecclesie determinatio-



nibus: vt facile puto apparere exercitatis ingenijs ex dictis. ꝛ Nec obstat dictis si obiciatur quod reatus ꝛ fomes dicti consequitur infectam carnem mediante macula in anima: ac per hoc si macula non est subsecuta, nec ista sunt secuta: imo videtur quod sine macule incursu, inmste anima reatremaneat: quum pene iste propie culpe originalis tamen sint pene. Hoc inquam non obstat: quia mediatio macule licet sit ordinaria non tamen est sic necessaria vt impedita macula oporeat impediri esse consecutionem aliorum: sufficit enim quod omnium horum communis radix (scilicet infecta caro) sit in instanti illo quo anima infunditur infecte carni. Nec est inusitum quod habenti culpam in proprio debito amitto, actualis culpe incursus impediatur ꝛ reatus penarū nature remaneāt: quoniam extra propriam culpam originalem omnino non est qui in proprio debito ꝛ initio illam habet. ¶ Et quoniam in hoc sensu ꝑdicatur hodie beata virgo preseruata a peccato originali ab his qui dicunt ipsam fine originali peccato conceptam (ita quod per peccatum originale intelligunt maculam peccati originalis: vt patet ex predicta bulla seu extrauaganti sixti quarti edita in fauorem huius opinionis de preseruatione a macula originalis peccati: et ex studio scott in. iij. senten. distin. iij. q. j. ad hoc tendentis vt a culpa, offensa inimicitiaq; animam beate virginis in conceptione preseruaret: ita qua pueri nunc per baptismum ꝛ olim per circuncisionem liberi sunt effecti. Et ex defensionibus francisci de mayronis in. iij. sen. dist. iij. q. ij. in quibus conatur saluare sanctitatem formaliter cuius sola anima est susceptiua in beate virginis conceptione preoccupantem peccatum originale) ideirco quū de duabus opinionibus de cōceptione beate virginis erit reliquus sermo an mūdata an preseruata fuerit ab originali peccato, de ipsa macula originalis peccati intelligendus est. Quocirca coercende sunt predicatorum lingue scriptorumq; manus in hac questione: ꝛ neutram debent damnare partem, vt erroneam, vt fidei vt sacre scripture aut ecclesie determinationi contrariam: sed sobrie scribere ꝛ loqui debent ꝛ non plus sapere q̄ oportet, iuxta apostolice sedis preceptū a sixto quarto editum.

Quum igitur neutra pars sit necessario credēda, oportet videre an altera an vtraq; sit probabilis. Quod enim pars illa que tenet beatum virginem esse a peccato originali mundatam probabilis sit, ex eo patet quod tot sancti doctores ꝛ tot illustres doctores in theologia ꝛ in iure canonico q̄ scripserunt hanc partem non in communi sed in singulari nominatim de beatissima virgine maria loquentes docuerunt. Et ne fingere videar, nominatim sanctos in suis locis afferre consuetus vt eorum non solum nomina ꝛ loca in quibus hec scripserunt sed verba afferantur. Occurrunt ergo quindecim sancti.

Sanctus augustinus super psalmum. xxxiij. dicit. Adam est mortuus propter peccatum: maria ex adam morna est propter peccatum: caro autem domini ex maria mortua est propter delenda peccata. ſ. Et in libro secundo de baptismo parulorum dicit: solus ille homo factus manens deus peccatum nullum vnq; habuit nec sumpsit carnem peccati q̄uis de materna carne peccati. ſ. Et in libro. x. super genesim ad literam dicit. Corpus christi q̄uis ex carne femine assumptum sit que de illa carnis peccati propagatione concepta fuerat, tamen quia non sic in ea conceptum fuit quomodo fuerat illa concepta, ideo ipsum non fuit caro peccati sed similitudo carnis peccati.

Sanctus ambrosius super beati immaculati dicit: venit dominus iesus, ꝛ in carne que peccato in matre fuerat obnoxia militiam virtutis exercuit.

Sanctus ioannes chrysostomus super mattheum dicit. Cuius christus non esset peccatoꝛ, naturam tamen humanam de peccatrice suscepit.

Sanctus eusebius emissenus ep̄s in secundo sermone natiuitatis domini qui incipit nostis charissimi, aitra peccati originalis nexu nullus immunis extitit nec etiam ipsa genitrix redemptoris.

Sanctus remigius super [illegible] meus respice, dicit. Beata virgo maria fuit ab omni macula peccati mundata ita vt ex ea conciperetur sine peccato homo christus iesus.

Sanctus maximus in sermone de assumptione beate virginis dicit. Beata virgo gloriosa fuit in vtero matris sanctificata, ꝛ ab omni contagione originalis culpe anteq̄ nasceretur per spiritum sanctum mundata.

Sanctus beda in omelia super missus est (ꝛ habetur in glosa ordinaria) dicit: spiritus sanctus superueniens in virginem mentē eius ab omni vitiorum sorde castificauit, ꝛ ab omni estu concupiscentie carnalis cor eius temperauit atq; mundauit.

Sanctus anselmus in libro cur deus homo ca. xvj. dicit. Licet ipsa christi cōceptio munda sit, virgo tamen ipsa vnde assumptus est in iniquitatibus cōcepta est, ꝛ in peccatis cōcepit eam mater eius.

Sanctus bernardus in epistola ad lugdunen. dicit. Beata virgo post conceptum in vtero iam existens sanctificationē accepisse creditur, que excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem non cōceptionem.

Sanctus erardus ep̄s ꝛ martyr in sermone natiuitatis beate virginis dicit. Ro felix puella que concepta in peccato purificatur ab omni peccato ꝛ filium concipit sine peccato.

Sanctus antonius de padua ordinis minorum in sermone de natiuitate beate virginis dicit. Beata virgo fuit in vtero matris a peccato per gratiam sanctificata ꝛ sine peccato nata.

Sanctus thomas de aquino in tertia parte. q. 27. ar. 2. dicit. Beata virgo maria quia fuit concepta ex commixtione parentum, originale peccatum contraxit.

Sanctus bonauentura ordinis minorum in. 3. senten. di. 3. q. 1. ar. 2. dicit. Dicendum est q̄ beata virgo fuit concepta in peccato originali, ꝛ q̄ eius sanctificatio subsecuta est peccati originalis contractionem. Iste modus dicendi est communior, rationabilior et securior. Communior, q̄ fere omnes id tenent. Rationabilior q̄ esse nature preuenit esse gratie ꝛc. Securior quia magis consonat fidei pietati ꝛ sanctorum autoritati ꝛc.

Sanctus bernardinus ordinis minorum in sermonum suorū opere tertio incipiente ignis a facie eius exarsit, in tractatu de beata virgine sermone quarto incipiente sicut solutus mundo dicit. Tertia fuit sanctificatio maternalis, ꝛ ista remouet culpam originalem, confert gratiam, ꝛ remouet promptitudinem ad peccandū tam mortaliter q̄ venialiter, ꝛ hec fuit in virgine matre.

Sanctus vincentius confessor in sermone de conceptione virginis dicit. Beata virgo maria fuit in originali peccato concepta, sed eadem die ꝛ hora statim post animationem fuit per sanctificationem a peccato contracto mundata.

¶ Preter dictos autem sanctos multitudo magna antiquorum doctorum conuenit dicens in individuo beatam virginem concepta in peccato originali, quorum dicta aut in fonte aut in libris dīi ioannis de turre cremata ꝛ magistri vincentij de castro nouo de conceptione beate virginis compilatis vnde sumpta sunt inuenire quilibet potest.

¶ Isti sancti atq; doctores probabilem valde reddunt fidem credentium beatam virginem in originali peccato conceptam.

Quia autoritates iste non de humano genere aut christianis in communi sed de beata virgine in individuo expressa loquuntur, ideo glosse illa qua sanctorū autoritates intelligēde dicūtur de lege cōmuni ꝛ nō de priuilegio singulari, locū hic nullū habet. tū q; glosse huiusmodi de lege cōmuni aut priuilegio locū habere potest q̄si est sermo in communi seu vniuersalis (propter q̄s nō attuli vniuersales ꝓpositiones sanctorū solū christū a peto originali excipientiū) sed q̄si est sermo de aliquo singulari individuo notato, locū nō habet glossa q̄ intelligat de lege cōmuni: nisi hoc (scilicet sermonē esse ꝑticū est ex lege cōmuni) specificetur, vel ex ignorātia aut malivolētia aut dissimulatione hoc pcedat, q̄ ola longe a scitis ꝛ eorum autoritatibus allatis esse constat. Tum q; ex eo q̄ sancti ꝛ doctores beatā virginē in particulari explicant subiacere legi cōmuni cōceptione cū peccato originali, ꝛ excipiūt ipsam beatā virginē a cōmuni lege aliorū in duratione peccati originalis (q; dicūt ipsam ex priuilegio sanctificatā in vtero) nō stat q̄ sancti ꝛ doctores antiqui beate virginis priuilegia seruati nullū de preseruatione eius a macula originalis peccati priuilegium admiserunt. ¶ Excludunt quoq; dicte autoritates glossam aliam. ſ. de facto vel debito, vel (ꝛ in idem redit) q̄tum est ex se vel ex causa extrinseca. Quasi sancti intenderint q̄ beata virgo incurrerit peccatum originale non de facto sed de debito: hoc est quia debuit contrahere originalem maculam sed non contraxit de facto. similiter q̄ q̄tum est ex se beata virgo cōtraxisset peccatum originale, sed de facto non contraxit ex causa extrinseca deo scilicet preseruante per suam gratiam. Ille inquam glossam excludunt tum q; ly de debito ꝛ ly q̄tum est ex se. est conditio secundum quid aut diminuens: quoniam habens aliquid quantum est ex se vel de debito non habet illud simpliciter et absolute, sed si solum ex debito habet, secundum quid habet: et si solum quantum est ex se habet, non habet illud sed oppositum illius. Sancti autem ꝛ doctores dicunt q̄ beata virgo habuit peccatum

Universidad de Deusto
Biblioteca



ciginale sine vlla conditione secundum quid aut diminutione: ac per hoc simpliciter et absolute. Tum quia non deerant vocabula sanctis ⁊ doctoribus quibus debitum originalis peccati in beata virgine et non peccarum ipsum explicarent. Tum quia pretendum est ab istis si verba ista. beata virgo fuit concepta in peccato originali et similia. non explicant q̄ ipsa de facto contraxit originale peccatum, quibus verbis vti debebant sancti et doctores ad hoc explicandum. In his nanq̄ explicatur persona beate virginis nominatim vt subiectum originalis peccati: explicatur tempus conceptionis. explicatur originale peccatum explicatur factum per ly concepta est. contraxit et similia: quid vltra debuit apponi. Et si ista hoc non significant. consequens est vt dicentes oppositum (scilicet beatam virginem non esse conceptam in peccato originali) non significant hoc quod debent. Fatue ergo atq̄ temerarie sunt huiusmodi non expositiones sed corruptiones auctoritatum locutionumq̄ latinarum.

¶ Repellunt etiam dicte autoritates glosam de conceptione ante infusionem anime vel in ipso instanti infusionis anime: quasi sancti ⁊ doctores intendant q̄ beata virgo fuit concepta in peccato originali quo ad conceptionem ante infusionem anime. ⁊ non quo ad conceptionem in infusione anime. Cum quoniam sancti et doctores ita loquuntur de conceptione beate virginis in peccato originali sicut de conceptione aliorum hominum per commixtionem seminum genitorum: constat autem q̄ semo semper est de conceptu in infusione anime: ergo. Cum quoniam ante infusionem anime non habet locum peccarum originale: quoniam sine anima rationali non inuenit culpa originalis. Cum quoniam loquuntur de beata virgine: constat autem q̄ ante infusionē anime non erat beata virgo. Restat ergo vt sola illa stultitia pro glosa sanctorum ⁊ antiquorum doctorum admissione digna sit: scilicet si sancti et pulsi doctores nunc essent. dicerent oppositum. Hanc ego glosam ita veram putauerim quemadmodum verum puto q̄ si christus nūc in terris conuersaretur. mutaret doctrinam fidei sue vt conformaret se populis ⁊c. Stant igitur solide allate sanctorum ⁊ doctorum autoritates ad sustinendum beatam virginem conceptam esse in peccato originali: et propterea rationabilem probabilemq̄ esse partem illam constat.

**Uterius autem** Pertis (scilicet q̄ beata virgo p̄seruata est de specialissima gratia a macula peccati originalis) probabilitas afferrit ex nouem: ex autoritate doctorum multorum, ex determinatione synodi, ex cultu ecclesiastico, ex indulgentia concessa, ex communitate sequacium, ex scandalo piarum aurium, ex pietate opinionis, ex reuelationibus nouis, ex miraculis. Que sigillatim examinãda sunt pro veritatis honore.

Doctores tenentes beatam virginem esse p̄seruatã sunt numero infiniti, si ad modernos spectem⁹: paulo ante tamen aliqui licet pauci fuerunt: vt scotus, frãciscus de maironis. Et beate brigide reuelatum dicitur beatam virginem p̄seruatam esse ab originali peccato. ¶ Sed hec probabilitas valde exigua est: tum quia est contra tot sanctos: ⁊ nullus est inter istos sanctus. Sancte autem brigide e regione ponitur sancta catherina de senis que dixit sibi reuelarum esse oppositum: vt refert archiepiscopus florentinus in prima parte summe sue titulo. viij. cap. ij. circa finem. Et maiori fide digna videtur sancta catherina: quia canonizata est sicut ceteri sancti: sancta vero brigida canonizata est tempore schismatis quo nullus habebatur certus et indubitatus papa, a bonifacio in sua obedientia nono. Tum quia in iis que sunt fidei magis semper dum est cum antiquis q̄ cum modernis. Tum quia ipse scotus qui primus doctor aut inter primos introduxit hanc opinionem timet hanc opinionem sequi. Nam in. iij. senten. distinct. iij. quest. j. post tractatas de conceptione virginis cum peccato aut sine peccato originali opiniones dicit. Quod autem horum factū sit, deinouit: si autoritati ecclesie vel autoritati scripture non repugnet, videtur probabile quod excellentius est attribuere marie. ⁊ Quod autem noui sint omnes doctores hanc opinionem tenentes patet ex eo q̄ magister sententiarum de sanctorum testimonio in re hac dicit in. iij. distinct. iij. Sane dici potest et credi oportet iuxta sanctorum attestationis conuenientiam, ipsam (scilicet carnem christi) puius peccato fuisse obnoxiam sicut ⁊ reliqua virginis caro: fz sancti spiritus operatione ita mundatam vt ab omni peccati contagione immunis vniretur verbo. Hec ille. Et sctūs Bonaventura in. iij. senten. distinc. iij. quest. j. loquens de autoritate sanctorum dicit. Nullus autem inuenitur dixisse de iis quos vidim⁹ et audiuimus auribus nostris beatam virginem fuisse ab originali peccato immunem in sui conceptione. Et adam angelicus in. iij. senten. distinct. iij. dicit. Si credendum est dictis sanctorum, tenēdum est beatam virginem fuisse conceptam in peccato originali: ⁊ nullus sanctorum inuenitur dixisse contrarium. Hec ille. Et ipse Franciscus de maironis in. iij. distinct. j. quest. ij. artic. iiij. dicit q̄ nō obstante q̄ beata virgo fuerit p̄seruata a peccato originali, propter dicta tamen sanctorum possumus dicere q̄ aliquo modo peccarū originale contraxit. In quibus verbis ipsemet ostendit q̄ dicta sanctorum cogunt ad confitendum peccatū originale in beata virgine. Ipse enim labor istorum ad glosandum dicta sanctorū testatur q̄ sancti contrarium sue opinionis sonant. Quamuis vanus sit eorum labor: nisi ad autoritates sanctorum q̄ in communi de humani generis originali peccato loquuntur referatur. Ille nanq̄ que de originali peccato in beata virgine in individuo contracto loquuntur, glosari nequeunt: vt patet ex dictis. Propterea non est mirum si nullus sanctus nullus illustris doctor antiquus pro hac parte afferatur, nisi forte a falsario. ⁊ Unde autoritates quorundam sanctorum (scilicet augustini, quum de peccatis agitur de maria propter honorem domini nolo habere questionem. Et anselmi, decuit vt mater domini ea puritate niteret ⁊c. Et sancti Thome in primo sent. immunis fuit ab omni peccato ⁊c. ⁊ si que sunt similes que pro hac opinione afferuntur) licet scholastica disputatione non sint indigne, a iudicio tamen veritatis procul esse debent. quoniam non ex dictis facile verus glosas ⁊ expositiones rationabiles habentibus extorqueri debet hec singularis veritas: sed deberent afferri autoritates sanctorum et antiquorum non in genere sed in specie peccati originalis maculam negantes a beata virgine, non tempore conceptionis iesu christi sed tempore conceptionis propie: vt nos fecimus pro opposita opinione pretermittendo cōia. Cōstat nihilominꝰ allatos tres sanctos expresse docuisse beatam virginem cum pctō originali cōceptam: vt patet ex allegatis.

Determinasse quoq̄ inducitur Basilien. synodum in sessione. xxxvj. pro hac opinione in hec verba. Nos diligenter inspectis autoritatibus et rationibus ⁊c. doctrinam illam afferentem gloriosam virginem preuenientem et operante diuini numinis gratia singulari nunq̄ actualiter subiacuisse originali peccato. tanq̄ piam et consonam cultui ecclesiastico, fidei catholice, recte rationi et sacre scripture ab omnibus catholicis approbandam fore tenendam et amplectandam diffinimus et declaramus: nulliq̄ de cetero licitum, esse in contrarium predicare seu docere. Hec ibi. Anno domini. m. cccc. xxxix. xv. Kal. Octobris.

¶ Sed isthec determinatio multo minus prodest q̄ prima: tum quoniam congregatio illa Basilien. tunc temporis non erat synodus nec concilium. sed erat schismatica: vtpote scissa a capite ecclesie Eugenio quarto: vt patet ex ordine sessionum: nam in. xxxiij. sessione. vij. kal. Julij depositerunt de facto Eugenium, et post in sessione. xxxvj. quintodecimo kalend. Octobris sequentis determinarunt de conceptione. Unde hinc nō nisi synagoge satane autoritas afferri potest: quod licet etiā ipsa verba allata cōtraria dictis sctōrū vt in supra allatis patet manifestent, vniuersalis tamen ecclesia adoptans tunc et post continue vsq̄ hodie dictum eugenium, et nicolaum quintum eligens ac suscipiens superstite antipapa Basilien. conciliabuli amadeo locupletior testis est. ⁊ Quum circa allegare Basiliensem synodum pro tēpore illo quo fuit schismatica, perinde est ac si allegaretur pisanum nuperrime contra ratum secundum celebratum cōciliabulum: quod videmus omnes et manibus retigimus fuisse schismaticum. ⁊ Tum quoniam dicto conciliabulo e regione opponitur verum ac venerandum concilium ex Ferraria in Florentiam translatum grecorum et latinorū sub piedicto Eugenio quarto: vbi inter dogmata fidei traditur hec verba. Firmiter credit profitetur et docet sacrosancta romana ecclesia neminem vnq̄ feminaq̄ conceptum a diabolo dominatu fuisse liberatum nisi per fidem mediatoris dei et hominum Jesu christi domini nostri: qui sine peccato conceptus natus et mortuus humani generis peccata delendo sol⁹ sua morte prostrauit. et regni celestis introitum quod primus homo peccato proprio cum omni sua successione perdiderat reseruit. Hec ibi. Que pro tanto inducta sunt vt appareat q̄ illo tempore quo tes in questione erat, vniuersalis ecclesia solum christum excepit ab originali peccato: quod non erat dicendum si beata quoq̄ virgo excipienda esset.



Ecclesiasticus deinde cultus affertur q̄ iam per oēs fere ecclesias latinas festum conceptionis non sanctificanonis celebratur: insinuando per hoc q̄ non sanctificata est a peccato originali sed concepta est sine illo beatissima virgo. ¶ Sed et hec probabilitas dupliciter deficit. Primo quia multe ecclesie sunt per orbem diffuse celebrantes in illo die sanctificationem non conceptionem. Et in hoc ecclesia vniuscuiusq̄ in suo sensu abundare permittit. Secundo quia constat q̄ a quibuscunq̄ catholicis celebratur hoc festum, celebratur ratione sanctificationis beate virginis in vtero matris: siue illa sanctificatio fuerit preueniens et quasi preoccupans peccati originalis actualem incursum, vt opinio ista dicit: siue fuerit mundans ab originali peccato iam contracto, vt altera dicit opinio. Quocirca omnes conueniunt in sanctificatione beate virginis: et q̄ fuit in vtero. et q̄ est ratio celebritatis: iuxta illud. tu solus sanctus Mariam sanctificans. Licet differant in effectu sanctificationis: an scilicet preseruauerit an mundauerit a macula. Et propterea rationabiliter ab omnibus deberet celebrari dies conceptionis sub nomine sanctificationis vt nomen consonaret rei.

Indulgentia vero concessa nihil cōfert huic opinioni sicut nec festi celebritas: quia ad honorem beate virginis ob gratiam propriae sanctificationis in vtero refertur, relinquendo ambiguum an preseruans a macula an mundans fuerit gratia illa: vt dictum est.

¶ Quo autem tam communis facta sit hodie ista opinio (ita vt omnes fere catholici latine ecclesie arbitrentur obsequium se prestare deo in huiusmodi sequela opinionis) ex eo redditur opinio probabilem: quia probabile est quod multis videtur. ⁊ Sed probabilitas hec vulgarem autoritatem non excedit: et eidem contraponitur q̄ probabile in veritate est quod videtur sapientibus: qui vt patet ex supradictis cōtrariam secuti sunt opinionem. Vulgus autem probabile in apparentia non in veritate constituit.

¶ Quia scandalosa deinde dicitur opposita opinio ⁊ piarum aurium offensiua a multis etiam viuentibus theologorum, probabilis redditur ista opinio. ⁊ Sed quoniam viuentes contra tot sanctorum ⁊ communem pulcorum doctorum doctrinam in his que sunt fidei p̄sumptuose sunt. et scādalum hoc non actiuū sed passiuum insipientium est potius q̄s piarum aurium, imo pharisaeorum committeretur esse declarata eis veritate, ideo nihil ex hoc probabilitatis sortitur opinio hec nisi apud ignorantes.

¶ Pietas denique huius opinionis magna esse dicitur: quoniam pium valde est credere q̄ beate virgini quicquid gratie conferri potuit sub christo tamen. totum collatum est: quoniam illi dixit angelus q̄ erat plena gratie ⁊c. ⁊ Sed hec radix zelo quidem, immittitur: sed non secūdum scientiam: propter quod a fide ad deum multa abduceret: iuxta hanc siquidem vocatam pietatis regulam liceret cras credere q̄ beata virgo fuit concepta de spiritusancto, et tamen sub christo: quia propterea non esset deus et homo. Possemus quoq̄ dicere q̄ beata virgo erat in hac vita simul viatrix et comprehendens: et tamen sub christo: quia non in tam alto beatitudinis gradu. Possemus etiam adhuc dicere q̄ ipsa fuit deus et homo: et tamen sub christo: quia christus masculus et ipsa mulier: christus vniuersalis redemptor: per suam mortem, ipsa non. Et multa forte alia erronea aliquis ex tali pietate deduceret. De solo nanq̄ vnigenito dei credimus q̄ non ad mensuram datus est spiritus: beate autem virgini et reliquis sanctis secundum mensuram donationis christi plus et minus prout voluit datum credimus. Si tamen restringatur ad actualem munditiam a peccati macula dicta propositio, et dicatur q̄ pium est credere q̄ beate virgini quicquid gratie sub christo tamen conferri potuit ad actualem munditiam a peccati macula collatum est, fateor q̄ pia esset credulitas ista nisi sanctorum autoritates obstarent. Quod scotus timuit: sed minus docti nō timent: propterea sortas illis quia ad panca respicientes de facili emmeiant.

¶ Rone autem reuelationum nouarum sanctorum et antiquos doctores angelum satane in angelum lucis transformatum aut phantasias vel etiam figmenta sapientibus ingerere videntur. Ibe siquidem cum vocatis miraculis que in hac causa afferuntur pro mulierculis non pro sacra synodo: vnde nec censeo digna de quibus verba fiant.

Ex omnibus Autem dictis facile est colligere q̄ neutra pars proposite questionis in sensu quo vertitur in dubium est necessario credenda; et q̄ altera (scilicet dicens beatam virginem esse mundatam ab originali peccato) est probabilis: altera vero (scilicet dicens beatam virginem esse preseruatam a macula originalis peccati, est tolerabilis: et apud sic affectos vel assuetos aut vere theologie sanctorum parum aut nihil habentes, probabilis. ¶ Hec sunt beatissime pater que sanctitati tue cuius correctioni atq̄ iudicio hec et reliqua a me tam scripta q̄s scribenda submitto, offerenda occurrunt. Unde euidenter cernitur pars credens beatissimam virginem ab originali peccato mundatam in sinu sanctorum ⁊ sacrorum doctorum pulcorum quiescēs. nilq̄ sibi timens a sacrosancta synodo (quandoquidem a spiritusancto quo inspirati locuti sunt sancti dei homines contrarie in fide sententie prodire nequeunt) quinpotius sperat si decreto eundum aliquid est seipsum tanq̄ probabiliorem et sanctorum ac doctorum dictis consonam approbandam: exemplo Viennen. synodi sub clemente quinto que de baptismi effectu decreuit partem probabiliorem, dictis sanctorum et doctorum consonam. Pars vero reliqua credens beatam virginem a macula originalis peccati preseruatam, multitudine sequacium ⁊ fauoris amplitudine cōspicua apparet. ⁊ Superest igitur. p. S. vt inter quindecim sanctos (augustinū Ambrosium aliosq̄ quorum expressa sunt nomina) necnon innumeros doctores antiquos ex vna, et paucidum in causa hac Scotum, Franciscum de maironis, petrum aureoli (contra tamen patres sui ordinis) modernos et promiscui vulgi clamores ex alta media tu arbiter a christo datus in hac sancta Laterān. synodo religioni christiane vel veritatem firmiter amplectendam tradere, vel a publicis oblocutionibus ⁊ scandalis cōsulere dignetis: memor illius oraculi. non in multitudine nec in cōmotione dominus. Vale felix semper auguste. Rome anno salutis. 1515.

¶ Tractatus de conceptione beate marie virginis, editi per thomam de vio caietanum cardinalem sancti Xisti. finis.

## ¶ Instructio nuntij circa errores libelli de cena domini, per capita iuxta ordinem libelli: a thoma de vio caietano cardinali sancti Xisti edita, iussu clementis septimi pontif. m. a. primi.

Primum Caput est q̄ dñs ioā. 6. nō loquitur de eucharistia. Tū q̄ loquit de fide ⁊ fiducia hoim in christo. Tū q̄ ibidē dicit, q̄ māducat carnē meā ⁊ bibit meū sanguinē, in me manet ⁊ ego in illo. Constat aūt multos sumere eucharistie sacramentū. ⁊ non manere in christo p fidē charitate formatā.

Circa Hoc caput aduerte erudite lector. aliq̄d dicit verū ⁊ aliq̄d falsum. Verū quidem est q̄ in capite. 6. ioā. dñs loquit de fide formata charitate in ipm habēda. Unde ⁊ primo loquit de credēda diuinitate sua: ⁊ deinde de credēda morte sua pro vita mūdi. ⁊ Falsum aūt dicit: pro quanto excludit a sermone illo fides sacramēti eucharistie. ¶ Ad cuius euidētiā memēto q̄ tria inueniunt in eucharistia: scilicet ipm sacramentū q̄s adoramus, ⁊ māducatio sacramentalis, q̄ est cōmunis bonis ⁊ malis: dicēte apl̄o. 1. ad cor. xj. q̄ māducat ⁊ bibit indigne. Ubi clare patet indignos māducare ⁊ bibere sacramentaliter māducatione ⁊ potu: hoc est sumūt hostiā sacrā vt sacramentū. nō vt panē, sumūt enim credēdo illud esse sacramentū corporis christi. Tertio inueniunt māducatio spūalis: q̄ est, ppria bonis, q̄ fit p fidem formatā charitate: q̄ est refectio alē sm vitā spūalem, sm vitā de qua dicit. viuo ego iā nō ego, viuit vero in me christus, ad gala. 2. ⁊ his aūt tribus mūdis circa sacramentū eucharistie, excepta q̄ in hoc capite dñs nō loquit de vno eorū (scilicet de sacramentali māducatione) nō vere infert q̄ excludant reliqua duo. stat em q̄ de reliquis duobus loquat: de sacramēto ipso, ⁊ de māducatione spirituali sacramenti. Et quidem quod loquatur de manducatio

Universidad de Deusto
Biblioteca



ne spiritualiꝫ verba ipsa sonant dicendo: qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet ⁊ ego in illo. Manducare enim spiritualiter eucharistie sacramẽtum, est per fidem formam charitate in christo manere et econuerso christum in ipso manere. ❡ De sacramẽto quoq; ipso loquatur, apparet tum quia in futuro loquitur, dicens panis quem ego dabo: nondum siquidem instituerat sacramentum eucharistie quum hec diceret in synagoga capharnaum: constat enim q; sacramentum eucharistie institutum est hierosolymis in nocte qua tradebatur. Tum quia distinguit manducare ⁊ bibere, dicens: nisi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis. Si tamq; de fide solius mortis sue pro vita mundi loqueretur, sat fuisset explicare mortem suam pro vita mundi per separationem carnis a sanguine, que in cruce facta est: sed vbi non solum carnis ⁊ sanguinis separationem pro vita mundi, sed carnem precepit manducandam et sanguinem bibendum si vitam vellemus habere in nobisipsis, misinuauit q; sacramentum erat instituturus corporis ⁊ sanguinis sui per modum cibi et potus. ita q; nisi spiritualiter manducaueremus ⁊ biberemus carnem et sanguinem in cruce immolanda et in sacramento contimenda non haberemus vitam in nobis. Significatur siquidem per hoc q; de necessitate salutis tenemur credere etiam eucharistie sacramentum. ❡ Accedit ad hec q; Johannes euangelista (cuius studium fuit scribere altissima Christi mysteria, minus ab aliis euangelistis explicata) tractans cenam domini nihil de sacramento eucharistie scripsit: quia sacramentalem vsum alij euangeliste expresserant. Spiritualem autem cum illius effectu, ipse hic describperat: dicens qui manducat meam carnem ⁊ bibit meum sanguinem, habet vitam eternam ⁊c. Nisi enim tanti sacramenti rationem Johãnes habuisset, non tanta fuisset vsus diligentia ad distinguendum actus manducandi ⁊ bibendi, ad declarandum vtrumq; coire in vnum in presenti (scilicet manere in christo ⁊ econuerso) ad declarandum effectum perpetuum vtriusq; vitam eternam, ad declarandam vtriusq; necessitatem, nisi manducaueritis ⁊c. Hec enim omnia collecta pre se ferunt q; de manducatione et potatione spirituali non solum mortis christi sed sacramenti mortis christi sub specie cibi ⁊ potus, euangelista scribebat. ¶ Ex his omnibus collatis cum textu euangelico videre facile potes erudite lector q; licet verum sit et q; de fide formata Christi filij dei ac mortis eius pro vita mundi, et q; non de manducatione sacramentali est sermo in capite sexto Johannis, non tamen verum est excludi a capite illo fidem formatam seu manducationem spiritualem sacramentalem eucharistie. Hec de primo.

**Secundum** Caput est: q; dominus Johannis quoq; vj. dicens caro non prodest quicq̃ exclusit a sacramento Eucharistie veram suam carnem: quia sensus proprius est, caro comesta non prodest quicq̃. Et hunc esse naturalem sensum, patet ex eo q; iudeis querentibus, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum, dominus dixit, caro non prodest quicq̃. Ex hoc enim q; questio ⁊ sermo de manducatione erat, consequens est vt de carne relata ad manducationem dictum sit, caro non prodest quicq̃: quod est dicere, caro comesta non prodest quicq̃. Hinc enim sequitur q; caro in hoc sacramẽto non comedatur, q; nulla sit in hoc sacramento caro (vtpote que nihil prodest) nulla debet in hoc sacramento de carne ẽ̃stio esse: quia caro non prodest quicq̃.

**Circa hoc caput** Quia pro fundamento firmissimo totiꝰ erroris assumitur, et millies repetitur, aduerte primo non esse naturalem sensum literam caro non prodest quicq̃, glosare caro comesta non prodest q̃ cõ: quoniam expresse contradicit euangelico contextui. Nam ibidem eodemq; cõtextu dominus dicit carnem suam comestam dare vitam eternam: ait enim qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. Non solum ergo contra sensum sed contra verba domini est glosa ista, caro comesta non prodest quicq̃. ❡ At si quispiam excusat glosam dicendo q; mens glosatoris est non de comestione spirituali sed de comestione carnali glosare, habes tunc intentum: quia verba domini sic glosata non excludunt carnem christi ab hoc sacramento: quoniam ecclesia non docet carnem christi carnaliter manducari in hoc sacramento. Si enim caro carnaliter comesta excluditur a sacramento, optime excluditur: sed non potest propterea inferri, ergo vera christi caro excluditur a sacramento: quia caro christi vera spiritualiter comedenda est in hoc sacramento: ⁊ comesta spiritualiter in hoc sacramento, dat vitam eternam. Et vtq̃adeo spiritualicomestioni hoc tribuimus, vt fateamur q; quantumcumq; caro christi sumatur in sacramento, nisi spiritualiter manducetur nõ prodest quicq̃.

¶ Aduerte secundo q; germanus sensus dupliciter potest explicari; vtroq; modo in vnam ⁊ eandem veritatis sententiam redit. ❡ Vbi nota q; christus non loquitur in istis verbis plus de carne sua q̃ de aliena, sed simpliciter ⁊ absolute de carne: non enim dicit caro mea non prodest quicq̃, sed caro non prodest quicq̃. Rursus christus loquitur de carne, e regione distinguendo carnẽ a spũ: vt cõtextus testat euãgelicus, dicens: spũs est qui vinificat, caro non prodest quicq̃, procul dubio ad vinificandum.

¶ Alter itaq; modus intelligendi est, caro sola non prodest quicq̃ ita q; ly sola excludat spiritum. Ac si dictum sit: caro sine spiritu non prodest quicq̃ ad vitam eternam, quia spiritus est qui vinificat. Et hec glosa fundatur, tum super verbum caro, absolute prolatum: constat enim carnem simpliciter et absolute sine spiritu, nihil oferre ad vitam eternam. Tum super distinctionẽ carnis contra spiritum a domino inductam. ❡ Firmatur quoq; hec glosa: quia applicata ad propositum inuenitur quadrare. Tum quia de carne christi, que descripta est dans vitam eternam manducata, modo aperitur q; sine spiritu nihil prodest ad vitam eternã. Et vere sic est: quia caro christi quãtumcumq; crucifixa pro nobis, nihil prodest sine spiritu a doptionis filioũ dei. Tum quia iudeis querentibus, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum, directe respondet q; non de sola carne fuit sermo quũ dictum est, caro mea vere est cibus, ⁊ nisi manducaueritis carnẽ filij hominis ⁊c. quia caro sola non prodest quicq̃ ad vitam eternam: sed de carne comitata spiritu: quia spiritus est qui vinificat: vt sic intelligere possent q; eius caro quidem esset manducanda, sed spiritu interueniente, sed spiritu faciente manducationem: nam efficiente spiritu manducationem carnis mee, erit quod dixi, qui manducat meam carnem habet vitam eternam.

¶ Alter modus est: q; caro non est nomen substantiale, sed carnalis officij hoc in loco, et significat cibum carnalem. Ita q; sensus est: cibus carnalis non prodest quicq̃. Et hic sensus ex eodem procedit fonte: quia scilicet de carne absolute, non de carne sua specialiter dicit caro non prodest quicq̃, et caro distinguitur contra spiritum: et vbi de mãducatione est sermo, ⁊ dicitur spiritus est qui vinificat caro non prodest quicq̃: sensus est q; carnalis cibus non prodest quicq̃, spiritualis autem cibus est qui vtificat. Et hoc directe respondet questioni iudeorum: qui non de substantia sed de modo querebant, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Presupponebant carnem et querebant modum, respondet dominus q; modus non est carnalis sed spiritualis: quia caro id est cibus carnalis non prodest quicq̃ ad vitam eternam, spiritualis autem cibus est qui vinificat animam. ¶ Quod enim in scriptura sacra caro sumatur quandoq; non pro substantia carnis sed pro officijs carnalibus, patet in apostolo prime ad Colinth. xv. dicente, caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. Constat enim q; non excluditur a regno dei substãtia carnis ⁊ sanguinis; quoniã resurgemus sicut christus carnem ⁊ ossa habẽtes, sed carnalia officia. ❡ Quod autem in hoc loco caro nõ sumatur pro substãtia carnis, ex ipsomet euãgelico contextu patet. Nam ibidem dominus posuit de substantia carnis sue: qui mãducat meam carnem ⁊ bibit meum sanguinem habet vitam eternam. Hinc enim clare patet q; substãtia carnis eius spiritualiter manducata prodest multum, et vinificat: vtpote dans vitam eternam. Non ergo de ipsa substantia carnis dictum est, caro non prodest quicq̃. ❡ Vt autem de carnalis officio ad literam sit intelligendum, patet tamen ex eo q; iudeis carnaliter querentibus, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum, directe respondetur q; caro: id est carnalis cibus non prodest quicq̃, spiritualis cibus facit vitã eternam: vt per hoc intelligere possemus q; eius dictum est, nisi mãducaueritis carnẽ filij hois, ⁊ caro mea vere est cibus ⁊c. nõ de carnali cibo sed de spirituali fuit sermo. Tum quia sicut nicodemum balloquẽs dominus de generatione spirituali, postq̃ dixerat nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu non potest introire in regnum dei, statim submouit ad excludendam generationem carnalem: quod natum est ex carne caro est: et quod natũ est ex spiritu spũs est: ita iudeis querentibus, quomodo pẽt hic nobis dare carnem suã ad manducãdum, dixit spũs est qui vinificat caro non prodest quicq̃: significans q; cibus carnalis non prodest nisi carni, cibus autem spiritualis est q; vinificat. ❡ Et si vnico verbo vtrumq; modum exponendi placet complecti, dic, caro carnaliter non prodest quicq̃ ad vitam anime, spiritu autem predita vinificat. ¶ Ex his omnibus habes erudite lector quod licet verum sit quod de carne relata ad manducationem dominus loquatur, dicens caro non prodest quicq̃, falsum tamẽ est quod loquatur de carne comesta: sed loquitur de carne vt cibo carnali. Falsum quoq; est quod per hec verba excludatur ab eucharistia ꝓa christi caro. Et si proteruus ex euangelicis verbis vis comincere, petito an caro christi manducata spiritualiter prosit ad vitam eternam: si prodest, ergo vera christi caro comesta prodest: et go ex hoc quod dominus dicit, caro non prodest quicq̃, non excluditur quin caro christi spiritualiter manducata prosit. si non prodest, quia caro ꝓ non prodest quicq̃ ergo falsum est quod dominus ibidem dicit, qui manducat meam carnem ⁊ bibit meum sanguinem hz vitã eternam. Hec de secũdo.

**Tertum** Caput est quod theologi prete dunt corporaliter ⁊ perceptibiliter in eucharistia sumi corpus christi: iuxta coactam confessionem berengarij de conse. dist. ij. ego berengarius.

**Circa** Hoc caput, constat falsissimum esse quod theologi dicant corpus christi in corporaliter ⁊ perceptibiliter sumi: quoniam ⁊ spiritualiter ⁊ nõ percipiendo (siue sensu siue intellectu) sed credendo dicunt corpus christi sumi in eucharistia: sacramentales autem species corporaliter ⁊ perceptibiliter sumuntur. ¶ Verba autem confessionis berẽgarij ex ratione dicendi interpretanda sunt. Quia enim berengarius errorem quem iste suscitare conatur secutus est (scilicet quod in sacramento caro christi erat sicut in signo tantum, ⁊ ecclesia catholica fatetur carnem christi non solum significari sed contineri in hoc sacramento, ideo patres in concilio decreuerunt in detestationem talis erroris quod confiteretur berengarius corpus christi sensibiliter sumi, manib? sacer dotum tractari ⁊ dentibus ꝓ teri: vt intelligerent christiani per hec verba quod fideles sumendo eucharistiam sumunt non solum sacramentum (hoc est sacrum signũ carnis christi) sed sumunt etiam speciem continentem carnem christi: quod heretici isti negant ⁊ impugnant. Et non intelligebant patres nec volebant intelligi quod caro christi in seipsa sentitur, tangitur, conteritur dentibus: hoc enim nec somniant christifideles. ❡ Tota itaq; differentia in hoc consistit quod qui ꝓius confitebatur christum manducari in signo tantum, coactus est a fide catholica confiteri carnem christi manducari non solum in signo sed in continente sacramento eucharistie. Hec de tertio.

**Quartum** Caput est quasi theologi errorem duobus. Primo quod putant fidem ex hominis venire iudicio atq; electione. Secundo quod fidem ad res sensibiles extendunt: quũ nullus credat qõd sentit aut videt.

**Circa** Hoc caput scis erudite lector: falsum esse q; theologi dicant primum: quoniam cum paulo apostolo ad ephe. 2. fateantur fidem donum dei esse, qõ q; non conferatur inuito sed volenti, sed dispositio ad illud voluntaria electione christianitatis. ideo dispositiue verificat fidem pendere ex hominis electione. ¶ Secundum autem dictum nosti posse bene ⁊ male intelligi, nam si intelligeretur fidem extendi ad res sensatas tanq̃ ad res creditas, falsum esset: constat enim q; que creduntur non sentiuntur. Sed in hoc sensu non dicunt theologi fidem extendi ad sensibilia, nam fatentur cum paulo ad heb. xj. q; fides est eorum que non apparent. Si autem intelligitur q; fides extenditur ad res sensibiles tanq̃ ad extrema rerum creditarum, optime dicitur, ⁊ pessime reprehenditur, nam multe res credite consistunt in connunctione rerum sensibilium cum rebus insensibilibus: ac per hoc quum oporteat credere connunctionem rei sensibilis cũ re insensibili, necesse est tunc fidem extendi ad rem sensibilem tanq̃ ad alterum extremum connunctionis credite. Et patet quod dicimus de mysterio incarnationis: Fide credimus quod verbum caro factum est, et consistit mysterium hoc in connunctione verbi ad carnem sensibilem: nec potest credi ista connunctio nisi credulitas extendatur ad carnem. Ita quod si videremus christum hic presentem, non crederemus carnem quam videremus, sed crederemus connunctionem diuinitatis cum carne: ac per hoc extenderetur fides nostra ad carnem visam, non quatenus videtur, sed quatenus est extremum inuisibilis connunctionis cum deitate. Unde habes clare q; qui negat fidem sic extendi ad sensibilia, negat fidem christianam esse de mysterio verbi incarnati. Sic autem est in proposito: quoniam non credimus sed videmus species sacramenti eucharistie: credimus autem presentiam corporis christi sub illis speciebus, ita quod connunctio ineffabilis) illarum specierum ad corpus christi, sub fide cadit: et non species ipsa que palpatur ⁊ videtur. Hec de quarto.



**Quintum** Caput est q; simul stare non possunt hec duo: in sacramento eucharistie esse verum christi corpus, et spiritualiter manducari, q; spiritus ⁊ corpus adeo a se distant vt neutrum possit alterum esse: ⁊ dicere corporalem carnem spiritualiter manducari, nihil aliud est q̃ dicere spiritum esse corpus ⁊ econuerso.

**Circa** Hoc caput, q; ridiculum est argumentum, manifeste videre potes prudens lector q; digredi a re ad modum rei. Nullus ita insanit vt dicat spũ esse corpus: sed dicimus corpus christi habere modum essendi spiritualẽ in hoc sacramento: q; est quidẽ in sacramẽto verum corpus, sed nõ per modũ corporis, in sacramẽto existit, per modũ quidẽ corporis existit in celo in sacramẽto aũt non existit p modũ corporis: non enim existit occupando locum, sed spũali modo mõ prehenso ab intellectu humano, sicut etiam incomprehensus est modus vnionis veri dei ad humanitatem assumptam: sicut etiam incomprehẽsus est modus quo vnus deus est trinus in personis. Credimus enim hec omnia, q̃uis non cognoscamus illa. Et similiter manducatur verum christi corpus in sacramento, sed non corporaliter, sed spiritualiter. Et hoc est dictu q; manducato corporalis non manducat christi corpus, q̃uis conterat sacramentales species corporis christi sub quibus continetur vera caro christi: sed spiritualis mãducatio que per animam fit, ad christi carnem in sacramento existentem pertingit. Hec de quinto.

**Sextum** Caput est q; theologi docuerunt vt nõ cogitent christiani in mysteriis eucharistie, vt eo pacto veritas non prodiret in lucem.

**Circa** Hoc caput, ridiculum fere est respondere. Quia constat theologos iuxta qualitatem personarum consilia dare: et idiotas ac simplices hortari vt sufficiat eis credere tã ea que sunt trinitatis q̃ ea que sunt huius sacramenti ⁊ predestinationis et similia: iuxta illud, altiora te ne quesieris: viros aũt idoneos ad capiendũ mysteria fidei hortari ad meditandũ ⁊ sciendũ ex sacris literis mysteria fidei ⁊ sacramenti eucharistie. Hec de sexto.

**Septimum** Caput est q; in ꝓbis consecrationis (hoc est corpus meum) verbum est, non est intelligendum secundum propriam significationem: sed vsurpatur extra propriam significationem, ita vt sumatur est, pro significat: ⁊ est sensus, hoc significat corpus meum. Unde corpus christi nõ est in hoc sacramento nisi sicut in signo. ¶ Ubi quatuor dicitur. Primum q; in sacra scriptura pluries vsurpatur est, pro significat: vt patet Gen. xli. ⁊ Matth. xiij. ⁊ Luc. viij. ❡ Secundo redditur ratio quare cogimur intelligere in verbis consecrationis est pro significat: quia oportet alterum duorum dicere: aut q; christus falsum dixit, dicendo caro non prodest quicq̃, quod est impium: aut q; est sumitur pro significat. Et patet sequela: quia si est sumitur ꝓprie, esset in hoc sacramento vera christi caro vtilis ad vitã eternã: ⁊ sic falsum dixisset christus, caro nõ prodest quicq̃. ❡ Tertio assignat alia ratio ad idem ex fide: quia quicquid corpus est, vel quod, percipi aut tangi potest, nullo pacto ad fidem pertinet. ❡ Quarto assignatur ratio ad idẽ: q; omnia quadrãt intelligendo est ꝓ significat. Quadrat enim qõ domin? dixit, hoc facite in mei cõmemorationẽ. Quadrat qõ paulus dixit: quotiescũq; mãducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis, mortem domini annunciabitis. Quadrat quod in primitiua ecclesia describitur fieri sumpsimus ad Cor. xj. de cõuentu christianorum in ecclesia ad cenam domini, ⁊c.

**Circa** Hoc caput, singula sigillatim notanda sunt. Quod igitur impunis dicitur in scriptura sacra vsurpari quãdoq; est pro significat, verum dicitur: sed in hoc erratur q; nõ discernitur diuersus loquẽdi modus. Scriptura siquidem quandoq; loquitur metaphorice ⁊ quandoq; proprie. Et quum sermones sunt metaphorici, tunc est equiualet ad significat: puta petra autem erat christus. ego sum vitis vera. ego sum ostium, et similia. In his enim vis sermonis similitudinarij cogit ad intelli-

Universidad de Deusto
Biblioteca



gendum esse.est.erat.sum.fui.non secundum proprietatem sed secundum similitudinem. Et in hoc genere constat cõmuniter omnes tertius scripture quos iste allegat: vt patet intuenti. ¶Quum autem non secundum similitudinem sed secundum proprietatem scriptura loquitur.nunc̃ est.esse.erat.fuit.trahitur extra propriam significationem: sed secundum proprietatem sue significationis intelligitur. In proposito autem constat christum non loqui de corpore suo similitudinarie sed de vero ⁊ proprio corpore suo.dicendo hoc est corpus meum: vt etiam ipsi aduersarij confitentur. Erratur ergo vsurpando hic est pro significat.ex eo q̃ in locutionibus metaphoricis ⁊ parabolicis est vsurpatur pro significat.

¶Quum autẽ secundo affertur ratio quia caro non prodest quicq̃.amplioꝛe instructione non eget. Monstratum siquidem est in secũdo capite q̃ per illa verba caro non prodest quicq̃.dominus nihil aliud significat nisi q̃ caro sola seu carnalis cibus non prodest quicq̃ ad vitam eternam. Cum qua veritate optime quadrat hec etiam veritas q̃ hoc.id est substantia sub his accidentibus est corpus meum: quoniam corpus christi in hoc sacramento contentum.nec est cibus carnalis nec prodest sine spiritu.

¶Quum vero tertio loco affertur ratio ex parte fidei(dicendo q̃ quicquid est corpus nullo pacto spectat ad fidem.mirum est tam manifestam falsitatem ingeri. Plenum est symbolum fidei q̃ credimus christum crucifixum.mortuum ⁊ sepultum.q̃ ascẽdit in celum.credimus carnis resurrectionẽ: hec omnia corpoꝛa sunt: quomodo ergo dicit q̃ ad fidẽ nullo pacto spectat quicq̃d corp⁹ est?

¶Quum demum quarto affertur.q̃ omnia quadrant scripta de hoc sacramento ⁊c.aduerte venenum. Verum siquidem est q̃ sacramẽtum hoc est memoria recordatioꝛ mortis christi: imo quod plus est.q̃ est signum corporis christi. Scis enim plenis buccis theologos in quarto senten. sonare q̃ species sacramentalis est signum gemine rei: scilicet corporis christi naturalis vt rei contente et significate.⁊ corporis christi mystici vt rei non contente sed significate. Hec enim omnia vera esse affirmamus: sed iste homo ab affirmatione signi, memorie et huiusmodi, infert negationem carnis christi contente. Quasi non stent simul q̃ in sacramẽto hoc sint ambo: signum scilicet et signatum: que tamen constat veritsime stare simul sed iste homo ex veritate non integra excludit aliã veritatem. ¶Et per hoc patet q̃ conuentus corinthiorum ad cenã domini ⁊ annũciatio mortis christi ⁊ id genus reliqua, vera sunt. affirmant quod verum est: sed non negant alteram veritatem de existentia corporis christi in eodem sacramento.

¶Ubi etiam libet intueri q̃ conuentus corinthiorum ad cenam domini, ab apostolo Paulo monstratus q̃ non erat conuentus ad gratiarum actionem tantum.ad panem significatiuum tantũ, sed ad verum corpus christi sacramentaliter sumendum: alioquin non dixisset: qui manducat et bibit indigne.iudicium sibi manducat ⁊ bibit. Et quare subdit.non dijudicans corpus dominis Si ad signum tantum corporis domini conuenirent sumendum, non esset reus corporis ⁊ sanguinis domini indigne sumens: quia constat non esse reum corporis ⁊ sanguinis domini qui indigne pacẽ in ecclesia sumit, qui panem benedictum (vt in multis ecclesijs fit) comedit, qui diuinis interest officijs vt christianus. Et tamen ad hec omnia conuenientes in ecclesia.profitemur nos esse christianos.nos pertinere ad corpus Christi mysticum: vtpote Christianos: sicut apud istos hereticos conuenientes ad cenam domini profitentur se esse de corpore christi mystico. Unde ex ipsa apostoli doctrina circa illum conuentũ.docemur conuẽtum ad cenã domini plus importare q̃ ad panem significatiuum: dum instruimur q̃ reus erit corporis ⁊ sanguinis domini qui indigne sumit. ¶Queratur ab istis, quibus verbis debuisset vti apostolus ad significandum verum christi corpus.si hec non sufficiunt: quibus verbis christus vti debuit.si illa non sufficiunt hoc est corp⁹ meũ? ¶Confunde demum istos.querendo ab eis: si hec christi ⁊ Pauli verba non sat sunt ad docendum verum christi corpus esse in sacramento eucharistie.dicite queso vos quibus verbis vtendum erat vt exprimeretur verum christi corpus esse in hoc sacramento? Si hec christi verba (hoc est corpus meum) propie imo propriissime significantia substantiam demonstratam sub accidentibus panis esse corpus Christi non sufficiunt, si locutio secundum proprietatem sermonis non sufficit.nullus sermo sufficiet. Si metaphoricus fuisset sermo.varius esset sensus: si circumlocutiõe vsus fuisset.minoꝛ inueniretur certitudo, minoꝛ inueniretur veritatis explicatio: omnis enim sermo alius a proprio, minoꝛ est proprio. Dicite queso quibus verbis Paulus manducationem sacramentalem veri christi corporis.debebat explicare, si dicendo qui manducatet bibit indigne.iudicium sibi manducat ⁊c. ibit non diũdicans corpus domini.explicando reus erit corporis ⁊ sanguinis domini.non explicauit hec enim tam clare significant vt clarius explicari nequeat: reus inquit erit corporis ⁊ sanguinis: non signi corporis aut sanguinis. ¶Erubescant ergo.

**Circa claram** Inteligentiam verborum consecrationis (hoc est corpus meum) recolito primo q̃ verba hec sortiuntur veritatem suam in fine prolationis et non ante. Et hoc non est proprium huic locutioni, sed est cõmune ei et omnibus locutionibus enunciatiuis. Et ratio est: quia veritas locutionis enunciatiue comitatur significationem eius: constat enim q̃ non prius locutio enunciatiua est vera q̃ significetur per hoc anteq̃ habeat completam significationem nec est vera nec falsa. Constat quoq̃ q̃ vsq̃ ad finem prolationis non completur significatio oratiõnis: et consequenter non est vera nec falsa ante finem prolationis. Et hinc est q̃ si sacerdos non finiret verba hec non conficeretur sacramentum. ¶Recolito secundo q̃ verba hec non solum significant verum, sed etiam efficiunt veritatem quam significant. Significant enim hoc esse corpus christi (quod est verissimũ prolatis his verbis in persona christi: in cuius persona constat sacerdotem affirmare hoc est corpus meum) efficiuntq̃ hoc esse corpus christi. Et significationem quidem verba ipsa sonant: efficientiam autem exercere fides christiana confitetur: credimus enim verba hec esse conuersiua panis in corpus Christi. Et ad hoc sola fides sufficit. ¶Collige consequenter verificari in fine prolationis horum verborum duo simul: scilicet esse et fieri: id est hoc fieri ⁊ esse corpus christi. Nã significationi vere respondet esse: id est hoc esse corpus Christi: veritati autem efficacie respõdet fieri. i. hoc fieri corpus christi. ita q̃ simul ⁊ semel in eodem instanti verificantur hoc fieri ⁊ esse corpus christi. Quod si quis philosophie naturalis expers mirabile reputet aliqd simul in eodem instanti fieri ⁊ esse, habes in promptu canonem philosophicum de efficientijs instantaneis, quibus idem simul in eodem instanti fit ⁊ est tale: vt patet de aere qui instantanea illumination simul in vno instanti et fit et est diaphanus actu.

**His premissis patet** Primo q̃ in istis vbis, hoc est corp⁹ meum, pronomen hoc neq̃ demonstrat panem neq̃ demonstrat corpus christi: quia demonstrationi panis repugnat veritas essendi: manifestus esset, hoc id est iste panis est corpus meum: quod constat esse falsissimum: nã nec in fine sermonis nec postea nec antea iste panis est corpus christi: quoniam nunq̃ panis est corpus christi. Quãuis enim sacramento confecto ⁊ tpõ durante, verum sit q̃ id quod fuit panis est corpus Christi, nunq̃ tamen verum est q̃ panis est corpus christi. Demonstrationi autem corporis christi repugnat verum fieri seu veritas efficiẽtie: quoniam corpus christi non fit corpus christi. Si enim, pronomẽ hoc demonstraret corpus christi, esset sensus, hoc: id est corpus meum est corp⁹ meum: quod cõstat nõ fieri per hec verba, ẽ esse verissimũ ante ista verba prolata. Uere ergo significationi verborũ repugnat q̃ pronomen hoc demonstret panem: quia panis nunq̃ est corpus christi. Et vere efficientie eorundem verborum repugnat q̃ pronomen hoc demonstret corpus christi: quia corpus christi non fit corpus christi non conuertitur in corpus christi. ¶Oportet igitur per pronomen hoc demõstrari id quod cõgruit vtriq̃, scilicet ⁊ esse ⁊ fieri: vt illud demonstratũ simul ⁊ semel ⁊ fiat ⁊ sit corpus christi. Quod (vt quidam sci patres docuerũt) est indiuiduum subsistãte absq̃ determinatione nature tam panis q̃ corporis christi. Nec hoc voluntarie mentiuntur: sed quia pronomen hoc est demonstrationis substãtie: precipue dubio singularis, ideo affirmant demonstrari substantiam individuam. Et quia non plus exigit vis pronominis (quum etiam apud grammaticos significet substantiam sine qualitate: id est sine determinatione nature) ⁊ huiusmodi demonstratio quadrat tam respectu fieri q̃ respectu esse, ideo concludunt q̃ pronomen hoc in his verbis demonstrat substantiam que sub illis est accidentibus: non explicando natiuã panis aut corporis christi. ¶Quadrare autem hanc demõstrationẽ [illegible] ad fieri q̃ ad esse clarissime patet. nam per hec verba in fine prolationis substantia contenta sub his accidentibus fit corpus christi: ⁊ rursus verissimum est in fine prolationis q̃ substantia contenta sub his accidentibus est corpus christi. Ubi manifeste videre potes. iuxta hunc sensum verificari ⁊ veram significationem verborum eorundem veram esse scientiam: q̃ per hec verba in psona christi, plata (scilicet hoc) id est hec substãtia est corp⁹ meũ) hec substantia fit ⁊ est corpus christi. ¶Ampliato ⁊ magnificato hec: eo q̃ nulla in hoc sensu interueniat extorsio, nulla impropietas, nulla menditas, sed sistitur infra propietatem verborum et fidei christiane confessionem. Hec de septimo.



**Octauum** Caput est, q̃ falsa est fides sacramentum hoc delere peccata: quia sola mors christi nostra delet peccata.

**Circa** hoc caput errorem facile deprehendes si vim rationis inspicias. Ex hoc enim quod sola mors christi nostra delet peccata: non sequitur, ergo applicatio mortis christi ad nos non delet peccata. Sicut nam ex hoc quod solus artifex facit spheram, non excluduntur instrumenta artificis quibus spheram operatur. ita ex hoc q̃ sola mors christi delet nostra peccata, non excluduntur sacramenta ecclesie que sunt instrumẽta quibus mors christi applicatur ad nos. alioquin delere oporteret ex symbolo, confiteoꝛ vnum baptisma in remissionem peccatoꝛum. Si enim ex hoc quod sola mors christi delet nostra peccata excluderentur sacramenta, baptismus quoq̃ excluditur a deletione peccatoꝛum. Et sicut secundum veritatem non excluditur baptismus. ita nec alia sacramenta, excludun tur a deletione peccatoꝛum. Nihil ergo valet inducta ratio. Hec de octauo.

**Nonum** Caput est, falsa est fides tenens q̃ eucharistia sit sacrificium. Cum quia sacrificium christi semel in cruce oblatum sufficit in eternum: vt patet ex doctrina pauli apostoli ad hebre. 10. vna enim sanctificatione consummauit in eternum sanctificatos. Et nono per propium sanguinẽ introiuit semel in sancta, eterna redemptione inuenta. ¶Tum quia falsum est christum offerri in eucharistia, nam christus non offertur in sacrificium nisi moriatur, nisi sanguine intercedente: vt patet ex doctrina pauli apostoli etiam ad hebre. 9. dicentis, neq̃ vt sepe offerat semetipsum: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi ⁊c. Constat autem christum in hoc sacramento nõ mori nec posse mori. ¶Tum q̃ necia christo nec ab apostolis instituta est missa.

**Circa** hoc caput aduerte errari in hoc quod existimatur sacrificium altaris esse diuersum sacrificium a sacrificio quod obtulit christus in cruce: quum tamen in veritate sit illimet: sicut est illimet corpus christi et illemet sanguis christi in altari et in cruce et in̄ celo modo. ¶Differentia autem est in modo offerendi: quia tunc oblatum est corporaliter. modo offertur spiritualiter: tunc est oblatum in re mortis, nunc offertur in mysterio mortis. Et hoc intellige referendo oblationem tam ad rem contentam quam significatam in sacrificio hoc. Quod dico: quia si ad species sacramentales referatur, oblatio corporalis et sensibilis manifeste, est. Nec propterea spiritualis hec oblatio fit quod insufficiens fuerit sacrificium christi: sed vt in sacris mysterijs christus eiusq̃ sacrificium iugiter recolatur, iuxta christi mandatum, hoc facite in mei commemoratiõnem.

¶Unde patet rationes allatas ex doctrina pauli ad hebre. ad equinecum afferri: quoniam Paulus apostolus loquitur de corporali oblatione christi, quam fatemur esse vnam et sufficientissimam in eternum: quum autem de Eucharistie sacrificio est sermo, ad spiritualem oblationem Christi transitur. ¶Et bene nota q̃ non dicimus spiritualẽ corpus Christi offerri in sacrificio altaris: sed dicimus spirituali oblatione offerri naturale Christi corpus in sacrificio altaris. ¶Et hec erudite lector intellige spectando ad rem contentam in hoc sacrificio: corpus scilicet et sanguinem Christinam si ad mortem Christi sacrificium altaris referatur, signum tantum ⁊ non res inuenitur: nam neq̃ mors christi neq̃ status mortis Christi est secundum se: sed Christus viuit et regnat in celo: et consequenter in sacrificio hoc non continetur sed significatur mors christi. Intellige sane iterum duo: Christus in hoc sacrificio significatur et continetur: mors vero eius significatur quidem sed non continetur. Unde non oportet quoties hoc sacrificium offertur, vel celebratur, q̃ Christus moriatur: sicut oportet verificare q̃ Christus est in eo, continetur in eo, offertur in eo tanq̃ res existens contenta et oblata. Significatur autem christi mors hoc sacrificio non solum quia verba consecrationis illam explicant (dicendo qui pro vobis et pro multis effundetur, sed etiam quia sanguis seorsum a corpore consecratus ipsa enim separatio sacramentalis significat separationem realem sanguinis a corpore christi in morte ipsius.

¶Quum autem obijcitur, sacrificium altaris nõ esse institutum a Christo neq̃ ab apostolis: aduerte q̃ ex verbis Pauli apostoli in epistola ad corinthios prima, colligitur christum instituisse hoc sacrificium. et tempore apostoloꝛũ fuisse in vsu non solum vt sacramẽtum sed vt sacrificium. Inquit siquidem apostolus: ego enim accepi a domino quod ⁊ tradidi vobis, quoniã dñs iesus in qua nocte tradebatur ⁊c. Ex hoc enim q̃ paulus dicit se tradidisse corinthijs anteq̃ scriberet eis primam epistolam quod accepit a domino de eucharistia. duo discimus. Alterum est: quod multa apostoli tradiderunt ecclesijs seruanda. que tradita fuisse ab apostolis non est scriptum in sacre scripture libris. Ecce vides hic quod nisi subsecuta fuisset hec epistola, nesciremus paulum tradidisse corinthijs id quod accepit a domino de eucharistia, ⁊ tamen in rei veritate ipse tradiderat corinthijs ante epistolam doctrinam eucharistie quam acceperat a domino: vt ipse testatur. Alterum est quod id quod acceperat a domino ⁊ tradiderat corinthijs de eucharistia, est illud cuius in precedenti capitulo memnerat tanq̃ ritus iam in ecclesia corinthioꝛum vsitati, dicendo: Fugite ab idolorum cultura: calix benedictionis cui benedicimus, nonne cõmunicatio sanguinis christi est: ⁊ panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est: quoniam vnus panis ⁊ vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane ⁊ vno calice participamus: videte israel secundum carnem, nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo, dico quod idolis immolatũ sit aliquid aut quod idolum sit aliquid? sed quod que immolant gentes, demonijs immolant ⁊ non deo: nolo autem vos socios fieri demoniorum: non potestis mense domini participes esse ⁊ mense demoniorum. In quibus verbis, in quo textu ⁊ contextu clarissime patet quod apostolus supponit ritum ecclesie qui tunc ⁊ nunc seruatur: scilicet quod fumentes eucharistiam sumunt de sacrificio altaris, et ex hoc ipso quod sumunt de sacrificio, de immolatio deo, monet corinthios vt fugiant culturam idolorum: asserens ex veteris ritu legis quod edentes hostias erant altaris participes: et similiter gentiles demonijs immolantes, mense demoniorum sunt participes ⁊c. Habes ergo ex hoc singularitertu. quod calix et panis domini tempore apostoloꝛum in sacrificij vsu erant: nisi quis adeo desipiat vt impertinenter hec omnia ab apostolo tam accurate allata putet. ¶Et hic textus iunctus ei quod dixit apostolus, ego enim accepi a domino quod ⁊ tradidi vobis, sufficit ad testimoniũ perhibendum quod christus instituit non solum hoc sacramentũ sed etiam hoc sacrificium, ⁊ quod apostoli docti a christo tradiderunt ecclesie hoc sacrificium.

¶Si extra sacram scripturam alijs scriptoribus credendum est, inuenimus iacobum fratrem domini misse celebrationem addidisse: vt ex tra synodus refert de conse. di. j. ca. iacobus. Inuenitur tempore telesphoꝛi pape (qui octauus computatur papa a beato petro) missas celebrandas esse nocte natiuitatis domini: vt patet de conse. distin. j. ca. nocte. ¶Nota hic, non institutionem sed testimonium sexte synodi de additione facta a iacobo fratre domini circa missam: quia non romanus pontifex, non latina ecclesia sed greca sed orientalis tempore agathoꝛnis pape ⁊ constantini iunioꝛis imperatoꝛis constantinopoli congregata centum quinquaginta patrum, testatur missam a iacobo apostolo ordinatam: si vnius historici scriptoꝛis testimonio creditur, certe in dubia debetur fides centum quinquaginta patrum testimonio. ¶Taceo quod etiam, vt dictum est tempore telesphoꝛi pape qui octauus a beato petro papa recensetur (quando ecclesia romana nullo temporali gloriabatur imperio sed triumpho martyrum) inuenitur sacrificium misse in nocte natalis domini offerendum: vt patet de conse. di. j. ca. nocte. ¶Et si gestis martyrum autenticis apud ecclesiam, fides ab istis datur, habes ante constantini tempora (quum ecclesia romana non gloria ẽ temporali sed martyrio floreret) sacrificium misse in nocte natalis domini offerendum: vt patet de conse. di. j. ca. nocte. ¶Et si gestis martyrum autenticis apud ecclesiam, fides ab istis datur, habes ante constantini tempora (quum ecclesia romana non gloria ẽ temporali sed martyrio floreret) sacrificium eucharistie viguisse: vt patet ex verbis laurentij ad sixtum: quo sacerdos sancte sine diacono properas. te nunq̃ sine ministro sacrificium offerre consueueras. Ecce quod sixtus sacrificiũ offerre consueuerat, procul dubio eucharistie. Unde de se diacono subdit: experire vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commissi dominici sanguinis dispensationem.

¶Aduerte hic demum quod etiam si nihil esset scriptum, ipsa sine cessiua traditio non vnius partis mundi sed vniuersalis ecclesie toto orbe diffuse, sufficiens testimonium preberet sacrificium hoc institutum esse a christo et traditum ab apostolis: vt patet ex eo quod autoritas ecclesie sufficit ad maiora. Ex autoritate siquidem ecclesie habemus omnes libros sacre scripture: nam euangelium ioannis nescirem magis ẽ bartholomei nisi me autoritas ecclesie admoneret: ⁊ sic de alijs. Si sacrificiũ hoc latina tantum ecclesia

Universidad de Deusto
Biblioteca



haberet.aut de nouo in ecclesia dei esset introductū, esset forte locus suspitioni q̄ admittio fuit romana:sed vbi greci.latini.barbari ⁊c.hoc semper habuerunt sine mitio alicuius medij tēporis, etiam si scriptura testimoniū deesset, sufficere deberet: quanto ergo magis cum tot scriptis testimoniis. Hec de nono.

**Decimum** Caput est, q̄ idolatria est adorare eucharistie sacramētum. Tum quia pura christi humanitas non est adoranda. Tū quia solus deus quem nemo vidit vnq̄, adorandus est:adorantes autem eucharistiam,adorant quod vident.Tum q̄ non legitur apostolos adorasse eucharistiā in cena.

**Circa** Hoc caput, facile patet error: prime rationis: quia in sacramento hoc non adoratur humanitas christi pura:sed adoratur christus verus deus ⁊ veram habens carnem assumptam.℟ Et per hoc idem patet error secunde rationis, quia non adoramus accidentia illa panis ⁊ vini que videmus,sed christum contentum sub accidentibus illis. ¶ Circa id vero quod tertio asserit(quia non legitur apostolos adorasse eucharistiam in cena)duo dicito. Primum q̄ non legitur eos adorasse christū presentem in cena:q̄d mirum si non legit adorasse sacramentū ipsi⁹ christi:Si propterea q̄ non legitur apostolos christum adorasse in cena argumentum valet,ergo nec a nobis christus est adorandus.℟ Deinde dicito non valere argumentum vniuersaliter: non legitur hoc factum ab apostolis,ergo non est faciendum. Nusq̄ enim in sacra scriptura legimus eos condidisse symbolum fidei,⁊ tamen fecerunt illud:nusq̄ enim legitur in sacra scriptura approbasse eos euangelium luce ⁊ marci,et tamen ab illis credimus approbatum. Hec de decimo.

**Vndecimum** Caput est:q̄ tertullianꝰ, augustinus,origenes hilariusq̄ fouēt q̄ in eucharistia corpꝰ xpi est vt in signo ⁊c.

**Circa** Hoc caput(in quo iste homo multa affert,que facile ab erudito quoq; ex supradictis comprobantur inuenta ad errorem istius)aduerte q̄ autores isti vbi quandoq; affirmant sacramentum esse figuram aut signum corporis christi,aut aliquid huiusmodi,vera dicunt:non tamen propterea negant cum hoc signo inueniri etiam rem signatam figuratam ⁊ contentam christi carnem.Ratione siquidem specierū sacramentaliū appellauerunt ℟ appellant doctores sacramētum hoc signum,figuram ⁊ id genus reliquamōn tū propterea negant rem cōtentam sub tali signo.℟ Vbi etiā aduerte q̄ sapienter sacri doctores frequentā sacramentorum postponunt virtutibus: quia virtutes sunt bona propria bonis hominibus,sacramenta vero communia sunt bonis ⁊ malis. Hec de vndecimo.

**Duodecimum** Caput est, q̄ si fides esset de eucharistia essent due vie salutis:vna fidei in christum,altera fidei in sacramentum.

**Circa** Hoc caput, scis erudite lector ridiculum esse. Non enim due sunt artes in aurifice:altera operandi aurea:altera vtendi instrumentis ad faciendum aurea opera. Non sunt due fides:altera ad christū:altera ad instrumenta christi quibus mediātibus nobis suam virtutē salutiferam applicat.Sacramenta siquidem ecclesie instrumenta sunt christi ad nostrā salutē ab tpo instituta.℟ Et qui fidē sacramentoꝝ negat,deleat ex euāgelio,nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu nō potest introire in regnum dei. Hec de .xij. anno.m.cccc.xxv.℟ Hec sunt pater beatissime que pro instructione eruditi nuntij mihi occurrerunt scribēda:vt bea.tue mādato(vt par est, pareremus)sub apostolatus tamen tui censura. Amen.

## ¶ De celebratione misse questiones due.

¶ Utrum sacerdos sumpta ablutione,licite possit sumere reliquias eucharistie,in calice vel extra remanentes. Questio.j.

**Queritur** Utrum sacerdos sumpta ablutione, licite possit sumere reliquias eucharistie, in calice vel extra remanentes. ¶ Et videtur q̄ non. Primo quia vere non est ieiunus ieiunio nature:quoniā sumpta ablutio vinum vel aqua est,quorum vtrumq; solut ieiunium nature. ¶ Secundo. Quia si hoc liceret,cum ita sit per fecte corpus christi in qualibet particula relicta sicut in tota hostia,pari ratione posset vnam aliam hostiam consecratam sumere:quod constat esse illicitum. Et rursus pari ratione posset aliam missam celebrare:quod non esse licitum, patet ex ritu ecclesie in nocte natalis domini ⁊c. ¶ Tertio. Si liceret sacerdoti post ablutionem sumere reliquias eucharistie, liceret quoq; communicantibus:sed hoc non licet:vt patet:ergo ⁊c.

**In hac dubitatione** Scito primo diuersas esse opiniones. Quidā enim(de quorum numero est scotus in .iiij. senten. dist. vlti.)putant non licere post sumptam ablutionem reliquias eucharistie sumere propter primam rationem:quidam autem sentiunt oppositum. ¶ Et quoniam hec opinio rationabilior atq; ecclesie ritui conformior est,ideo declaranda firmandaq; est. Scito ergo q̄ vnum(vt patet.v.meta.)cum multipliciter dicatur, quārum ad propositum spectat,dicit⁹ duplr:scilicet simplicitate ⁊ perfectione. Quod nō solum est verum in rebus,sed in actibus:nam non solum aliqua res est vna simplicitate(vt albedo)⁊ aliqua perfectione(vt calceus cōstans ex omnibus ad ipsum requisitis)ꝫ aliqua operatio est vna simplicitate,vt visio:⁊ aliqua perfectione,vt prandere constans ex multis operationibus requisitis ad prandium:vt sumere panem, carnem,vinum ⁊c. Qui igitur examinant actus sacerdotis sacrificium offerentis ⁊ sumentis,secundum naturam actuum simplicium,coguntur consequenter dicere,q̄ sumpta ablutione non possunt sacerdotes sumere reliquias. Qui autem actus sacerdotis secundum naturam actuum perfectoum cōstantium ex plurib⁹ ad sui perfectionem,discutiunt,dicunt q̄ sicut oblatio corporis ⁊ sanguinis est vnum perfectum sacrificium,⁊ sumptio eorumdem sub speciebus panis ⁊ vini est vna perfecta refectio constans ex cibo ⁊ potu,ita tota sumptio eucharistie, reliquiarum et ablutionis est vnus consummatus actus:ac per hoc reliquie tūc sumpte ad eius dem numero actum perfectum spectant, non vt necessario requisite ad integritatem illius,sed vt partes materie. ¶ Et auctē actꝰ sumptionis eucharistie et actus ablutionis, computari debeant non tanq̄ diuersi simplices actus,sed pro vnico actu:ritus ecclesie cogit omnes cōfiteri.ex hoc q̄ non saluari recte aliter possunt difficultates accidentes in huiusmodi sumptionibus,⁊ sic optime saluantur.℟ In primis nō potest aliter saluari quomodo reliquie eucharistie adherentes palato vel dentib⁹, possint licite post ablutionem deglutiri.Et patet ratio:quia sumptio cibi vel potus quo ad ieiunium nature,⁊ quo ad veram comestionem ⁊ potationem, non est ablq; deglutione: cum igitur in casu hoc non fit ieiunus, quomodo hoc saluabis,nisi dicendo q̄ totum pro vnico actu computatur.℟ Nec officit intento,si quis dicat, q̄ non est simile de reliquijs in calice ⁊ patena et in ore: quia iste sunt semel sumpte, ille non. Nā satis est in proposito,q̄ oporuet acceptari ab olibus hoc, q̄ actus isti non iudicantur vt diuersi secundum se,sed computantur pro vnico,adhuc enim eucharistia etiā tota remanente in ore, etiam ablutione sumpta, licite sumitur absq; dispensatione ieiunij non alia ratione, nisi quia totum pro vnico actu computatur. Nam si singuli actus seorsum acciperentur,non posset ille ieiunus eucharistiam vere sumere:id est deglutire:sumptio enim in ore sola,non est sumptio,sed inchoatio eius:quia non est comestio neq; potatio.℟ Non potest quoq; deinde aliter saluari quomodo in palato rascue quādo hostie pars in vino posita remaneret in calice sumpto vino,sumi a ieiuno recte potest,nisi totum pro vnico actu computando:secundum enim simplices actus tam non ieiunus sumeret.℟ Non potest quoq; saluari quomodo distinctis hausti⁹ sumpta etiam prima ablutione, licite sumitur a non ieiuno (quod tamen oportet)nisi totum pro vnico actu computando. Deinde oporteat primam ablutionē si statim sumitur,sumi a non ieiuno, ex eo patet.q̄ statim adhuc est ibi verus sanguis christi.Cum enī semper in calice maneat aliquid humiditatis post sumptum sanguinem:⁊ illud non sit sine subiecto,si vinum fuisset, procul dubio retinet adhuc vini speciem:⁊ cum nō tam cito corrumpatur,restat vt in secundo haustu sanguis christi adhuc sumatur mixtus vino: qui non nisi a ieiuno sumendus est.sicut nec pars hostie mixta vino ⁊c.℟ Nō potest quoq; aliter reddi ratio,quare liceat ablutionē sanguini mixtam statim duobus haustibus sumere,⁊ particulam hostie post primum hau[illegible]ere remanentem oporteat reliquere:quare enim magis licet sanguinis reliquias vino mixtas q̄ hostie post primum ablutionis haustum sumere?℟ Non potest quoq; aliter saluari differentia in prefatis casibus inter hominem sumpta ablutione,⁊ hominem qui purus tantumdem bibisset.Et tamen qui bibisset,ab omnibus iudicatur inhabilis ad sumendas etiam reliquias:hic autem qui ablutionē sumpsit,in omnibus predictis casibus absq; dispensatione excusatur. Hec hoc est aliunde q̄ ex hoc q̄ abluto non computatur contra reliquias. ¶ Et rursus pari ratione posset aliam missam celebrare:quod non esse licitum, patet ex ritu quidem:quia non dicitur his communicare,qui post sumptam hostiam sacram particulas reliquas sumit:etiam si credens se nihil amplius accepturum,adoratiū mittante ablutionem:vt in religione fit.Et tamen si aliam hostiam sumeret quantumcumq; ieiunus,iterum communicaret:nisi forte reliquias cōmunionis suscipieret:quod cōfirmaret intentum:quia scilicet ratio reliquarum haberetur.℟ Ex ratione autem: quia sicut in alijs rebus duplices assignantur partes:scilicet speciei ⁊ materie,ita in eucharistia vt partes speciei sunt species sacramētales panis ⁊ vini:hec enim in diffinitione cadunt:vt partes vero materie sunt particule specierum panis ⁊ vini:que etsi in diffinitione nō ponerētur, sicut nec semicirculus in diffinitione circuli,ad integritatem tamen materie spectant.Unde ꝗus eucharistie sacrificiū sumpta hostia ⁊ sanguine,perfectum sit essentialiter,adhuc tamē perficiendū restat q̄ ad partes materie:q̄ reliquie sunt.Et quoniā ablutio necessario immiscet his partib⁹,ideo sumptio ablutionis et partium huiusmodi,pro vnico actu rationabiliter computātur. ¶ Ex predictis igitur tu studiose collige quid est in hac difficultate,super quod rationes fundari ⁊ difficultates solui possint:⁊ est q̄ sumptio reliquiarum eucharistie ⁊ ablutionis earum pro vnico actu computantur.℟ Oportet enim hec duo simul concurrere:scilicet rationem reliquiarum ⁊ rationem ablutiōis earum ad hoc vt ad vnum spectent actum:propter quod non est idem iudicium de alia hostia ⁊ de reliquijs:nec de potatione p̄cedēte ⁊ de ablutione. Nec de ablutione quā pro reuerētia sumunt cōmunicātes sub specie panis,⁊ ablutione sacerdotali:qm̄ ista est ablutio reliquiarum extra manentium,illa non,sed aut pro intus tantū manētibus,aut pro reuerentia.Et quoniā ablutio sacerdotalis non est ablutio specierum sanguinis tantum,sed corporis ⁊ sanguinis post sumi possunt.Et quoniam particule hostie remanentes in patena vel corporali de numero reliquiarum sunt, ꝗus non ablute, sumi sicut ablute possunt:alioquin particula hostie ex stridore frigoris forte parietibus interioribus calicis inherens non abluta,sumi nō posset cū ablutis:quod est ridiculum.Et quo enim saluatur ratio tam reliquiarū, ꝗ ablutionis reliquiarum, ꝗus non omnes sint actu ablute omnium sumptio pro eodem actu computatur ⁊c.

**Et his patet** Responsio ad obiecta.℟ Nam ad primum dicit q̄ ieiunij nature debet precedere totum actum sumptionis sacramenti,⁊ non singulas eius partes ⁊c. reputatur enim ieiunus totum sumere qui ieiunus cepisse dicit⁹ est.℟ Ad secūdum patet responsio:quia licet quo ad rem sacramenti:scilicet corpus ⁊ sanguinem christi idem sit de toto ⁊ partibus iudicium:non tamen quo ad species ipsas:que sunt sacramētum tantum:vt ritus ecclesie communicet. ¶ Ad tertium autem dicitur,q̄ communicans statim vt ablutionem reuerentialem acceperit,refectionem iam cōpleuit. Nec est amplius de numero discumbentium:vnde est mirum si non potest sumere reliquias. Sacerdos aūt qui ablutionibus reliquiarū sumendis vacat,adhuc est in actu refectionis:⁊ pter quod nō est mirum si ꝫ sibi reliquias sumere.Et simile est iudicium de sumentibus guttulas hostiarum sacrarum in vino calicis: potest enim post primū haustū remanentes reliquias, secundo ⁊ tertio haustu assumere,⁊ herentem sacerdotis digitis particulam sugere:q̄dū sumendis vacat reliquijs ⁊ ablutioni earum.Et hec dicta sufficiāt. Pisis die.xxvj. nouembus.m.cccc.ix.

¶ Utrum sacerdos celebrans pro pluribus, satisfaciat pro singulis. Questio.ij.

**Queritur** Utrum sacerdos obligatus ad celebrandum pro aliquo, et accipiens eleemosinam ab altero vt celebret pro eo,satisfaciat dicendo vnam tantum missam pro vtroq;. ¶ Et videt q̄ non. Primo quia effectus misse pro quo habendo missa petitur ⁊ proponitur,est finitus.Finitum autem diuisum,minus habetur a singulis ꝗ si totum haberetur ab vno. Quicquid igitur datur secundo adimitur a primo,⁊ sic neutri satisfit.Assumpta:scilicet q̄ effectus mi[illegible]probatur ex eo,q̄ pro eodem dicuntur plures misse. ¶ Preterea. Cum idem sit iudicium de duobus ⁊ de valde multis,imo de omnibus,si potest missa pro vni satisfacere pro altero,satisfactiua ergo est pro omnibus: et sic ecclesia non bene instituisset missas pro aliquibus determinate,sed debuit omnes pro omnibus offerre:vt bonum communi fine detrimēto particularium procuraret.cōmunis mater omniū. ¶ Preterea. Si satisfacit hic sacerdos vnica missa pro pluribus, pari ratione satisfaciet etiam vnica missa pro quatuor missis pro missis eidem,accepta ab illo eleemosina pro quatuor missis. Hec autem constat esse falsa:damnaretur enim ab ecclesia,q̄ vnica missa dixisset se satisfecisse,p̄ missis beati gregorij,q̄ sunt.xxx.ergo ⁊c.

**In oppositum** Est: quia virtus misse est infinita: quia est virtus iesu christi infinita. Infinitum autem potest quibuscūq; applicari,⁊ ab eis participari ablq; vllo singulorum damno:ergo ⁊c.

**In hac questione** Quia missa continet duo: scilicet oationem ⁊ sacrificium eucharistie,primo de sacrificio(quod est precipuum in missa)deinde de oratione dicendum est. Rursus quia effectꝰ vtriusq; est multipler:scilicet meritum,impetratio et satisfactio,sigillatim definiēdum est. Rursus quia effectus dupliciter oritur scilicet ex opere operato et ex opere operante,vt perfecta habeatur de questo notitia,singulis examinatis decernetur demum quid simpliciter respondēdum sit quesito. ¶ Sacrificium igitur misse dicit duo. Est nanq; sacramentum ⁊ sacrificium:⁊ inquantum sacramentum non est ad propositum: quia effectus eius est respectu sumentis tantum. Inquantum vero sacrificium est ad propositum,⁊ distinguitur ex parte operis operantis ⁊ ex parte operis operati.℟ Et sumptum hoc sacrificium ſm opus operatum consideratur dupliciter:scilicet ſm seipsum absolute,et ſm seipsum applicatum huic: si enim cōsideratur hoc sacrificium ſm opus operatum absolute,sic est immolatio iesu christi:ita q̄ res oblata est iesus Christus. Et quantitas huius sacrificij est infinita:ita q̄ est impetratium, meritorium ⁊ satisfactium infinite:vnde effect⁹ eius infinitus est sicut et passionis christi:est enim deo acceptius q̄m sint cuncta peccatoꝝ ⁊c. Verumtamen sicut infinitas effectus christi crucifixi est ſm sufficientiam,⁊ non ſm efficientiam,⁊ ſm naturam causandi in eius sacrificio,sed ex quāto p̄ferat.Et q̄m ex parte rei oblate, est infinitas in hoc sacrificio,et per vnicā deuotionem nō ex hauritur nec minuitur,consequens est vt non solum pluribus, sed infinitis deuotionibus vnicum sacrificium sufficienter respondeat: cuilibet certam pariendo satisfactionem. Nihil igitur adimitur alicui facienti pro se offerri hoc sacrificium,ex quātitate effectus huius sacrificij ſm se et applicati ad ipsum, ex hoc q̄ alter procuret eandem pro se dici nec econuerso:sed vnicuiq; respondet tantumdem quantum si pro se solo diceretur:quia vnicuiq; sufficienter et efficienter iuxta quantitatem deuotionis sue. ¶ Et confirmatur

Universidad de Deusto
Biblioteca



hec ex ipso canone misse: in quo non solum generaliter pro ecclesia, pro principibus ⁊ omnibus christianis, sed specialiter pro his qui in memento cogitantur, ⁊ oibus circumstantibus offerri dicit hoc sacrificium. Cōstat nāq; q; nō est determinatus numerus cogitandorum in memento: ⁊ multo minus determinatus est numerus circumstantium: ⁊ q; nullus ex alterius consortio minus habet de effectu misse: et quod hec non referuntur ad orationem sed sacrificium: quoniam ibi expresse dicitur: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis. Et quod non solum ꝓ impetratione. sed pro satisfactione offertur: quoniam expresse dicitur, pro redemptione animarum suarum: redemptio enim a malis est: ⁊ vt ipsum nomen testatur, satisfactio per modum solutionis est: sicut christus redemit nos soluendo pretium deo patri. Potest igitur sine cuiuslꝫ detrimento pro infinitis sacrificium hoc offerri, ⁊ satisfacere iuxta singulorum deuotiones. ℣ Caue tamen hic ne fallaris: putans ex hoc sequi, quod vna missa tantum satisfacit si dicatur pro vno quantum pro pluribus. Hoc enim non sequitur ex dictis: quoniam non diximus, quod effectus huius sacramenti respondet intentioni sed deuotioni. Non enim quantum intendo ex hoc sacrificio satisfacere tantum satisfacio: sed quantam deuotionē habeo. tantum ex illo haurio. Unde si ego offerens hoc sacrificiū, habeo deuotionem tantam quod ei respondet in hoc sacrificio satisfactio vnius anni, et intendo celebrare pro satisfactione vnius anni. Si autem intendo satisfacere pro duobus equaliter, quilibet releuabitur pro medio anno tantum: si pro tribus, pro tertia parte anni: ⁊ sic de singulis. ℣ Et similiter etiam dico de satisfactione respondente deuotioni martiri qui facit celebrari eandem missam, quod si pro vno fit, totam sortitur ille: si pro pluribus, diuiditur inter eos. ℣ Et similiter dico de quotcunq; aliis facientibus eandem missam celebrari. Semper enim satisfactio cuilibet deuotioni respondens est finita: et si ad plures per intentionem applicetur, diuiditur, ⁊ minus a singulis participatur. Et sic verificatur theologorum sententia, dicentium effectum huius sacrificij finitum et diuisum minorari in eis quibus applicatur. Intelligitur enim (vt patet ex dictis) non in ordine ad plurium deuotiones: sed vti participatum ab hac vel illa deuotione.

¶ Secunda autem falsum assumit, ⁊ consequenter non loquitur. Falsum quidem assumit, dum dicit in his cambijs illud plus sumi vt vitetur interesse. hoc enim campsores ꝛestantur esse falsum, ⁊ dicunt quod non vt dānum eueniat, sed vt lucrentur huiusmodi cambijs insistunt: ⁊ quod si accipientes cambia obligarent se ad restituendum precise quantum accipiunt in loco vbi accipiunt, ipsi non mutuarent quia lucri causa artem hanc exercent. Et ex hoc patet, quod nec ꝓ interesse stipendij ministrorum plus sumitur. Si enim campsores ex cambijs nihil aliud quererent q̄m se seruare indēnes, cambia non aggrederentur: sed pecunias suas secum tenerent, aut aliter exponerent: vt ipsimet restantur. ¶ Consequenter autem non loquitur: quoniam non est licitum artem mutuatiuam in ciuitatibus erigere ⁊ ministros statuere, ⁊ laborum industrieq̄ ratione habita, inde etiam sustentatorium lucrum quere re: quoniam hoc esset vsurariam artem facere moderatam. vt patet. ¶ Ministris autem montis pietatis quomodo ⁊ qualiter liceat mercedem reddi, ⁊ a quibus oportet reddi, in tractatu speciali de hoc diffuse diximus. Hic autem satis sit nosse, ⁊ quod non est similē: quia in cambijs intenditur lucrum, et quod experientia teste nō licet artem facere mutuatiuam, vt operarum, periculorum ⁊ industrie rationem habendo, plus sorte recipiatur, vnde ipse cum familia sustentetur: sicut in artibus ⁊ negociationibus licet. Est igitur vsura in his cambijs, si contractum mutui implicant. Propter quod host. sub mutui nomine casum tractantes (quum scilicet mutuatur vt restituatur alterius generis moneta cum spe lucri) vsuram esse dixerunt.

¶ De opinionibus dicentium in cambijs realibus esse contractus permutationis. ℓ. iij.

**Esset** Ergo propter predicta forte aliorū opinio, dicentiuꝫ in his cambijs non esse contractum mutui sed innominatum scilicet do vt des: vel si nominari debet, esse contractum permutationis. ¶ Et horum contrarie quoq; sunt opiniones aliqs asserentibus hec cambia licita, ⁊ aliqs illicita. Et illi quidem qui dicunt esse licita, studium suum adhibent non tam ad probandam eorum iustific[illegible]rum naturam extra mutui ratione esse. ¶ Et quoꝝ multiplicent rationes, ex tribus tamen conditionibus separat cambia hec a mutuis. Primo ex periculo. Mutui enim natura periculum mutuate sortis in accipientem mutui transfert: cambium vero reale dāni periculum campsori relinquit, si minus sorte contingat accipere: vt quandoqs licet raro) contingit. ¶ Secundo ex diuersitate rei restituende et locorum mutui ratio exigit vt eiusdem generis ⁊ bonitatis res restituatur, ⁊ ibidem. Hec sufficit reddere equipalens: aurum enim ꝓ auro ⁊ triticum ꝓ tritico restituendum est. ⁊ adducitur ad hoc tertius iuris ciuilis. ff. de solu. ℓ. paulus. In cambijs autem realibus fit permutatio monetarū diuersoū generū ⁊ in diuersis locis. ¶ Tertio ex modo cōtractus: q̄ in cābijs realibus est vēditio vel cōtractus similis venditioni (cū ducatus vendit. 52. grossis fiadrēsibus) ⁊ estimatur vna moneta cū alia, quod licere patet extra de cēsi. ca. olim causam. ⁊ ca. cum canonicis. in mutuo autē nihil horum fit. Quū igitur mutui contractus non sit sed ꝓmutationis ⁊ negotiatiuus, ꝓ licito relinquit. spes enim lucri in his nō dānatur, ⁊ industrie, laborum, periculorum, expensarumq̄ ratio habenda est. ¶ Dicētes vero cābia hec nullo modo licere, ⁊ tū mutuum non implicare, quāuis non inuenerim: ex dictis tamen ab his q̄ absolute cambia hec dānant, aut dubitant illicita esse, triplex ratio colligitur. ¶ Prima ex eo q̄ cambia hec in fraudem vsurarū introducta videnť, quum permutationem monetarū campsor non intendat, sed necessitatibus indigentis nolens gratis mutuare, noie permutationis monete mutuū palliat vt lucret: presertim quum plerumq̄ contingat in eadē fieri moneta restitutiones (⁊ hoc in cābijs infra tralatam) ⁊ periculū q̄ raro accidit pōderandū non sit in commutationibus, que regulande sunt ꝑm cōmuniter euenientia. ¶ Secū do ex eo, q̄ ratio tpis etiā in contractu emptionis ⁊ venditionis (vt quanto distantius est solutionis tempus, tanto plus sibi solui vendere plus q̄m nunc aut hic valet. non est licitum: nisi vendens intenderet vsq̄ ad tempus illud seruare (vt in ca. nauigāti, extra de vsuris) aut intenderet ad illū locum deferre: vt dicit ray. inno. ⁊ ioan. andre, ⁊ ioan. calde. cāpsores aūt non intendūt seruare, aut transferre pecuniam: sed paratam ad huiusmodi cambia tenent. Quid aūt de his sentiendū sit, in decisione manifestum erit. Nunc autem ad aliam properandum est opinionem.

¶ De opinione singulari circa cambia. ℓaput. iiij.

**Qost predictas** Opiniones egregij cuiusdam doctoris in theologia opinio singularis occurrit: tenens huiusmodi cambia esse licita, ⁊ tria singulariter dicens. ¶ Primū est, q̄ contractus iste quem innominatum vocant, nomen habet: quoniam vt sanctus tho. dicit in secūda secunde. q. 77. negotiatio tripliciter fit, aut commutādo res ꝓ rebus: vt vinum ꝓ tritico, aut res ꝓ pecunia, aut pecuniā ꝓ pecunia. Et quū primus contractus vocet vulgo baratto, secundus vocetur vēditio ⁊c, ⁊ tertius cambiū, ita q̄ cambium est permutatio pecunie ꝓ pecunia. ¶ Scōm est, q̄ in cambijs non consideratur pecunia vt pecunia, seu vt mensura est: sed vt res quedam est. Constat enim ꝑm oēs vtroq̄ modo posse accipi pecuniam: vt patet de locantibus pecuniam ad ostentationem. Et q̄ campsores pecuniam vt rem considerēt, ex sancti tho. autoritate probat in secūdo de regi. pin. dicentis, q̄ numisma potest accipi (vt mēſura ⁊ vt quedā res est, ⁊ hoc modo vtuntur eo campsores. Fabricatoq̄ sup hoc fundamento doctor ille vendibilē esse pecuniam a campsoribus, vtpote rem quandam, ⁊ eius pretia variari sicut aliarum rerum, tutta tēporum, locorumq̄ diuersitates ⁊c. ¶ Tertiū est singulariſſimum, q̄ licitum est cāpsoribus plus accipere quando tps solutionis distantius est. Distinguit siquidē accipere plus ratione tpis dilati dupliciter, vno modo, q̄ sola tpis dilatio excessum pretij operet, ⁊ hoc dicit esse vsurariū. Alio modo, q̄ res in dilato tpe considerata pretiū augeat in cōmutationibus, ⁊ hoc dicit esse licitū. Et dat exēplum in emptionibus rerū in futuro assignandarū. Si quis ēm hyeme emit lanas assignandas sibi in vere minus q̄m valeant in hyeme. eo q̄ lane tpe veris credunt minus valiture, iuste emit: eo q̄ res in tpe illo sumpta pretiū minuit. Si aūt minus emeret, quia nunc anticipat solutionē: vsurā committeret: q̄ propter solā tpis moꝛā pretium variat. Subdit q̄ cāpsores non plus accipere ratione dilati tpis, sed ratione rei in dilato tpe considerate. Ad ēm verbi gratia, marcha auri soluēda in nundinis ianuarij nō ideo minus valitura cāpsoribus mediolani mense octobꝛi, q̄m nouembꝛi, q̄ longius distat ꝑm tps: sed q̄ ma[illegible]erata in tali tpe minus estimat communiter a negotiatoribus, ⁊ regis in tpe proximo. Et merito vt dicit: q̄ quum negotiatoris ꝛis sit cōmutando lucrari, nec ideo emat vt empta habeat, sed vt rursum commuter cum lucro: licitum est sibi considerare quantū pecuniā occupatam in re empta tenere oportet, cariusq̄ emitur quod citius distrahitur, q̄m quod longo oportet tpe retinere, ne pereat, ne mortue teneantur. Signum autem, q̄ campsores non rationem temporis dilati, sed rei in tempore habeant, est q̄ non semper ꝑm tempoꝛis approximationem pretium crescit: sed quādoq̄ instantibus nundinis contingit pretium minui, adeo vt minus vendatur tunc marcha auri in proximo assignanda q̄m fuerit vendita tribus mensibus ante.

**Sed hec** Opinio (cū bona venia) multipliciter a veritate deficit. Cuius bono zelo ad veritatē accedere conetur. Primū in punctis dictū secundo non consonat: q̄m noia formaliter sumpta intelligi oportet (vt in. 4. metaphi. tradit aristo.) aliquin periret certitudo a locutione: q̄m extra formale significatum infinita sunt, vt ibidem dicitur. Unde si in cambijs pecunia consideraf vt res, non vt pecunia (vt dicit) contractus iste non debet permutatiuus pecuniarum vocari: nec debet in tertio loco cōtractuum a sā. tho. dictorum reponi, sed primo. ¶ Secundū dein de dictum verū non sonat, ⁊ sancti tho. verba male interpetari videf. Verba siquidem eius in secundo de regi. pūn. ca. 14. sunt ista: Numisma q̄ius sit mensura ⁊ instrumentū in permutationibus, rū per se aliquid esse potest: puta si cōfletur, erit aliquid, videlicet aurum vel argentum: ergo semper non ordinatur ad permutationes. Et hoc etiam habet veritatem in alijs speciebus pecuniarū: imo amplius, vt in campsoria: que non propie ordinatur, vt sit mensura rerum venalium, sed magis ad permutationē numismatis. ¶ Ex quibus verbis non habetur, q̄ pecunia consideretur a campsoribus non vt mensura, sed vt res: sed habetur q̄ pecunia non vtuntur campsores vsu primario, propter quem est inuenta, scilicet vt mensura seu pretium sit rerum venalium: sed vsu secundario, ad quem est translata, inquantum tamē pecunia: scilicet vt permutetur cum alia pecunia, vter q̄ siquidem vsus conuenit pecunie per se, ⁊ secundus campsoribus conuenit: vt infra patebit ex primo politicorum. ¶ Quid autem de tertio dicto sentiēdum sit, in decisione dicetur. Hec igitur sunt, que hactenus de cambijs dicta sunt.

¶ De natura artis campsorie. ℓaput. v.

**Tautem** Natura cambiorum vniuersaliter ⁊ faciliter percipi possit, tali ordine procedendum credimus, vt scilicet primo de ipsa arte campsoria dicatur, ⁊ quid sit et cui licita sit, deinde de conditionibus requisitis ad eius actus rectitudinem tractetur, ⁊ demum ad cambia predicta descendendo videatur, an artis sint campsorie, et quid in eis licitum aut illicitum est, obiectiones factas soluēdo. Sic enim de huiusmodi cambijs sermone completo, ad alia proposita procedi libere poterit. Principium autem ad declarandam campsoriam, oportet sumere ex primo politicorum, eius vestigia sequēdo. ¶ Sciendum igitur inde est, q̄ rei vsus per se est duplex scilicet proprius ⁊ communis, seu primarius ⁊ secundarius. Est autem proprius cuiuscq̄ (siue naturalis siue artificialis) rei vsus ille, ad quem ex ipsa rei natura primo ordinatur: vt vestis ad vestitum, panis ad esum, et vinum ad potum ⁊c. Communis autem siue secundarius est, quo res inquātum talis, alteri tamen a primo fine applicatur: vt commutatio respectu calcei aut tritici, ⁊ aliorum huiusmodi. Calceus ēm quum venditur, inquantū calceus consideratur (non enim ꝓ simplici pelle venditur) non tū propter vēditionem est calceus, sed ꝓpter calceationem, ⁊ sic de aliis. ¶ Quemadmodum ergo ceterorū, sic ⁊ numismatis duplex est vsus: vt ibidem dicitur. Primus est commutatio ꝓ rebus venalibus necessarijs. ſ. ad vitam humanam scilicet tritico, panno, aromatibus ⁊c. propter huiusmodi enim cōmutationes numisma inuentum esse constat: dum ea que vni patrie desunt, aliunde haberi non possent, nisi datis ꝓ eis equipalentibus, ⁊ multum incommodi esset res semper transferre equales. Ob hoc enim aurum, argentum, es, ⁊ quicquid eiusmodi est facile portatile ⁊ vtile, statuerunt commutandis rebus adequatum iri, et propterea numisma dicitur mensura rerum venalium. Refertur enim ad naturalia ad vsum necessaria, vt mensura ad mensurata: propter quod charactere insignitum est, in testimonium qualitatis ⁊ ponderis, sicut et ceteris mensuris publicis cōsueuit signum impriui testans earum iustificationem. ¶ Secundus autem numismatis vsus est commutatio ꝓ alio numismate: vt ducati aurei ꝓ carlenis. Non enim propter hoc factū est, et tamen hanc commutationē subit, non inquantum aurum aut es absolute, sed inquātum numisma: vt communa experientia docet. Ista aūt videtur hec commutatio ex inequalitate numismatum: pū vel ad supplendam rei naturalis equalitatem, ad numisma magis paruula numismata addebant: vel habēti maius minora erāt cōmodiora. aut econuerso. Lucrū aūt ex numismatū cōmutatione primo quidem (vt philosophus ibidem dicit) casu euenisse videtur: dum accidit aliquid pura aureum numisma, plus alicubi estimari, sicq̄ ꝓ illo plura erea dari ibi quam dentur ibi vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca



ductum fuit. Humana deinde industria artificiose circa huiusmodi numismatū commutationes lucri vias cōposuit: sicq; ars cāpsoria contexta est. Unde nihil aliud cāpsoria est q̄ negociatio in commutatione numismatum: materia siquidē z actus z finis eius, sufficienter in hoc explicant: vt pater. ¶ Quāuis aūt a philosopho campsoria vituperetur, z ratione materie: quia tm̄ numismata tractāt, a proprio numismatis vsu diuertēs: z ratione finis: q̄ lucri gratia, q̄ fine caret: z vtriusq; simul: quia pecunie vt instrumenta economice z politice, habende querendeq; sunt nō ꝓpter se sicut nec quodcūq; aliud organū per se appetitur. Si tamē ex hominis cāpsoria fine honesteturꝫ vtpote ad familie z status sui decentem sustentationem ordinata, licita est. quēadmodū z alie negociationes. Pōt em̄ id q̄ solitarie consideratum cōsonum non videtur, ex adiuncto fine honestum reddi: vt patet de hominis occisione, que absolute repellenda est: si tamen addatur propter iustitiam ꝛc, precipienda est: sicut econuerso ars ex se honestissimum finem habens, vt medicina sanitatem vituperabilis ex fine medicātium reddi potest, dum lucri causa medentur. ¶ Quum ergo experientia teste pateat, q̄ multa necessaria ciuitatibus plurimis deessent nisi mercatores essent: z ipsi nō commode possint, absq; cambiis negocia sua exercere, necessarium z honestum est campsoriam in ciuitatibus esse. nō quatenus pure campsoria est: sed quatenus economice politiceq; ministra est, vt ex dictis patet. Et sic campsores nedum possunt seruare se indemnes, sed etiā lucrari z industrie rationem habere: quum negociationi licite z vtili reipublice illam apponant.

¶ Quomodo oporteat numismatum commutationes fieri: vt rectitudo seruetur. Cap. vj.

**VOn solum** Autem oportet declarare quid rectitudo cambiorum in communi exigit. sed in speciali quomodo in hoc, vel illo modo rectitudo seruanda sit, dicendum est: omissis tamen singularibus, que scientifice determinationi non subiunt. Quum ergo campsoria circa commutationem numismatum versetur, necesse est iustitie commutatiue canones in ea seruari, sicut z in ceteris commutationibus. ¶ Ex quinto vero ethi. patet quod vniuersalis regula commutationum est, vt seruetur eq̄litas reiad rem: vt scilicet equale sit datum accepto z econuerso. vnde si cōmutatio numismarū iusta esse debet, equalis valoris oportet esse commutanda numismata. Et quoniam hoc pluribus modis contingit seruari, secundum differentiam numismatum z locorum z temporum, ideo potest equalitate salua lucrum, puenire cāpsoribus. Quod quomodo contingat, videri potest, si predictas differentias scrutari fuerimus. Numisma igitur quum vbiq; duplex esse consueuerit (scilicet expendibile ibidem, z non expendibile ibidem) contingit dupliciter cambium fieri. Aut dando numisma expendibile pro non expendibili, aut pro expēdibili. ¶ Et vtrūq; horum contingit dupliciter: aut dando numisma melius commodius, z magis amatum communiter, pro minus bono, commodo z amato: vt aureum pro argenteo vili, vel ereo ꝛc. aut econuerso. Et quodlibet rursus horum potest fieri pro eodem vel alio loco z similiter pro eodem vel alio tempore. ¶ Et q̄ simplicia priora z certiora compositis sunt, a primis inchoandum est. nulla locorum aut temporum diuersitate admixta: sed in sola talium numismatum commutatione sistendo. Si igitur commutandum est vnum numisma expendibile cum alio expendibili, quantum est ex parte cōmutationis oportet numismata commutanda equalis valoris esse: q̄m vtrūq; lege aut consuetudine certum habet pretium. Nec saluatur in commutatione equalitas, si ex aliqua parte excessus esset. Contingit tamen ex parte qualitatis numismatum in se vel in ordine ad campsorem, q̄ sit hec commutatio iusta, numisma minoris p̄ tij absolute dando. Et hoc est quando campsor dat bonam monetam pro mala non falsa aut defectiua: vt ducatos aureos pro argēteis, que vix argenti nomen merentur. Tūc enim licet campsor det minus in aurea pecunia q̄m accipiens det in illa moneta: equalitas tamen seruatur ex eo, quod centum ducati in moneta sic bona et ponderili equiualēt centum z duobus (verbi gratia) in moneta tam vili: vt patet si conflanda essent numismata, z extrahitate, que potest ex illis percipi in faciendo ea eis vasa, z ex vtilitate expensionis secundum locum z tpm (bona enim numismata quāuis antiqua aut extranea, libenter acceptantur) z ex periculo: quoniam male monete vtpote exose facile possunt a principibus inexpendibiles reddi, et de facto in prouinciis bene ordinatis z nō orbatis reddunt. ¶ Nec obstat determinatio valoris monetarū per legem: quoniam illa respicit numisma quo ad per se primum vsum eius, qui est commutatio pro venalibus. Lege siquidem vel consuetudine statuitur, q̄ō aureus ducatus z nonaginta solidi in commutationibus economicis z politicis equiualeant: in quibus pecunie pro rebus cōmutantur. Commutatio autem numismatum, arbitrio sapientū iuxta eorum qualitatem, aut abundantiam ꝛc, diuiditur: vt experientia testatur. ¶ Similiter quoq; seruatur equalitas si quis commutans numismata minus dat pro eo q̄ [illegible] ida a se numismata commodiora sibi erant: sicut etiam licet vendere rem carius q̄m absolute valeat, ex eo q̄ vendenti commodior est. Unde habens ducatum aureum, si a volente commutare paruam monetam pro illo, solidum vnum exigat, quia ille sibi commodior non peccat. Qui tamē non vult absq; lucro commutare ducatos ianuenses pro aliis ducatis eque pretiosis z sibi commodis, quia petenti commutationem cōmodiores sunt ianuenses ad deauranda sua vasa, peccare videtur: eo quod vendit alterius commodum. Et quia in istis non ex campsorum expensis aliquid plus accipitur, sed aliūde (vt patet) ideo cuilibet ex istis, causis licet in huiusmodi cambijs minus pecunie dare q̄m accipere. Campsori aūt vltra hec licitū est in cambio minuto (etiam si meliorem z commodiorem q̄m det accipiat) aliquid plus accipere propter expensas ꝛc, vt superius dictum est.

¶ Si autem fiat commutatio numismatis expendibilis pro non expendibili, notabile potest inde lucrum prouenire: ex eo q̄ non solum haberi potest ratio materie z commodi, sed etiā extraneitatis: qua fit vt tales pecunie in tali commutatione multum a numismatis ratione declinantes, quasi vt res quedam commutentur. Duplici em̄ existente pretio numismatis (scilicet tanti q̄ tanti) est res pura aurum, z inquantum numisma, z secundo excedente primū, ex hoc quod aliqua pecunia alicubi inexpendibilis est, numismatis ꝓtij ibi perdit, magisq; vt res quedam commutanda venit: quā tm̄ campsori in locis vbi numismatis pretium obtinet procurans habere, ipsam commutando multum lucrari potest. Et quoniam pretia rerum prudentis arbitrio relinquuntur, erit in hac commutatione equalitas seruanda, pensata q̄titate extraneitatis, z aliis conditionibus vt sapiens determinabit.

**Loci autem** Differentia tripliciter potest omnibus p dictis commutationibus admisceri. Ex loco enim existente, z dante suas pecunias mediolani, z recipiente alias alibi, aut contractus commutationis fit pro mediolano, aut pro alio loco vbi accipiens cambium habet pecunias (puta lugduno) aut pro vtroq; simul.

¶ Si contractus fit primo modo. f. mediolani z pro mediolano, tunc quum accipiens cambium ex vi talis cōtractus teneatur mediolani dare pecunias quas commutat, nulla diuersitatis locorū ratio habenda est: sed tanq̄m cambium manuale agendum est, eorum que supradicta sunt rationem habendo. Ex eo tm̄ q̄ accipiens cambiū vult se liberare ab obligatione z onere periculo deuehēde pecunie ex loco vbi habet mediolanū, z campsor vult hec subire, licitum est mercedem exigere. Sed hoc potius ad contractus locationis z conductionis spectat q̄m cambij: z ideo iuxta eorum canones reguletur si accidat. Quod tamen raro credo euenire.

¶ Si vero contractus fit secundo modo. f. mediolani quidem, sed pro lugduno, tunc nulla mediolani ratio habenda est: sicut nec in cōtractu emptionis, quo absentes merces ꝓ loco in quo sunt, emūtur. Oportet enim loci cui et tēporis ꝓ quo cōtractus fit, rationem habere, nō in quo fit, si ꝓ alio loco aut tpe tantū contractus fit: vt inf̄ic proponitur. Et hoc siue certificetur mediolani cōmutatio contractando veri similē pretiū loci, p quo fit. ¶ Et q̄uis talis mediolani cambij nūq̄ forte fiat: fieri tm̄ posset hoc modo, q̄ petro habente venetijs venetā monetā, z egenti mediolani centū ducatis, campsor mediolani det centum ducatos aureos recepturus de illa moneta venetijs tm̄ quantū venetijs ꝓ illis cōmutat in cābio manuali, ex nō in cursu cābioꝝ q̄ fiunt ꝓ locis distantibus. Sicut etiā [illegible] existens in villa emit ab his q̄ sunt in ciuitate tanti quanti vendunt in villa vbi assignat, z non quanti venditur assignādū mediolani.

¶ Si aūt contractus fiat tertio modo (vt cōiter accidit. f. mediolani pro mediolano [illegible] simul) tunc vtriusq; loci simul, ac per hoc distantie [illegible] periculorūm expensarūq; intercedentiū adhibenda est ratio: sicut z in contractu emptionis. Constat enim q̄ aromata alexandrie, assignanda tanue, empta atq; soluta vt ianuam deuehi [illegible] longe minus valent q̄m si manualiter tanue assignarentur: quia res conducenda a tanta distantia, cum tot periculis z expensis ꝛc, longe minoris est tanuensibus, semper conducta, et tot periculis expensisq; libera. Et hoc modo in contractu commutationis numismatum pro locis diuersis celebrato, numismata ipsa sic expedit z oportet adequare, vt loci conditiones in ordine ad alium locū ex vna parte computentur. Sicq; fiet, vt si centum ducatis aureis mediolani, trecenti argentei lugdunēses adequarētur lugduni assignati ducēti z nonaginta forte ad equanī, cōcurrentibus etiā aliis supradictis rationibus: z forte pauciores. Ultra hoc siqdē sunt q̄ducēta cū periculis z expēsis, q̄m manualiter habita. ¶ Nec obstat q̄ cāpsor mediolanēsis habet fratrē aut factorē lugduni aut olim erat lugduni tāta summā pecunie expēsurus ꝓ aliis suis negotijs, hec em̄ ola [illegible] cidēs se habēt ad cōtractū naturā, in cuius equalitate iustitia cōsistit. Quid em̄ ad cōtractus cōmutatiuos, in q̄b⁹ equalitatē rei ad rē fieri opz, si ex iduſtria mea, aut casu ego affines habeo i diuersis locis, aut ministros fere gratis inuenio, z exinde, vtar⁹ ministrorūq; expēsas lucrās diues fio, dummodo rerum conditionibus pēfatis equa fiat commutatio.

**De tēporis** Eūt differētia, bimēbris tm̄ distinctio cōsideranda est. f. ꝓsentis tm̄, aut futuri tm̄: vtriusq; em̄ simul ratio habita nulla iusta diuersitatē pretij in commutationibus facit, vt infra patebit. Potest ergo in cōmutatione numismatū iuxta tps contractus equalitas sumi. Et hoc siue fiat manuale cambiū, siue nō: z siue in eodē loco sit equualens reddēdum siue alibi, locorū tm̄ ratione habita. Unde potest cāpsor dans aureos z recepturus alibi monetā vel econuerso, certificare quātitatē reddēde pecunie, ac si tūc manualis cōmutatio fieret. Pōt z futuri tpis quo scilicet assignatio reddēde pecunie erit, rationem habere. Et hoc dupliciter, aut incerte cōmutationē relinquēdo: vt scilicet pro centū aureis nūc datis teneat accipiēs post duos mēses dare tot argēteos, quot post illos duos mēses equalebūt centum aureis, aut certificādo cōmutationē: vt. f. habito respectu ad futuras cōmutationes post duos mēses, stabilitat nūc cōmutatio cōmensurata illo, ita q̄ parū plus aut parū minus verisimiliter credatur cōmutāda esse talia numismata. Ut si credit q̄ hinc ad duos mēses quum assignanda erit pecunia ab accipiēte cābium 100. aureis equualebūt. 1000. argētei vel. 1000. z 20. potest etiāmūc certificari cōmutatio q̄ pro centū aureis datis teneat accipiens assignare tunc. 1000. z 10. argenteos. siue plus siue minus tūc contingat cōmuniter assignari. ¶ Patēt aūt hec ex aliis cōmutationibus: vt in cōtractu emptionis ret assignāde futuro tpe manifestū est, z habet expresse extra de vsuris. ca. nauiganti. in secūdo casu, in ista em̄ cōmutatione numismatū tps assignādi numismatis attēdit. Nec aliqd plus aut minus fiet: dixim⁹, ex eo q̄ pius cāpsor sua numismata dat. ¶ Utriusq; aūt tpis simul differētia nullam diuersitatē videt in q̄buscunq; cōmutationibus facere. sicut vtriusq; loci: q̄m res in tpe futuro dāda nō est deterioris cōditionis ex hoc, q̄ absens a ꝓsenti, z reducenda ad ꝓsens, sicut res in loco distāti ex hoc q̄ reducēda ad locū ꝓsentē. Nec subiacet periculis, z expēsis, industrie aut ministris, vt ad presens fm tps fiat, sicut fm locum. ¶ Nisi dicat q̄ subiacet periculo petitionis: q̄ potest moti debitor, aut interim pauper effici ꝛc. Sed hec pericula pro nihilo in cōmutabilibus reputari patet. tū ex eo q̄ aut tam rara sunt, q̄ cōsilio nō subsunt (vt de statibus detectione dicit infra tam breue tps) aut talia sunt, q̄ etiā si accideret, adhuc tuti essent creditores: vt de morte, z huiusmodi patet. Tum q̄ ex mutuis et aliis cōmutationibus ex experientia teste patet, huiusmodi pericula nō consideranda esse, non em̄ q̄ mutuat aut vēdit licite aliqd, plus exigit propter huiusmodi pericula, q̄m in tpis dilatione possunt accidere vendendo ad tps aut mutuādo. Et q̄ breuitas z prolixitas tpis, differētiunt tpalis distantie, cōsequens est, q̄ nec in cābijs, nec in aliis cōmutationibus ex quātitate tpis aliqua conditio rei cōmutande accedat per se, ex qua possit vilior aut pretiosior iuste estimari. Notanter aūt dico p se: q̄m per accidens contingit res equalis bonitatis eodem tpe assignanda, diuersa notabiliter habere pretia z iuste, vt si triticum assignandū mense iulij, ianuario precedente emat iuxta estimationē cōmunem pretij assignationis tpis futuri, z deinde mēse martij subitis exortis bellis credat vnl to plus vendendū, fiet aliud ꝓtiū pro eodē tpe ab alijs emēt̄bus: z si in mēse maij cōtingat bella augeri, aut spicas grādinibus pecu [illegible] ac, augebit ꝓtium pro illomet tpe. Sicl hoc nō operatur tpis ꝓ breuitas aut breuitas: sed euēt [illegible] ꝗbus res estimatur vilior aut pretiosior, vt de se patet. ¶ Unde si. [illegible] ularis illa opinio, dicēs in cōmutationibus prolixitatis tpis ratiōnem haberi posse nō [illegible] ratione tpis, sed q̄ res in tpe prolixiore cō [illegible] derata minus valet ꝛc, a veritate deuiat in hoc: q̄m res nec ex eo [illegible] in tpe, nec ex eo q̄ in tanto tpe sumpta cōmutatur, estimatur vilior aut pretiosior, sed ex tali euentu in tpe: puta bello, penuria, aut abūd [illegible] itia ꝛc. Ex hoc vero q̄ pecunie diutius occupate sunt tenende in hac cōmutatione, res cōmutanda nec pretiosior nec vilior communi pretio [illegible] dātur: vt san. tho. expresse dicit in secunda secunde. q. 78. ar. 2. ad primū. asserens q̄ mercator vendens rem aliquam ad tēpus, nō potest vendere plus communi pretio ex hoc q̄ pecunias suas mortuas tanto tpe tenebit. Et si hoc licitum diceretur, iam vsura non esset dānata in vēditione ad tempus ꝛc. ¶ Q̄z autem merces carius emant, que citius cōmutāde sunt, proposito nō obstat: q̄m celerior venalitas estimata, a maiori vsu aut necessitate illius rei procedit. Res aūt ḡto magis necessaria aut vsitata alicubi, tanto ibi est pretiosior, z ideo merito ibi carius a primo vendit, et a mercatore emit reuendenda. In rem igit̄ commutandā redundātem conditionem aliquā sub tpe, ex qua res cōmuniter pretiosior aut vilior estimet, z non quanto tpe pecunia occupet, comutationum natura pensat: que equalitatē rei ad rem exigit sic longissimo adiuncto tempore, ac si manualiter cōmutatio perficeretur. Propter q̄ campsoribus non licet mēsurare tps medium inter dationem z acceptionem aut rem seu pecuniam prolixiori tempore dandam vilius estimare: q̄uis liceat in dando equalitatem commutationi statuere, iuxta presentem estimationem de futuri temporis cōmutationibus: que fm diuersos euentus temporibus diuersis varia est sicut z in ceteris commutationibus.

¶ An cambia ꝓposita sint vere cambia z iustificata. Caput. vij.

**FAcile aūt** Est ex predictis videre an p̄dicti cōtractus a cāpsoribus nuper inuenti (de q̄bus questio ꝓsens est) sint vere cambia, et iuste fiant. Quum em̄ cābij cōtractus consistat in cōmutatione numismatū, z in proprijs casibus nulla alia cōmutatio nisi numismatū fiat, consequēs est, q̄ predicti contractus ex sua forma vere cābia sint: diuersoum tamen graduum. ¶ Quadrifariā nāq; numismatum cōmutatio in huiusmodi cambijs fit. Aut totaliter: vt fit in cābio bugēsi z lōdrensi, in quo totaliter alia est moneta data ab accipienda. Aut partialiter, vt fieri cōtingit (q̄uis non semp) in cābio lugdunēsi, in quo marcha auri accipit in tribus monetis. f. scutis, aureis z argenteis ꝛc, z contingit q̄ dans dat etiā scuta. Aut quasi nihil: vt fieri contingit in cābijs infra italiā, in q̄bus numisma datū ab accipiendo parum aut nihil q̄nq; differt, propter proximitatem locorum z cōmunicationem in nūmis. Aut omnino nihil: vt fieri cōtingit z in italia z forte extra, q̄si nulla ratione habita qualitatis numismatū, sed sola q̄titate date z accipiende pecunie in alio loco pensata, cambium dicitur fieri, vt quum petro habenti rome pecunias suas, z egēti mediolani, 1000. ducatis, campsor dat mediolani. 1000. ducatos pro 1000. z 10. verbi gratia, assignādis sibi rome. ¶ Et in primis quidem tribus modis, quum cōmutatio numismatū semper interuenit, licet plus z minus, contractus cambij saluatur. In quarto aūt modo cambij nomē non nisi equiuoce saluari videt: nulla siquidem tbi numismatū cōmutatio in pactum ducitur, z manifeste patet, q̄ cōtractus cōmutationis numismatum non est, qui si manualiter fieret, nullam numismatum cōmutationem requireret, sicut nec contractus venditionis est rerum distantiū ille, qui si manualis cōmutatio fieret, venditio non esset: vt patet. Constat aūt q̄ si cāpsor mediolani pro datis. 1000. ducatis darent. 1000. z 10. ducati, nulla esset commutatio numismatum, nisi q̄ alij numero essent dati ab acceptis: quod est extra propositū. Propter q̄, videt q̄ cōtractus iste mutui sit, sed cambij nōie palliatus: ac p hoc non licet lucrari cāpsori ex eo, sed se tm̄ seruare indemnē: vt superius de mutuātibus pro locis remotis declaratum est. ¶ Si quis tm̄ diligenter cōtractum cōsideret, videbit nec mutui nec cābij proprie cōtractum esse: sed contractū quasi emptionis z venditionis, per quandā analogiā ad cābia ptinentem. Cuius em̄ in cōtractu hoc numisma pro numismate non cōmutet, cōmutat tm̄ numisma ꝓsens cū numismate distante localiter. Et numisma in hac cōmutatione, materialiter z vt res quedā accipit: commutatur em̄ vt res tanti pretij ꝓsens cū re equali distāte, habita vtriusq; ratione loci. Constat aūt q̄ res distans a mediolano vilior est mediolanensibus (scilicet mediolani sita, propter expensas z pericula z cetera advehendum ipsam requisita. Unde quemadmodum emit pecunia in naui fluctuāte cōstituta minus q̄m absolute valeat (q̄ non emit in ꝑtum pecunia, sed in ꝑtum res tanti pretij sub tali periculo cōstituta, z sicut pecunia debita ioanni a malo debitore emitur a petro minus q̄m valeat (q̄ est res sub tali labore possidendi constituta) sic pecunia absens inquantum res subiacens periculo et expensis delationis emitur minus, quam absolute in se valeat. Et propterea nec mutui nec cambij contractus iste est proprie: sed ad cambium quodammodo reducitur, pro quanto res ꝓsens et res absens q̄ cōmutant. numismata sunt. ¶ Et q̄ hic contractus ꝓ modū cōditionis oibus supradictis adest, ideo pensandus est

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſr ceteris. ¶ Juſtitia vero in his cãbijs tunc erit, quando nec exceſſus fiet in eſtimãdo, ſed penſatis conditionibus numiſmatum ex qualitate ⁊ diſtantia ⁊ aliis ad rem facientibus ⁊ induſtrie ratione habita, equa fiet commutatio. Seruabitur autem hoc quando ſim cõmunem eſtimationem commutatio regulabitur, aut ſapientum in hoc arbitriũ inuitatũ fuerit: nec temporis prolixitas aut brevitas penſabitur: ſed ſemper in veri eſtimatione pretij ſtabitur, ſiue celo ſiue tarde pecunia aſſignanda ſit. Si eñ hoc defuerit, vſura eſt ratione impliciti mutui: ſicut in venditione plus iuſto pretio ad tps. Si autem primum deeſſe contigerit, vſura quidem non eſt ſed iniuſtũ lucrum, ⁊ reſtitutione obnoxiũ: ſicut qñ res plus iuſto p̃ tio venditur. ℞ Unde propoſita cambia, ſi ſeruatis his duabus cõditionibus neceſſarijs ad iuſtificationem etiam ceterarum cõmutationum celebrãtur, iuſte fieri poſſunt. ¶ Ex his autem patet nõ licere campſoribus aduenticijs nundinis brugenſibus vel londrenſibus, debitori tunc ex accepto primo cambio dilationem ſolutionis concedere vſq; ad ſequentes nundinas, ⁊ ex hoc plus recipere q̃ primo deberet, aut paliſci ſibi deberi ſicut in ſequentibus nũdinis cambia current: hic eñ eſt contractus mutui cũ ſpe lucri ſolo cambij noie fultus: ⁊ prolixitatis temporis ratio manifeſte habetur. ¶ Campſoribus quoq; p lugduno vel alio loco: aurea prolixitatem aut brevitatem tẽporis medij inter dationem ⁊ acceptionem marchã auri aut reddẽdã quãcũq; monetã plus ⁊ minus eſtimantibus, eterna ex hoc paratur dãnatio: vtpote vſurarijs. ¶ Nota tamen diligenter hoc in loco, q̃ ſufficiens ſignum iniuſti cõtract⁹, non eſt minus dare p cambio multo interiacẽte tẽpore vſq; ad nũdinas, ⁊ plus dare qñ proxime ſunt nundine: quoniam conſeruato hoc q̃uis prima facie introducta, videatur pro habenda ratione tẽporis medij, quo accipiens pecunias mediolani redditurus in nũdinis lugduni vtitur illis pecunijs acceptis: perſpicacius tamen ſcrutantibus occurrit, q̃ conſuetudo hec introduci potuit propter inuentionem aut non inuentionem campſorum tenentiũ loca qua ſi venditorum: vel propter multitudinem aut paucitatem eorum. ¶ Propter quod ſciendum eſt, q̃ in huiuſmodi cambijs accipientes mediolani pecunias pro aſſignanda marcha auri lugduni in mundinis, qui ſunt quaſi venditores marche auri abſentis loco et tẽpore, cõmuniter cũ ſuo dãno cãbiũ hoc faciunt: ſcientes ſemper q̃tũ dãni ex tali venditione incurrent. Ex hoc autem prouenit conſequenter, q̃ nullus ſimpliciter loquendo inuenitur qualis venditor in huiuſmodi cãbijs: ſicut nec in quacũq; alia cõmutatione, in qua certum eſt venditorem dãnificari. Nec ꝓpterea cẽſenda eſt illicita cõmutatio: q. ſ. venditor nocumentũ incurrit: q̃ dñm̃ res abſens vel preſens vẽdatur iuſto p̃tio. Setus eſt licitus, q̃cũq; pars inde nocumentum incurrat. ℞ Ex hac quoq; eadẽ radice prouenit, q̃ ſi cẽtũ inueniuntur quaſi vẽditores in iſtis cãbijs q̃ mercatores egent pecunijs, ⁊ volũt potius tales inire venditionis contractus cum aliquali dãno q̃ a maiori lucro vel cõmodo abſtinere, quod ex accepta pecunia paratum vel acquirendum ſperant. Unde niſi eſſet huiuſmodi indigẽtia pecuniarum cũ intermedio tẽpore, quo negociationibus ſuis ꝓuidere ex acceptis pecunijs poſſent illi q̃ ſunt quaſi vẽditores, nullus vnq̃ inueniret quaſi vẽditor in iſtis cãbijs. Queadmodũ ergo tps intermedij eſt occaſio, q̃ inueniantur quaſi vẽditores, ita multum tps intermedij eſt occaſio multorum venditoũ cõiter, ⁊ paucũ tps multorũ emptoũ. Ac per hoc multo interiacente tẽpore, propter abundãtiam venditorum ratio nabiliter minus datur a ſoluẽtibus, q̃ ſunt quaſi emẽtes marchas abſentes: ⁊ modico interiacente tpe, ꝓpter abundãtiã emptorum plus ab eiſdem quaſi ementibus ſoluitur. Adeoq; dicuntur abundare quandoq; emptores ꝓpe nũdinas, vt nihil lucrentur, imo cũ dãno ſuo cãbiũ faciãt: q; nõ inueniuntur vẽditores: ⁊ hoc contingit qñ friget negotiatoria ars. Unde quũ Setus cãbioꝝ huiuſmodi abſtracta iſta tẽporũ differẽtia liciti ſint (vt ex dictis ⁊ dicendis patere põt) ⁊ hec tẽporis differentia dãnari non poſſit, q̃ predicto modo ſaluari põt, reſtat q̃ ſi pẽſata loci abſentia ⁊c. alias iuſte fiat talis numiſmatũ cõmutatio, iniuſti iudicari nõ debent contractus tales. ℞ Uõ ſi plenius vis cõſpicere, finge lanas vel quãlibet aliã rem abſentẽ loco, vẽdi; emi in huiuſmodi cõtractibus: videbis eñ clarius veritatem: q̃m quũ numiſmatũ cõmutatio tractatur, inter numinos hinc ⁊ inde mens poſita, ſemper ad mutuũ cõtractus declinare conſueuit. ℞ Utrũ autem de facto moderatum ſit lucrũ, q̃ ex huiuſmodi cãbijs reportatur, ſcientifice non ſubeſt deciſioni, q̃ ad ſingularia non deſcendit. Illud tamen rationi conſentaneum videtur q̃ moderatum cenſendũ ſit lucrum quod communis conſuetudo approbatur, ſ. cambia fiant ſecundum q̃ tunc currũt ꝓ locis illis communiter, penſanda autẽ diligenter ⁊ applicanda ſub

uliter hec ſunt cambijs ꝓ bruges ⁊ londres ⁊c.

**Hec obſtant** Predictis rationes ad oppoſitũ in tertio capitulo adducte. Falſum ſiquidem ſupponit prima, q̃ cambia hec fiant in fraudem vſurarũ: imo ꝓ cõmuni bono mercatorũ ſunt introducta. Nec ex eo q̃ petrus non mutuaret pecuniam, qui cõmutare ꝓpter ſpem lucri eſt paratus peccat: quoniam nec opus nec ꝓpoſitio deformitatem continet, q̃ non tenetur ad mutuum, ⁊ iuſtis cõmutabilibus vacat.

¶ Secunda vero ratio concludit non illicitos contractus, ſed illam temporis conditionem non poſſe apponi ſine vſure vitio: ſicut etiam in venditione ad tempus.

¶ Tertia aũt, cambia hec nõ ſubtiliter ſcrutatur: q̃ campſor emẽtis rem in futuro aſſignandam magis q̃ vendentis rem conſeruãdam aut transferendam locum tenet in vtroq; modo cambij, q̃uis etſi in ſecundo modo videatur vendere ducatũ ex hoc q̃ eſtimat ipſum. 52. groſſis, ſecundum tñ veritatem emit tot groſſos flandrẽſes bruges aſſignandos vno ducato. Illa ſiquidem eſtimatio ducati concurrit ibi vt modus computandi facilius q̃titatẽ ducatorũ ⁊ groſſorum commutandorum, ⁊ non vt ducati venalis pretium. ℞ Eſt autem inter pactatio hec merito admittenda, ex eo q̃ ipſi contractũ realis ſeu veri cambij dicunt ſe facere, qui tali modo interpretandus eſt vt iuſtitiam contineat: cambij ſiquidem nomen ſenſum hunc admittit. ¶ Quid ergo de cambijs his ⁊ de recitatis opinionibus ſentiendum ſit, ex dictis manifeſtum eſt. Nunc ad reliq̃ cambia ex parte accipientium propoſita tranſeamus.

¶ De aliis cambijs propoſitis ex parte accipiẽtiũ cãbia. Ca. vij.

**Reliqua** Igitur in fine primi capituli propoſita cãbia examinando, diſtinguẽdum videtur: ⁊ dicendum q̃d de facto ſit, ⁊ q̃d poſſit fieri. Aliter ſiquidem hec cãbia fieri ex eoꝝ verbis percipitur, aliter fieri poſſent. ¶ Cõſiderãdo ergo q̃d ſit, olia illa cãbia ex parte non cãpſoꝝ, ſed petri dantis pecuniã campſori alibi ſibi aſſignandam, iniuſta eſſe videntur p ſe loquendo: quia eñ campſor non accipiat pecuniam a petro in fauorem ſui, ſed petri cui aſſignanda eſt alibi, nulla equitas cenſet cãpſorem ex hoc dãnum aliquod pati. ℞ Pateretur autem in his cãbijs dãnum ad minus duplex. Primũ eſt, q̃ ſeruitiũ ſuum quo pecunias mediolani acceptas florẽtie perinde actuto delatas aſſignat, ⁊ remuneratum remanet, ⁊ tamen ſeruitiũ mercenarium eſt. Secundũ eſt, q̃ plus dat aut dabit campſori vt ſperat petrus q̃ acceperit: q̃m florentie vbi aſſignantur. Unde cãpſor ſi ſe indẽnem quo ad hoc ſeruare debet, deberet mittere eos florentiam, ⁊ ſic expenſarum dampnum maius incurrere: alioquin expendendo eos extra florentiã conſtat q̃ plus dat q̃ acceperit. Et hec duo tribus primis modis locũ habent: in alijs aũt tribus, in q̃b⁹ vltra predicta petrus vult. 4. ducatos vltra illos, 100. 3ti dãnum campſori adiungitur. ℞ Dixi aũt, hec eſſe illicita ſm q̃ fiunt: q; hmõi homines exigunt hec a cãpſoribus (vt vi;) ꝓpter vſuz pecunie quam dant, in tẽpore medio a dationem vſq; ad aſſignationẽ. Dicunt. n. cãpſori, tu lucraberis cum his pecunijs interim, ⁊ negocijs tuis eas accommodabis. ⁊ ꝓpterea volo ⁊ ego aliquid commodi. Sic q̃ lucrũ ex induſtria campſoris nõ ex pecunijs prouenientis iniuſte penſando lucrari volũt nõ abſq; vſura. ℞ Dixi autem per ſe loquendo: qm̃ per accidens contingit abſq; culpa hec fieri. vtpote 3° caſu q̃buſdam vr. ſi petrus ex abuſione mercatoꝝ ⁊ campſor neſcire põt ẽptum ducati ſui florentie valẽt, ⁊ ſic egens pecunie ſuis ibi, conjectari uſtũ prout cambia valebunt tunc, non exipe lucri: ⁊ ſic quũ cõſueuerint ad primã petentiũ vocem cãpſores ſeruitium ſuum gratis impendere, ne forte volentes transferre pecunias cambij cõtractum ſecũ velle inire depoſcant, ⁊ ſic equalem ꝓ mittunt florentie ſummam pecunie. videtur poſſe tranſire. Quamuis enim hoc faciant campſores ꝓpter vſum pecunie: quia tamen eoꝝ ſeruitiũ in his oneroſum non eſt, q̃ omnino mittunt ꝓ aliis negocijs ⁊ cambijs ⁊ miniſtris ſoluunt, parũ ⁊ cõſueum ꝓ nihilo haberi videtur. ſic[illegible] pignus dati. ſan. th. dicit.

**Siaũt** Dec[illegible]ijs his loquamur vt fieri poſſunt. q̃. ſ. petr⁹ p[illegible]t emere mediolani a campſore. 100. ducatos florẽtinos aſſign[illegible]os florẽtie. vel cõmutare numiſmata ibi tate numiſmat[illegible]ãtia loco ꝓ (vt de Setibꝰ cãpſoriũ diximus) tũc oia cãbia ꝓdicta iuſte fieri poſſent: qm̃ ꝓtingit interdũ. 100. ⁊ duos emi alibi. 130. vt ex dictis patet. ℞ Hec obſtat. q̃ petrus nõ intẽdat pecuniã abſentẽ preſentẽ facere, ſed potius preſentẽ abſentare q̃m ex induſtria petri hoc prouenit q̃ abſentaturus pecuniã ſuã expenſit eã tali cõmutationi numiſmatũ, aut cõtractui emptionis rei abſt



gnande in ſto loco, vt ſic vbi cũ damno ſuo trãſtuliſſet ea ſimpliciter, ꝓ tali negotiatione trãſferat cũ lucro. Hec eſt hec induſtria dãnabilis tãq; in fraudẽ inuẽta, ſed laudabilis tanq; admiẽtina viarũ inſtarũ ⁊ vtiliũ ſimul. vnde puer. ca. xj. dicit, ſimulator: decipit amicũ ſuũ. iuſti aũt liberabunt ſcientia. ¶ Et qm̃ multos contingit eſſe volẽtes trãſferre pecunias ſuas de loco ad locũ, ⁊ audiẽtes alios ex huiuſmodi trãſtione lucrari ſaltẽ ꝓpter varietatem monetarũ, ⁊ neſciẽtes diſtinguere cõtractũ ſimplicis trãſlationis ab huiuſmodi cõtractibus cõmutationũ. ⁊ cõfuſe intẽdentes licite lucrari nõ ex vſu pecunie quã dant cãpſori, ſed ex cãbio ex quo credũt alios lucrari. nõ videt q̃ iſti ſint dãnãdi, ſed in melioꝛẽ partẽ eorũ potius cõtractus ſint interpretandi. Ex hoc eñ q̃ ex cãbio dicũt velle lucrũ. ⁊ cõtractũ quẽ neſciũt ſe velle inire, inſinuare videnꝛ: ꝓſertim ſi arguãt, ideo ſe hoc lucrũ velle, q̃ ſi ipſi cãpſores ecõuerſo contractũ talem cũ eis facere ẽt, manus lucrum exigerent. Ex hoc eñ iam manifeſte patet, q̃ cõtractus cãpſoriꝰ ſupradictos iure intendunt: ⁊ tanto iuſtius q̃to minus q̃ cãpſores. ℞ Accedit ad hec q̃ nõ videt verũ, q̃ de facto cõmuniter volẽtes ſuas pecunias trãſferre cũ lucro, dicãt ſe hoc ꝓ vſu pecunie velle: ſed forte aliqui mali ſunt hoc dicentes, vel (qꝰ verius puto) verba illa ignoranter a q̃buſdam dicunt credentibus ſe rationabilem cauſam aſſignare. Et ſiquidẽ ignoranter aſſignãtes huiuſmodi rationẽ, intendãt contractũ cambij inire, ⁊ ꝓpter hoc lucrum referre, cuius in ratione aſſignãda errent: iniuſtũ tñ non faciunt. Sicut ſi quis credat ſe in cõtractu venditionis ⁊ emptionis licite lucrari, ꝓpter tps quo pecunias ſuas occupatas tenet, ⁊ tamẽ nõ vendit aut emit niſi iuſto pretio. ℞ Signũ aũt ad cognoſcendum q̃ ſunt qui hoc intendant, poteſt accipi duplex. Primũ eſt, ſi in animo habent nullo pacto vſurarijs contractibus ſe immiſcere, ſm vero eſt. ſi aſſignãt aliã rationẽ tangentem contractũ licitum: puta q̃ ita eis licere credunt, ſicut campſoribus. Et hec de cambijs dicta ſint. Mediolani in conuentu ſancte marie gratiarum. Anno ſaluti. 1499. die. 9. decembris. ¶ Hec ſunt pater venerande, que mihi de cambijs ſentienda videntur, ſaluo ſemper omnium melius ſentientium iudicio. Tu ergo perſpicaci ingenio quo polles, dicta ſcrutando perlege, et ſi votis rem parem feci, omnipotenti deo, Uirginiq; thome gratie referantur. Si autem dat veniam: ego enim ſecũdum ingenioli mihi preſtiti vires: quod potui, feci. Bene vale. Finis.

## ¶ De vſura queſtiones ſex.

¶ Utrum in vſura tranſferatur dominium. Queſtio I.

**Queritur** Utrum in vſura trãſferatur dominiũ. ¶ Et videt q̃ ſic. Primo quia cũ homo ſit dominus rerũ exteriorũ per voluntatem, ex volũtaria trãſlatione rei ſue in alterũ, transfertur dñium: ſed accipiens mutuum ſub vſuris, volũtarie transfert plus ſorte in alterum, ergo. ℞ Si dicatur q̃ vſure ſolutio non eſt ſimpliciter volũtaria, et ideo non trãſfert dominiũ. Contra. Voluntariũ mixtũ quale eſt in vſura, eſt volũtarium ſimpliciter, q̃uis non ſit omnino volũtarium, quia habet aliq̃d inuoluntarij admixtũ: vt patet tertio ethi. ⁊ ex eo q̃ ſi q̃ taliter voluntarie cõſentiret actui peccati (puta ſtupro) nõ excuſaret a peccato mortali, qđ nõ poteſt niſi voluntarie cõmitti: q̃uis eſſ̃ male (vbenter, oibus tñ cõſideratis volũtarie hoc eligit. ¶ Preterea. In his que traduñt meri mortis, transferẽ dñium, ergo ⁊ in vſura. Conſequẽtia probat: q; ibi tãto minus eſt de volũtario, q̃to metus mortis maior amiſſione vel defectu rerũ exterio rum inducente ad accipiendũ mutuũ ſub vſuris. Titulus quoq; habendi ⁊ poſſidẽdi iniuſtior eſt in extorquente aliquid metu mortis q̃ in extorquente per vſurarium mutuum. Si ergo ibi trãſferatur dñium, neceſſe eſt hic quoq; transferri.

**In oppoſitum** Eſt [illegible] in ſecunda ſecundæ q. 77.

**Rñdeo.** In hac dubitatione ſunt tres [illegible]mes. Prima eſt tenentiũ in vſura trãſferri dñium. ⁊ hi mouent rationibus adductis. Habetq; opinio hec anti[illegible]ſectatores: vt ſan. tho. in. 4. di. 15. dicit. Sequiq; eã videnꝛ Scotus in. 4. di. 15. q. 2. ar. 3. ⁊ pe. de palu. ibidem. ⁊ glo. 14. q. 4. ſi quis vſuram. ℞ Scõa eſt tenentiũ in vſura transferri dñium aliquoũm. ſ. eoꝝ que vſu cõſumunt: ⁊ aliquoꝝ non. ſ. eoꝝ quoꝝ vſus nõ eſt eoꝝ cõſumptio. Sed q; hec diſtinctio nulla ratione fulcit, ideo diminẽda eſt



noultas hec. Non enim ex qualitate rei per vſuram extorte, oriri poteſt ratio transferendi vel non transferẽdi dominium: cum res data, materialiter cõcurrat in huiuſmodi cõtractibus, ⁊ translatio dñij ex voluntate ⁊ iuſtitia dependeat. ℞ Tertia autem opinio eſt dicentium in vſura non transferri dñium, ⁊ hec habet omnis generis ſectatores. Tenent aũt eã. s. tho. ⁊ bonauentura, hic quidem in. 4. di. 15, ille vero in ſecunde ſecũde. q. 77. ar. 3. vbi in calce corporis articuli dicit hec verba. Siquis domũ vel agrũ alterius ꝑ vſuram extorſiſſet, non ſolum tenetur reſtituere domũ vel agrum, ſed etiam fructus inde perceptos: q; ſunt fructus rerum quarũ alius eſt dñs: ⁊ ideo ei debentur.

**Etq** Hec opinio iudicio meo rationabilior eſt, ideo intendo probare eius veritatem tripliciter. Prenotando primo, quod traditio rei ex translatio dominij illius rei non ſunt inſeparabiliter connexe. Contingit enim rem puta veſtem alteri tradere abſq; translatione dominij: quia poteſt multis rationibus tradi in depoſitum ſcilicet vel in pignus ⁊c. Contingit et dominium rei, puta veſtis alteri tradere abſq; ipſius veſtis traditione: vt patet cum donatur alteri res a tertio occupata. Ex hac autem ſeparabilitate manifeſte habetur, quod ad voluntariam traditionem rei non ſequitur neceſſario volũtaria translatio dñij illius rei. Ad qđ eñ nõ ſequitur trãſlatio dominij, fieri nõ poteſt vt ſequatur trãſlatio dñij volũtaria. Cõſtat aũt q̃ voluntariam traditionem rei, dominij trãſlatio non ſequitur: vt patet cum traditur in depoſitum. Nõ comitatur igitur neceſſario voluntaria trãſlatio dominij volũtariã traditionẽ rei. ℞ Ilsoc ergo ſtante arguitur ſic. In vſura aut trãſfertur dominium ex ipſa volũtaria vſure exhibitione, aut ex adiuncta voluntaria translatione dominij, aut ex vtroq; ſimul: ſz nihil horũ hoc effic̃t: ergo. Diuiſio eſt ſufficiẽs: qm̃ homo eſt dñs rerũ exteriorum per volũtatẽ: ⁊ in ꝓpoſito neceſſe eſt ſi dñium transferrtur, voluntate ſoluentis vſuras hoc fieri: quoniam conſtat. lege aut quacũq; aliena volũtate hoc nõ cauſari. Uoluntate autem ſoluentis hoc fieri, dupliciter tantum via poteſt: aut per exhibitionem rei. aut per ipſam translationẽ dominij. Aut eñ transfertur dñiũ eo q̃ ſoluens vſuras voluntarie dat vſurario plus ſorte, aut quia intendit transferre dominum illius excreſcentie a ſe in vſurarium, vel ꝓpter vtrũq;. Sed q̃ dñium non transferatur ex vi volũtarie traditionis illius excreſcentie, ex dictis patere poteſt: iam enim patet, q̃ ad hoc nõ ſequitur neceſſario translatio dominij. Ex hoc enim q̃ vſurario do vnum ducatum ꝓ vſura nihil aliud neceſſario cõmuni poteſt, niſi q̃ voluntarie illum ei aſſignem: nec poteſt ex hoc communi q̃ trado illum ad hoc vt ſit ſuus. ℞ Et ſi queratur, ad quid ergo das ducatum illi: in promptu reſpõſio eſt: ego quidẽ do, quia mutuare aliter non vult. Ad quid autem ipſe viderit, qui iniuſte a me hoc vult. ℞ Et cõfirmatur: q; ſicut ſoluens vſuram conſentit in ſolutionem ducati: ⁊ tamen non conſentit in eam in ꝓtum iniuſta eſt (quia nullus patitur iniuſtũ volens: vt dicitur in. v. ethi.) ita cõſentit in nudã traditionem ducati abſq; hoc q̃ conſentiat in translationẽ domini illius. ℞ Quod vero in ſoluente vſuras non ſit intentio transferendi dominiũ, patet ex eo qđ in huiuſmodi partim inuoluntarijs traditionibus q̃to minor abdicatio iuris ꝓprij ſaluari poteſt, tanta cenſenda eſt ⁊ non maior: vt patet de proijciente merces propias in mare orta tempeſtate. Quamuis enim proiectio talis ſit voluntaria, non tamen habẽtur res proiecte pro derelictis: ſed intendit proijciens ſi res caſu ſaluãtur vt ſuas habere. Unde ⁊ delatas a maris impetu in terram ſi quis acciperet, teneretꝝ dño petenti ⁊ oſtendenti ſuas eſſe, libere tradere. Conſtat aũt q̃ minus abdicat a ſe ius qđ habet in re, dãs eam retinendo ſibi dñium, q̃ transferendo dñium, ⁊ reſeruando ſibi tantum ius repetendi: q̃m primum claudit ſecundum, et non econuerſo. ℞ Conſtat quoq; ex dictis, q̃ vſure ſolutio volũtaria ſaluari poteſt abſq; intenta abdicatione dñij: q; aliud eſt volũtarie dare, ⁊ aliud eſt volũtarie dare ad hoc vt ſit ſuum. Non igitur eſt intentio aut voluntas transferendi dñium in ſoluente vſuram. ℞ Et confirmatur: q; quum contra vſurarios omnia iura clament, interpretãda ſunt oia q̃tum veritas permittit in odium eorum, ⁊ ſi res hec penderet ſub dubio, contra vſurarios declinandum eſſet. Liquet autem q̃ translatio dominij multum faueret vſurarijs: ergo non eſt cenſenda, niſi ratio ad hoc cogat: ex ſupradictis autem apparet rationem ad oppoſitum eſſe: ergo. ℞ Et ꝓ hec ſufficienter patet tertium membrum: q̃ ſcilicet in vſura non transferẽ dñium propter vtrũq; ſimul. ſ. voluntariã aſſignationem rei ⁊ intentionẽ trãſferẽdi dñiũ. ¶ Scõo ꝓncipaliter, ꝓbat idẽ ſic. Si in vſura trãſferet dñiũ excreſcẽs agrũ vſurarie nõ teneret ad reſtitutionẽ olim fructuũ, ſed ſatisfaceret reſtituendo agrum vel eius

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Principio Veluti basim quandam atq; totius oratonis fundamentum id firmiter ab oibus teneri velim, ad cognitionem iaten num substantiarū, occultarūq; rerū, ꝓprijs earum effectibus deducentibus, nos rite sanecq; peruenire. Effecta nāq; si tollas, nullius nortie de archanis relinquitur locus, cum (vt minisibilia mittamus) de corporibus celestibus, de sole, de luna, deq; reliquis astris, sublatis officiorum suorū actionibus quis veltenuem coniecturam caperet? Quis ignem leuem, terrā grauem, illū calidum, hāc frigidam dignosceret, si alcensus atq; descensus, si calefactio frigefactio de nunq; fuissent sensibus exploratae? ℣ Hinc igitur maximus ille philosophie parens, aristoteles, exorsus. Si animus inquit aliquā habet operationē ꝓpriā fieri poteritq; eundem a corpore quoq; separatum nihilominus manere atq; viuere, si nullam sibi vendicat, sed oēm (vt ita dixerim) supellectilem habet cū corpore communem, cū ipso quoq; corpore interea opus est. Hoc itaq; tacto fundamento, subtilius est inquirendum, an animus per se solū agat quicq̄. Et q̄n si quippiam solus perficit, id precipue est contemplationis opus, ad hoc vniuersa deducit questio, nunquid intelligere solius animi sit, an vero animi simul atq; corporis. Vt aūt quod querimus, clarius, facilius, tutiusq; inuestigemus, rebus omnibus distincta pariter ⁊ accōmodata officia legere atq; accurarius distinguere opere pretium duxi. ℣ Quatuor esse actionum genera philosophi tradidere: quarum due extreme sunt, reliquę autem medie. Et illarum quidem vnum genus est, q̄s in solo corpore materiaq; versat: quales sunt affectiones, que a calido frigidoq;, humido, sicco, duro, leni, atq; his similibus proficiscunt. Alterū vero est, q̄s a rerum sensibiliū mole eleuatum, ad spūalium naturam solummodo refertur. ℣ Hostram aūt intellectionem ad neutrum horum generum primere facile constat, nec enim cū intelligimus, affectus (quos modo dicebam) patimur corporales: quin potius si intenta mentis acies nimis fuerit, q̄p extrinsecus illa nobis admoueant, non sentimus. Neq; rursus tam alta petimus, vt corporeis imaginibus non immisceamur: oportet enim intelligentem phantasmata speculari. Inter medioum vero genera alterum, q̄s nūli est ꝓpinquus (in quo ⁊ actiones sensuū continent) ab eiusmodi affectionibus liberū est, sed corporeo organo explet, audientes nempe vel videntes, etsi non frigemus aut estuamus, quibusdam tñ corporeis interceden tibus portionibus, sonos, calores, odores, ceteraq; sensata percipimus. Reliquum autem spiritualibus actionibus affine, non solum ab elementaribus qualitatibus, sed a corporeo quoq; instrumento sese eleuat: obiectis tñ non corporibus, sed corporum imaginibus (q̄ phantasmata philosophi appellant) naturali quadam necessitudine deuinctū est. Jn hoc profecto actionū genere nostrā intellectionē locari quisquis veri iudicis naturam nouit, nequaq; ambigit: experimur nāq; nos metipsos intelligere discernereq; nō genus hoc aut illud, sed vniuersam corporum naturaz. Decernere autem recte nō contigit aliter, q̄ si is qui arbitratur, omni vacet affectu. Probant hoc quotidiane controuersie: q̄bus sedandis iudicē ad neutram partem propensum exquirimus atq; laudamus. Probant interni motes, affectus passioneq; : quibus manifestū fit neminē omni hora sapere, sed qualis vnusquisq; inuenit, talis et finis videt. Probant nature experiēta: vt enim vere discernamus quid amarū, quid ve dulce sit, nullo affectum sapore gustū seruare oportet: egro nāq; ideo cūcta videnē amaricara, q̄n colerica amaritudo sensoriū infecit. Hec dissimile reliquis sensibus accidit, vna siquidē omnis iudicij communis est ratio, vt sit q̄ iudicat, a rebus iudicādis alienus: nā si illarū aliqua inhesset, aut totū sibi iudicium inflecteret, aut falsam facit altarū afferre censurā. Quo circa q̄n vniuersa ac singula que materie concreta sunt, intellectu nos discernere, atq; hec ipsa a spiritualibus distinguere experimento cōprobamus, necesse est vt in hic animus vniuerse nature corpore natus arbiter, ab omni sit corpore alienus. Unde pclare anaxagoras atq; ari. Intellectū oportere esse immixtū dixere, tametsi diuersis rationibus duceretur: ille enim vt libero expediog; imperio cūcta disponat, hic aūt vt recto sano q̄ iudicio omnia decernat. ℣ Hec audiendi sunt nobis, qui actionū se ingenio preditos existimantes, organum quidem (hoc est quandam corporis portionem) menti non assignant: ab vniuerso tamen hominis corpore eādem abiungi ratione quam attulimus aiunt non satis probatum iri. Tam irrationalis est istorum cauillatio, vt nisi velim eos nosse eam me scire, atq; a sententia ea dimotum, referendam putassem minime. Dicant obsecro isti, si intellectū ab omni parte corporis oportet esse liberū: vt oē possit cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca



pus diiudicare, quo pacto vni toti corpori mersus, vniuerse rei corporee equus erit iudex: siue eñ pars siue totū, modo corpus aut corporeū aliq̄d sit cui intellectiuā vim quispiā affixerit, ad certam trahit, flectit, definitq̄ cognoscēdorū corporū speciem: q̄ non solum amplissimā illā de omni mole corporea cognitionem prohibet rumpedit atq̄ obstruit, verū intellectū quoq̄ ipsum cum sensu miscet, solaq̄ vocabuli differētia alterū secernit ab altero. Nō si absonū valde est (q̄siquidē nihil distarem⁹ ab animātibus) oportet vt intellectus exercitiū solius animi esse fateamur, & non animi corporisq̄ cōmune quēadmodū sentire. ¶ Quecunq̄ aūt species, operationū quippiā, sola efficit, retinet ac suffert, sustinētis alicuius adminiculo non eget. Alteri nāq̄ si inniteret, eo ipso submoto labesceret, nequaq̄ sola eā actionē contineret: sed cōmunē magis reciperet cū eo sine quo subsistere nō posset. Nec si alieno fulcimento diuine huic forme opus nō sit, sua tñ virtute subsistere q̄s dubitabit? Alterū eñ ex duobus fateri oportet: aut illam p seipsam stare aut herere, & si q̄dem p se cōstat, in portu (vt aiūt) nauigamus. Si aūt subnenit, quomodo contemplationē suā in suo tñ sinu cōplecti, fouere, gerereq̄ valeat? Si species itaq̄ ois, q̄ propriā sibi vel vnā vēdicat operationē, cōmuni philosophorū sentētia constans atq̄ perēnis est, inficiari pfecto nemo poterit quin nostra mens (quā dum contemplamur, p se solam agere comprobauimus) per se quoq̄ solam esse, manereq̄ possit ac viuere. Immortalem ergo animum esse hactenus a propria actione probauimus.

**Deinceps** Eiusdem sempiternitatē a naturali eius desiderio nō firmandā curabo. Si cuiq̄, P.B. a natura inditū est, vt semp esse desideret, rem hāc philosophi pariter & theologi ppetuam fore, ea potissimū ratione sunt arbitrati, q̄ nature appetitus inanis esse nō potest, quare si noster animus suapte natura sempiternā cupit vitā, eū immortalitate viuere nemo dubitauit. Nec aūt ita sit a natura institutus, vt optet se semp fore, manifestū sic fiet. Appetitionū duo sunt genera, alterum rebus oībus cōmune: quo vnūquodq̄ ad accommodum, vtilis pro futuro q̄ fertur. Alterū eorum q̄ cognitione pollent propriū: quo metuunt cupiuntq̄, dolēt gaudentq̄, & mille alijs variant affectibus. Utrumq̄ tñ pro tuendo esse contendit: q̄siquidem nulla pro⁹ sus res est, q̄ se esse nō amet. ¶ Quēadmodum aūt communis ille appetitus, nō vno tantum inuenit modo in his q̄ certis finiuntur etatibus, & his q̄ nunq̄ desinunt (q̄siquidem que senescunt, estuare desiderium in omne tps non audent: quorum aūt vigor, tpis diuturnitate nō senescit, pseuerare semp eadem magnopere concupiscūt) haud secus appetitus alter quē cognoscēdorum diximus esse propriū, diuersa ratione reperit in his que sensu tñ mouent, atq̄ his q̄ intellectu prestant. Illa eñ q̄n solum q̄ adest aut imminet apprehendūt in longū appetitiones nō suspendunt. hec aūt q̄ vniuersa varietatū, mutationū temporumq̄ volumina contemplatione pariter & prouidentia excellunt, reliquum est vt parē vim appetēdi sortita, non hoc tñ aut illo tpe, sed in euum deducere vitam cupiāt. ¶ At si ambiguū, subobscurū, aut leue testimoniū hoc habeā: obicitur, nos ne ipsos intellectu quidē preditos nō dubitamus, semper tñ viuere, aut natura appetimus nunine, aut mortientes fallimur. Eleuate obsecro paulisper mentis oculos, constantissimas vniuersalis nature leges intēdite, sanctiones spectate duas. Alteram qua equalia pariter congenerant oībus, durandi desiderijq̄ & permanendi robur: ita vt q̄ diu q̄q̄ duraturū est, tandiu esse desideret, & q̄to tpe expetit existere, tantisper permansurū sit. Altera, qua appetitus omis quo vnūquodq̄ esse pseuerareq̄ subinde cōcupiscit, aut ad quandā tpis mensurā clauditur, aut vltra q̄cunq̄ tpis longitudinē se extēdit, comparata sunt hec in his q̄ de celo nature scripsit interpres. His aūt iunctis si fuerit, q̄ intellectualis spūs desiderū tendat ad esse, non hac aut illa etate cōclusum, sed ab omni tpe eleuatū (q̄n intellectu apprehensum solūmodo cupit bonū, q̄d ab oīm tēporum differētijs q̄ vniuersale est, cōstat esse absolutū) cōsequens est vt is quo intelligimus & sapimus animus, in vniuersum tempus effusum habeat viuendi desiderium cum pari roborē: euadere quippe q̄ nō potest, q̄n aut certo tpe, aut semp esse desideret, cū definito nō subsistēti, reliquum est vt ad sempiternū se extendat vitā. Immortalē perinde esse nō hoiem, sed seipsum nr̄ animus, propria appetitione (q̄ prava falsaq̄ esse nequit) testat, clamat, demōstrat: ipsius q̄ppe animi, propria est cupido hec, veluti ipsius cupiditas parens intellectiua cognitio, nos aūt semp viuere nequaq̄ optamus, nisi quēadmodū volare interdū cupimus. ¶ Sed q̄d diutius q̄ domi sunt versam? ē nōne? q̄ extera a nobis sunt, celestē hūc vigorē, & diuinū nostrum profitent animū? ex illo q̄ppe nature vultu, quē dixere chaos, rudem indigestāq̄ molem: res oēs eo ordine propagatas, eo federe dispositas atq̄ cōneras esse pspicimus, vt ab imis ad supiora cōscendētibus pfectionū incremēta sensim appareāt succrescere, et que coniuncta sunt, alterum alteri, nullum admodum prestare. Consurgunt siquidē veluti depressi quidā gradus aut numeri rerum species, & ab his que singulis, prime sunt nullo distant intervallo: atq̄ idcirco adeo similes cognatasq̄ habent habitudines, naturas, actiones atq̄ figuras, q̄ sibi mutuo contigue sunt, vt nō facile plerūq̄ sit ea distinguere. ¶ Peragratis autem vniuersis corporū plātarum animātumq̄ naturis, ad hoiem cum venitur, idē gradus ascensus, quo sensim pedetentimq̄ procedebatur, nequaq̄ seruat: sed sursum repēte natura trahit & ad altera eāq̄ remotissimam contignationem eleuatur. Maiori namq̄ intervallo homo a suprema animantium specie, q̄ summum animal ab infimo non modo viuentium sed abiectissimorum quoq̄ corporum genere distat. ¶ Ne autem hoc absq̄ ratione dicere videamur, citentur nostra alienaq̄ genera, conditiones actionesq̄. Genera in primis: quandoquidem cetera omnia ex materie transmutatione proficiscunt, nostra aūt mens de fotis venit. Cōditiones deinde: illa eñ tenui supellectile contenta, pauca quibus indiget, ab ipsa natura simulatq̄ edunt in lucē accipiunt. Indumentorum vice cortices, testas, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumam, pēnas, squammas, vellera: pro armis aūt cornua, vngues, dēces, rictus, rostra, aculeos, morsus, calces, venena. Homo aūt pro vniuersis his, & alijs q̄plurimis & varijs & magnificis, studiosas faciesq̄ solas manus accepit. Actiones demū, q̄ singulis speciebus aliis, definitus est agendi modus: homo autem tot tamq̄ dissimilibus vtitur vijs, vt hic solus sit hominibus operandi modus, sine vllo certo agere modo. Alia sola salus iuuat: hominem vero tam sensu q̄ ratione apprehensa, etiam si nil aliud vtilitatis accessurum sit, delectant. Alia de prole ciboq̄ solicita pugnant: homo autem famam extendere facti⁹ auidus, nomen & gloriam soboli, saluti, vitaq̄ anteponit. Alia postremo a consortio illis bono raro deficiūt: homo autem (proh dolor!) suum vere bonum sepissime amittit.

¶ Unde igitur tanta distantia inter hominem ceteraq̄ naturas? vnde solite pedetentim scandere, tantus repente nature saltus? vnde que consueuerat per similitia in simillima duci, in tanta disparia statim elevata conspicitur? Nullam profecto causam aliam reddiderit fatebit, nisi animum e summo rerum fastigio venisse diximus: qui in alterum rerum ordinem naturam transfert, supremis infima iungit, caduca immortalibus inserit, orizonta eternitatis & temporis constituit: sic nempe omnis admiratio disparitatis cedit, si ex duabus naturis, spiritu et corpore, intellectu et sensu, immortali et corruptibili hominem constare non dubitamus. ¶ Quas ob res si animi nostri (de quo agimus) facultas certi aliquid comperire potest, & veritatis quippiam de seipso perspicere, si fortissimis argumentis fides vlla adhibenda est, si ratione inuestigata et ad sensuum vsq̄ explorationem deducta humane sententie quietem tribuunt, ineruditi, indocilis, tardi, hebetis, stupidiq̄ est immortalitatem animorum in problema reuocare neutrum. Quam sibi melius consulerent isti, qui se rerum occultarum scrutatores profitentes, que natura in sole exposuit offundunt atq̄ obtegunt, si suam ecitatem, silentio oppimerent, meliores namq̄ haberentur philosophi dum tacerent, q̄ imperitiores, dum tam inepte garriunt. ¶ Quid nobis cum reterebraria animum, P.B. fortissimum mundi, purum, splendidum, diuinum, thesaurum profecto pietissimum in vasis istis fictilibus reconditum. Mundum inquam accepimus quandoquidem non ob merita (vt olgenes fabulatur) corporeo vinculo est addictus, neq̄ vt luteum vinificando corpus emendet (sordes contrahat: sed vt nature sedere vitam influat, cupiditates, libidines, reliquosq̄ aurr̄ rollatus aut moderetur affectus, hūana quā tum par est disponat, & emendat, ad ea cuncta dirigat, esse totum dedat. Accepimus preterea purum pariter & splendidum: vt quia illustrium spūum vltimus, fulgorem micantissime luctis cum alijs non sustineret, obumbratis materie tenebris lumē vel oculo noctue simile esset, intelligibilia colligeret, atq̄ vniuersa natura ascita seipsum q̄mia faceret. Accepimus denīq̄ diuinum, et summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. ¶ Seruemus igitur obsecro, seruemus depositū quale accepimus: curemus ne deponatur cōtagione polluatur. Timeamus ppheticū illud, homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Excolamus virtutum semina nobis indita, teneba-rumq̄ operibus procul reiectis, induamur dominū Iesum Christum: quo feruēt immortalitate, atq̄ immortali felicitate tandem perfruamur. Dixi.

## ¶ De modo quo anime patiuntur ab igne corporeo, coram Julio. 2. dominica prima aduentus. anno. 1504. habita. Oratio quinta.

**Atrocitatibus** hominibus pre timore & expectatione eorum que superuenient vniuerso orbi. Luc. xxi. ¶ Si humane mentis imbecillitatem & abyssum caliginis, qua se rerum veritas recondit, animo reuoluerimus. B.P. nihil fere est, de cuius explorata cognitione placere nobis & gloriari valeamus. Honestum ea solum que procul a nobis natura reposuit, & illa quoq̄ que in promptu habemus, que ipsi sentimus, ambiguitatis nebula offusa sunt. Hoc qui aduertit & sapit, sic difficillima queq̄ cū crabundo ingenio studioq̄ attingit, vt preclare secum actum putet, vbi de occultis rebus probabile potuit quippiam attulisse. De subterraneis igitur penis reproborum, demonum hominūq̄ siue animas siue corpora postremo cruciaturis, dicturū hodie me eo animo queso audite, vt cum rationi maxime consentanea patefecero, malitis vtcunq̄ concipere, q̄ vel sensu vel certa demonstratione callere. Quod si vires siue corporis siue anime huic pronunciationi succumbent, aut impares erunt, date precor veniam valetudinario. ¶ Diue itaq̄ marie tribunal solita prece veneremur. Aue maria.

**Excellentissimum** Illud genus rerum que solo spiritu constant & intellectu vigent, an penas aliquas subire diuinum sit, quoue penarum genere affligi possit, diuersos authores varias legim⁹ attulisse sententias. Quorum opiniones recensere & a fide aut veritate discrepantes fine interuallo refellere ea ratione constituī, vt purgatis erroribus, credibilis magis veritas fiat appareatq̄. ¶ Plurimi philosophorum intellectualis nature prestantiam metientes, ab vniuerso penarum genere tam humanas animas, q̄ angelicas omnes substantias liberarunt: ea potissimū ratione persuasi, quod malum omne citra orbem lune (infra quem duntaxat potest aliquid preter intentionē obuiare) conclusum est: meritoq̄ proinde illarum naturarum potest involuere, que a corporibus vniuersis sunt segregate. Illorum error facile deprehenditur, si recti operis ratio, si create voluntatis natura in medium deducta fuerit. Rectū quippe opus, & opus est & rectum, quare a duobus necesse est proficiscatur principijs: quorum altero opus, altero rectum sit. Illud voluntas, hoc lex est. Quocirca illa quidem voluntas que simul voluntas & lex est, errare potest minime, que vero voluntas tantum est, non lex, nec legi immobiliter herens, a rectitudine declinare suapte natura valet. Cum autem liberi arbi. vniuersa lex, perfectam omnis boni rationem in se claudat (quandoquidem ad omnia liberi arbi. appetitio extenditur) & nec fieri nec cogitari valet, vt creata voluntas omne bonum sit, aut congenita natura possideat, consequens est vt ipso summo bono excepto, reliqua libertatem sint flexibilem ad bonum & malum sortita. Potest igitur in separatis ab vniuersa corporea mole spiritibus malum culpe inesse, et quoniam tumisti domine, et sic est, vt omnis inordinatus animus sibi ipsi sit pena, oportet malum quoq̄ pene eis inesse. ¶ Ex propria igitur officina confutatis philosophis, alij penis affici posse autumant angelos, verum omnem eorum eruminam in meroe amisse felicitatis consistere arbitrant sunt, illos gemina peccati malitia statim arguit. Ut enim peccantes duo mala faciunt (dum deum respuunt fontem aque viue, & cisternas propriarum affectionum sibi fodiunt dissipatas) par est vt duplici etiam in pena dolore conterantur: et damno contempte felicitatis, & supplicio inuoluentis calamitatis. ¶ Alij animarum supplicia asseuerantes, finxerunt nasci ea ex terribilibus corporum quorundam imaginibus: quas aspicientes, perinde aiunt pauore concuti ac dormientes, ut phrenēticos quos insania vel insomnia terreant, vel phantasmata, alligant, tribuunt siquidem separatis animis organum quodā a celestis nature, quo terrificas formas concipiant ad se crucianda. Fabula quippe hec est, quasi reditum animis ad compescendas pollicita. Et q̄ tam inepte composita sit, vt digna non habeatur, quam vel philosophia nedum diuina sapientia coarguat: dedit tamen quibusdā ex nostratibus occasionem, etsi non stultius cogitandi, a veritate tñ nihilo errandi minus. Quantum enī pudet peritos viros has ineptias sectari, tantū de nouo suo commento gloriari



sunt: asserentes nō sensibilibus, sed intelligibilibus corporū figuris mētes torqueri. Uerū hoc philosophorum theologorūq̄ schola confutat: eo q̄ intelligere omne q̄ seipsum delectabile est. Argutos autem eorū intellectus decipi, vt tristitia putent que vere non sunt tristitia, aperta fictio est. ¶ Nōnulli denīq̄ eorum eo igne cremari mentes astruere conantur: verum ne puerilis sententia videretur, nescio quem habitum illas induerunt, quo fieret vt ignis vstionem persentirent. Voluntario profecto sunt hec conficta et vana: nulla ratione, nullaq̄ autoritate constantia. ¶ At qui in philosophie gymnasio, sacrarumq̄ literarum ornatissimo domicilio versati sunt, duo penarum genera spiritibus infligenda docuerūt, alterum iacture summe beatitudinis: alterum detrusionis teterrimo ignis carceri. Et quoniam damnum in aperto est, de igneo ergastulo libet parumper disserere. Detrusum iri dicimus abiectissimo loco non modo illustres demonum animarumq̄ substantias, sed insignes qualēs earum vires, intellectum, liberum arbitrium, actuamq̄ potestatem. Coercentur autem vinculis, carbonisq̄ igneis, non eo quidem modo quo corpus corpore his nexibus prepeditur: sed quemadmodum humanus animus terraceo huic corpori tanto fedore implicitus est, vt suo arbitrio inde emigrare non possit, et tamen illum spiritum esse, hoc autem corpus nemo dubitat, non secus spiritus illi tartareo deuincuntur igni. Sed tārum refert q̄ noster animus hoc in quo tenet corpus, viuificat, illi vero spūs, q̄bus alligant corporibus, vitam minime p̄bent. ¶ Perspicua aūt detrusio hec nobis fiet, si modū ordineq̄, quo corpori spiritus iungit ac deuincit, in medijs deduxerimus. Spiritus omnis preter deum certo loco suapte natura communi physicorum consensu potest definiri. Definitum autem etiam nolentem detineri nature vigore, noster animus testatur. Nec si tanta est nature vis, vt iunctū corpori spiritum manere cogat, quāto magis omnipotens conditoris nature autoritas addictum loco spiritum detinere etiam inuitum poterit? Definitus igitur non natura, sed vi detentus in loco spiritus, naturalem libertatem ac dignitatem, qua nulli subiicit corpori: qua omne corpus euincit, qua omni corpori preeminet presidetq̄, infelicissimus perdidit, et se perdidit se miserrime meret, atq̄ merendo ineffabiliter cruciatur. Afflictatur intellectus quando sue captiuationis erūnam non recogitare subinde nō potest. Cumq̄ simul multa meditari nequeat, ab aliorum omnium que leuamē afferre possent consideratione prohibetur. Et q̄n̄ meditatio pene pena non sit cum liber quis meditatur solum, nihil aduersi sentiens aut metuens: attamē vbi presens est doloris obiectum, vbi suam vim exercet in meditantem, vbi denīq̄ meditatio ipsa coacta est, nihil acerbius animum q̄ etiusmodi consideratio afficere potest. Afflictatur voluntas: quippe ab omni delectabili depulsa ad ferre compellitur, quod detestatur, refspuit, abhorret: quam maxime odit dei iustitiam, cui precipue inuidet diuinam celsitudinem magnificari in propria & ea abiectissima pena, dolet, gemit, corroditur. Afflictantur denīq̄ actiue potentie: siquidem viro igni addicte, nulla aut certe modica possunt exercitatione sese subiectis admouere rebus. Quod eo intolerabilius est, que tanta eis vis inest, vt commouere nutu singula possent. Accedit ad hec, q̄ iugis peremptosq̄ est eis definitus carcer & dolor: ita vt, nulla valeat minuere aut mollire aduentans conditio, sed semper vti ab initio acerbissime merere op⁹ est: neq̄ enim detrusi spiritus oblivione mederi, meditationi vacare, affectum deponere, sese adhortari, facere (vt aiunt) de necessitate virtutem vsquequaq̄ valent. Nulla eis clementie aut varietatis spes, nulla in preteruntis temporis euentu expectatio: sed quas luunt penas nunq̄ terminandas aut minuendas certissime sciunt, imo inuiti ad meroris culmen clara luce videnti. Hec paucissima de spirituum penis attigerimus.

**Deinceps** De corporum cruciatu aliquid afferamus. Corporeum ignem esse, P.S. apud inferos corporibus infestum ex nostris quidā impudenter negarunt: scripturas autem sacras que illius meminerunt metaphoice asserunt interpretandas, non minus q̄ cum tineam, vermē, fletumq̄ ad terrendos flagitiosos minantur: quemadmodum econtra cibum potumq̄, & humanas mille delitias iustis et sanctis in beatitudine pollicentur. ¶ Quidam vero opinionem hanc tanq̄ absonam respuentes: in aliam vulgarem magis q̄ sapientem incidērunt. Uere enim affirmantes ibi ignem esse, falso tamen estimauerunt eius incendio corpora ipsa affici, caloreq̄ estuare, cetra consumptionem ardere, et nihil tandem a nostro quo' vtimur igne, in actione differre. ¶ At hi qui et vi rationis, & lumine celesti pfusi secreta rerū diuinaq̄ mysteria indagarūt, medi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



viam sectatisunt. Aiunt namq; corporeum verum q; illic ignē fiagrare, citra corporis tamen calefactionē. cuius vim atq; incēdium irrepere in nervos, in medullasq; seuire, fibrasq; illas arripere ac torquere, e quibus dolor nascitur. ¶ Corporeum quippe ignē credimus, tum q; corporalis pena nullo aptius modo q; per corpus infligit. Tum q; in exponēdis sacris eloquijs ea est lex, vt q; propriè intelligi potest, ad metaphoricū sensum a literali expolitione minime trāsferat: nā secus nulla definiri posset scripture certa interpratio. Cū aūt in penā reproborū paratū ignē saluator nr fecerit cōminatus, possimusq; eū aptissime sic accipere tanq; ppicue locutū, vt q; d parabolice dictū putamus, z nodū in scirpo queri mus. Ignē saluator noster cōminatus est, verū ignē intelligere p; hibet nihil. corporeū ergo ignē fateri oportet. ¶ Non calefactū aurem iri illic corpora, sed ignem illū spirituali pariter z sensibili affectione corpora vexaturū ratione dicimus. Sumi orbis motu iuxta euangelicā lectionē trāseunte, reliqua oīa corporalis affectio atq; alteratio ab illo vtiq; dependēs, desinet: z quemadmodū celestis corporis, cui primus ille inerat motus sensibilis, quedā supererit actio, qua lucet, illuminat, atq; videtur (quā nostro vocabulo intētionalē appellamus) haud secus in ceteris quoq; corporibus eas aptitudines atq; affectiones estimādum est remāsuras, quibus videri, tāgi, audiriq; possint. Quo eīn hec genera actionū corporū messe, neutriq; ab altero pēdere, in his que de anima preclare scripsit aristo. didicimus. ¶ Quocirca ignis omnis geminam in corpora nunc exerect actionem. Alteram qua calefaciendo vrit: z id a celi motu pendet. Alterū qua speciem non calidam tactui imprimendo sentitur: quemadmodum anulus aureus figurā nō aureā cere impimit: z hec ab altero actionis genere, quod pauloante celo inesse dicebamus, pendet. Proinde nunc vtraq; actione z agit z offendit, quiescente autem celo illa duntaxat vacabit, que a motu p; ficiscitur. Reliqua vero perpetua remanebit: hec nimirum posteriori in reprobotum corpora exercebitur, seuiet, affliget. Nec est dolouis huiusmodi ratio querenda alia, q; excellentia sensibilis sensus organo admoti, habet eīn quilibet sensus ex his que in rerum natura sensibilia cōsistūt, vnū aliq; sibi propium ac peculiare q; philosophi obiectum appellāt (vt visus colorē, auditus soniū, olfactus odorē) quo cum tāta conciliatione atq; necessarie connectio nis vinculo deuincitur, vt sine eo agere possit nihil: vt quādiu sue facultati potēte apte cōgruit, est q; maxime accōmodatū, iocūdissimos fructus carpat naturalis amicitie. Vbi vero sensibile in immensum excedit, quasi dissoluta amicitia, que mutua quadam proportione, certeq; rationis temperamēto posita erat, sensum ipsum protinus irritat, lacessit, vexat, torquet. Stridēs eīn sonus turbat auditum, visus aciē lux immensa retundit ac dissipat: z si rigentem manum pre algoris magnitudine, ad ignem vehementē propius admoueris, protinus intimū irrepit atq; cruciat sicendiū, vt hominem ppe cōficere videatur. Unde queso tūc ille dolor? enim et calore? nequaq; tā eīn nihil aut parum admodum caloris inhesit, vt si altera manu attentes, plus frigere sentias q; calescere. immo derata itaq; vis sensibilis, huiusce doloris relinquitur causa. Patimur igitur atq; summo dolore sensibili cruciamur, cum vehementer calida absq; eo q; caleamus tangendo sentimus, cū sensus sulcipit excellentis sensibilis speciem sine materia. Talem fatemur esse apud inferos corporum cruciatum. Hoc tantum pacto credimus reproborum corpora ab igne pati, z tamen non calefieri, nec consumi. ¶ Nec quicq; obest id quod recte dici soler, sensuum passiones eos perficere, non offendere, sed eo educere, quo maxime euadere postremo valeant. Volebat sane autoritas illa ostendere cūtum he spirituales sensuum passiones ab his que circa corpus fiunt alterationibus differant. Tanta siquidem est inter eas distātia, quod he semper imperfectionis aliquid secum vehunt: illas autem puras atq; sinceras contingit aduenire, q; non semper ab omni sese eximant admixtione mali. Obiectorum enim incompactiones ac incongrue disparitates, sensibus ipsis (vt dicebamus) maxime aduersantur atq; officiunt. ¶ Quocirca in promptu causa est cur glorificato corpori doloxem excellens sensibile non infert. Dote namq; impassibilitatis protectum, vehementiam obiecti nequaq; admittit. Corporalis itaq; cruciat? nulla deest causa apud inferos, subtracta vulgari hac vstione quam calentes experimur. Et vt summam rei vno verbo complectar, corporeum supplicium omne in hoc completur quod malum z id corpori admotum passibili, sensu percipitur. hec vbi sunt, dolere opus est secundum eam sensitiue anime partem quam affectivam dicimus. Quapropter tam nigēo rāgibilis excessus quantus in igne est, malus eīn sit corporis organi temperamento, dum passibilem reprobotum sensum inuadit, acerbissimo dolore afficit, vexat, cruciat. ¶ Hec q; audiendi sunt, qui nescio quam turbationem sensorie armonie addere atq; interponere voluerunt. Temporalis enim est commotio ois: sentire aūt oē siue accōmodatū siue exceděs, absq; mora cōtingit. Quare intēperatū immēsumq; sensibile suapte natura sensui non aduersarek, nisi simul atq; connectis alterū alteri officeret: neq; vnigenia cōtrarietas foret. si in me? ?ecto non cōsummarek. ¶ Ytstak plane his q; diximus dissimilū penarū alteratio: etenim quonam alio pacto ab aquis nīuīū ad caloxē nimiū, rursusq; ex hoc in illas sine doloxe interstitio aut mitigatione trāsibūt? Si eīn estum atq; algoxē corporaliter sentirēt, nō solas spūales vexationes excipiētes, sepissime doloxe vacarent. ¶ Peremisso aūt atq; continuus erit dolor: qm iuges ac vivaces aderunt cause, et homo ipse sine morte passibilis erit: alterū reparata natura, alterū culpa exigente. Si igit ignem illū tartareū vere corporeū esse nō ambigimus, si vnū atq; eundē demonibus hoibusq; reprobis paratum credimus, consequens est, vt vtriq; corporeo addicti sint igni. Sed trāsiti refert, q; spūs carceris afflictione, corpora aūt sensibilio quoq; intētionis effusione, cōtinue ppetuo acerbissimeq; torquebuntur. Arescētibus itaq; hoibus pre timore tā dire gehenne manifestam de vniuerso orbi, nobiscū bene actū erit, si timor dñi imitū fuerit sapientie, si ceu seta filum amoxē honesti, bonarū artium, optimorumq; officiorū introduxerit. Non enim accepimus spiritū timoris in seruitute, sed spūm filiorum, in quo clamamus, abba pater. Sit redēptionis nostre leua sub capite nostrarū actionū, vt demū dextera amoris illius amplexet nos, cum tradiderit regnum deo z patri, qui viuit z reg. gloriosus in se. Amen. Dixi.

¶ De ecclesia z Synodorum differentia coram Julio 2. in secunda sessione concilij lateranēsis. 17. kalen. iunij. 1512. habita Oratio sexta.

Julij ij. pōt. max.

Cum animaduertā reliquas oēs ecclesiastice reipu. cōsuetudines actionesq; singulas, esse singulis ecclesie partibus accōmodatas, generales vero synodos vniuersalem ecclesiā penitus respicere, eamq; tanq; finē sibi propriū attendere: existimani me facturū rem z vtilem z oibus gratam, si hodierno die primum de ecclesia ipsa, deinde de synodis huius tēporis, illarumq; differētia ac diuersitate dicerem. Sed cū his diebus et hoc loco viri doctissimi (qui hoc oratorio munere magna cū laude perfuncti sunt) de his fere rebus verba grauiter sapienterq; fecerint: ego qui ingenio illis z doctrina inferior sum, quo meis viribus minus confido pater sancte, eo humilius atq; propensius tuam humanitatem z clementiam mihi propitiam esse, z summisse oro, z suppliciter peto. ¶ Sed quoniam nihil est, quod homo de semetipso sine auxilio opeq; diuina possit polliceri, ad gloriosam ipsam virginem dei matrem, primum conuertam oationem meā. Aue maria ꝛc.

Cum dilectus Christi discipulus z euangelista, multa nobis ex p; phetica illa mystica q; visione nuntiare instituisset, de deo, de regno, de dei agniq; gloria, deq; ventuxa preteritisq; tpibus ac rebus diuinitus retulisset atq; etiam christianam rempubli. z ecclesiam cōtemplatus, in hūc modum ipse ant p; ipsum potius sanctus spiritus locutus est, vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouā descendentē de celo. Magna profecto z diuina, maximaq; insup atq; oēm humane rationis terminum exuperantia ioannes vidit, vidi inquit ciuitatē, vidi sanctaz, vidi hierusalem, vidi illam nouam, ac de celo descendentem. Quae est ista ciuitas, quam ioannes vidit? que est ista, quam magister discipulo, christus apostolo, spiritus sanctus euangeliste ac pater figuris z allegoriis reuelauit? Certe ciuitas hec christiane reipubli. vrbs est: que non vallo aliquo terreno, non caduco munimento, neq; ambitu [illegible] sed multitudine copiaq; immensa bili clausa est ac p? ?unita. Quamuis enim huius mundane sapientie amisite ?, ?rto quodam et prescripto ciuium numero ciuitates cōstitui ?, ?uere arbitrati sint, nimiumq; z nimis late diffusam multitu? ?, ?e summouerint, neq; inter centies cētena millia (vt ipsi aiunt) cōmercii fieri posse vllum existimauerint: solum tñ christianum genus, tāta tamq; mirabili a deo optimo maximo, cognationis, necessitudinis societatisq; copula deuinctū ac coniunctū est, vt in vnitate maximam multitudinem, vnius vrbis ambitu spatium amplissimum, in vna denique ciuitate totum terrarum orbem complectatur. Nam cum in condenda et constituenda



qualibet ciuitate duo in primis requirant (primū vt partibus suis oībus ipsa constituat respub. deinde vt he partes inter sese ciuili amicitia quadā z cōsensione conspirent) licet cognoscere, quomodo priuatis publicisq; in rebus ambabus his partibus nra hec christiana ciuitas excellat. Q? enim ea partes oēs perfectissime reipu. hēat atq; cōtineat, ea in ?, ?gnis sacra q; sacramēta appellamus, ostēdunt: q; tante sunt efficacie z virtutis, partim vt hoim generationes matrimonio propagent, partim deo filios baptismate vt gignant, tum vt genitos cōmunicatione corporis christi alant z vegetent, deinde diuina chrismatis virtute corroborēt, vbi corroborauerint potestate atq; autoritate ecclesiasticis ordinibus augeant, mox aliquo errore lapsos cōfessione restituant, z postremo humanis culpis abluendis sancti olei vnctione perungant. Preter hec autem diuina z preclara munera multa habet alia hec ciuitas cumulatissime, habet namq; apostolos, habet euāgelistas, habet prophetas, habet pastores, doctores, martyres, habet sermones scientie, sermones sapientie, genera linguarum, interpretationes sermonū, discretionem spirituū, gratiam sanitatum, fidem, varietatis, miracula, z eam celū claudendi, rursum aperiendi potestatez, vt quicquid in terris ligauerit, quicquid soluerit, denicq; id continuo in celo dissolurū vel ligarū sit. Et q; q; hec magna maxi maq; sunt: satis tñ non fuit tot tantaq; ecclesiā habuisse, nisi z angelorū reuelationes, illuminatiōes, defensionesq; habuisset. Quibus oībus actionis nostre cōtemplationisq; studia nō rueri modo ac defendere, sed propensius etiā z augere z ornare, z pficere conatur. Ciuitas igit hec diuina illius reipu. partibus illustratur, quibus nulla vnq; alia vel meliorubus vel ornatioribus illustrata est. ¶ Q? aūt ciues ipsi arctius in hac ciuitatis q; in ciuili alia cōmunitate deuinciant, vel hinc patet manifeste, q; hi nō tā ciues sunt aut aduene, sed ciues sanctorū, sed domestici dei, sed mēbra christi: z ita vnius eiusdemq; mystici corporis mēbra, vt alij alijs z mēbris sint. z quemadmodū sunt, mutua sese cōmunicatione ac societate cōfoueant. Cum igit hec ciuitas ex perfectissime reipu. partibus perfectissimis constituat, ipsiusq; ciues interioꝛe et cognatioꝛe q; omnes alie societates genere colligentur, patet certe hanc vrbem alijs esse digniorem, perfectiorem, excellentiorem, ipsamq; prestare omnibus honore, decoꝛe, z (quod maximum est) humana beatitudine ac felicitate. Quamq; enim cuiusuis ciuitatis propium esse videtur, sufficienter ex se beneq; ac beate viuere: nulla tamen alia nisi hec nostra hoc ipsum habere cumulate ac largiter potest, sed ne imitari quidem. In alijs namq; finis ciuilis amicitie z societatis est optima inter se hominum coniunctio: in hac vero nostra, in qua heredes dei omnes, coheredes autem christi sunt, ad deum ipsum vt propium christian. Generis finem cuncta referuntur. Hec cum ita sint, recte christi ecclesia, nō tam ciuitas ab apostolo christi q; ciuitas sancta a viro sanctissimo cōmemoratur.

Id aūt Patres (vt nunc vos alloquar) mox extrema oratione ad hūc summum pont. caput omnium reuersurus, id inquam patres qua et ego quoq; ratione demonstrauero, queso intelligite. Sanctitas ipsa (vt a diffinitione incipiam?, vtq; dionysio, ariopagite placet) immaculata, libera, q; fectaq; mūdicia est. Proinde tametsi hoc summis ante quoꝛūdā n?oūq; tōnib? firmatū sit, in deo vniuersoꝛū autoꝛe, z gubernatoꝛe, olim rerū naturas, excellentias dignitatesq; consistere: deus tamen ipse pre his omnibus propriā ita sibi vendicat sanctitatem: vt etiā summi philosophi, dei subsantiam mundicia z sanctitate definirēt. Nā cū inuisibilia dei per ea q; facta sunt, sempiternā quoq; eius virtutē ac diuinitatem intellectu cōspicerent, vellentq; dei naturā z volūtatem, ac quicquid in deo est, vnica aliisq; rebus incommunicabili proprietate exprimere: non virtutis qdē, nō diuinitatis, aut reliqs nature maiestati consentaneis nolibus vsi sunt. sed mundicie et sanctitatis significationibus: solam enim deitatis substantiam, a [illegible] potētie macula z labe liberā remotāq; esse perpēdentes, illamq; ob id esse dicētes actū puri. eandē?, ?am diffinitione hac mundissimam esse sanctissimamq; dixerunt. Hec mirum sita lis tantaq; sanctitas, tantum in mentibus hom?, ?am z numinis habuit et maiestatis: quandoquidem intelligen? ?, etiam beatis (quas angelos dicimus) hymnū carmenq; de? ?ium constituit: angeli nanq; atq; archangeli, cherubin, ?, ?uoq; et seraphin repetitis ingeminatisq; vocibus, sanctus, sanctus, sanctus, proclamant: quo fit vt dei quoq; ciuitatem (in qua magnus dominus est) decet sanctimdo. ¶ Atq; hanc partem (que paucis demonstrari potest) quamplurimis ostendam. Omnibus rebus, tum natura, tum arte constitutis, hoc principio attributum ingeneratumq; est, vt cum alie alijs iungende sint, pari mutuaq; dispositiōe ac similitudine conueniāt: hoc ipse forme fin materie recipiētio merita distribute testātur, hoc ad propria peculiariaq; munera obeunda apte appositeq; nostrorum membrorum habitudines manifestant: deniq; hoc confirmant innate materijs ipsis (vt ita dicam) patientie, quibus ipse res hominum artificio subiecte obtēperant. Hec nāq; omnia z reliqua id genus, siue natura siue arte componēda sint, nisi primum amica inter se cōsensione conueniant, cōponi cōstungiue nō possunt. Cū igitur sanctitas z mundicia propria deo sit, illiq; cōueniat maxime, cūq; cōiungēdas res ipsas habiles inter sese ad cōiunctionē esse oporteat, nemini dubiū esse puto ecclesiā christi, q; deo cōiunctissima est, purā, mundā, sanctā, immaculatāq; existere. Veritate eteīn prima, qua cōfirmat, ac [illegible] qua fundat, z errorū oīm expers pura mēte pseuerat, z dilectione ppetua, qua ipsa in christo z christ? in ipsa manet vsq; ad secula. Cōsummatione, ab omni vitioū sorde z cōtagiōe remota est: atq; ita vt iure bonitate q; pficit ac vallat, vt neq; mors, neq; vita, neq; presētia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia illam possit a christi amoxe separare. Recte igit ciuitas hec nostra (si quidem oīm celestiū virtutū pcipua, adeo pollet sanctitate) oibus ea ceteris misidi dignitatibus, potestatibus, imperijs anteceilit, satis esse arbitror huius ciuitatis demonstrata sanctitatē. Que ciuitas q; sancta est, iure optimo a sancto spiritu nomē illi impositum est. Clarissimus eīn hāc sanctā ciuitatē hierusalē appellauit, q? pfecto nomē ob hāc causam adepta est, q; hierusalē nō modo pacem ipsam, sed ea etiā q; pacis sunt innuere, sanctorū interpretatione tradat. Tria igit in hoc sunt. nā z hoc hierūm atq; pacis optimum est, z id verū huius ciuitatis nomē, z postremo huic ciuitati ita propium, vt nulli preterea alteri vere conuenire possit. Optimum certe est, nam optima res pax est: adeoq; magna et diuina, vt vniuersa creatura hanc appetere, z perq; desiderare videatur. Cum enim pax ipsa (aug. teste) tranquillitas ordinis sit, et tranquillitas ordinis tunc sit, cum seclusis contrarijs quibusq; ordo conquieuit: constat res omnes (siquidem naturaliter fines suos appetant, et impedientia cuncta summouere contendant) pacem appetere, pacisq; et quietis fructus vt adipiscantur, summa ope laborare. ¶ Quod autem hierusalem pacisq; nomen verum nostre ciuitatis nomen sit, is testis bonus est, qui dixit z factus est in pace locus eius: dei scilicet qui z huiusce vrbis fines pacem posuit: et tantā in ea voluit propagari abundantiam pacis, vt ciues ipsi non modo cum deo pacis autoꝛe et puncipe, non modo inter se omnes pacem haberent, sed singuli etiam pacis tranquillitatisq; abundantia, et intelligendo in veritate, et appetendo in ipsa bonitate conquiescerent. Ea vero pax, hec vrbs hierusalem, hoc sanctissimum dei hominumq; domicilium, non quidem impiorum hominum est (qui quomodo non vera bona sectantur, ita nec veram pacem inquirunt) sed illorum est patres, qui pacifici sunt, qui pacis domum vnanimes inhabitant, qui pacem his qui prope z his qui longe sunt annuntiant, qui his ad quos diuertunt, pacem deferunt, et cum hospitio recepti non sunt, redeuntem ad se pacem ipsi recipiunt. Illoum est hec sanctissima hierusalem, que ex viuis lapidibus construitur, de qua dauid loquitur, et cuius portarum sere ac claustra a domino confortantur. Hec est illa hierusalem patres in qua sicut paulo ante inter diuinas res perlectum est, rex pacificus pacem relinquit nobis, pacem suam dat nobis. Sed non quomodo huius mundi homines dant, ipse dat nobis, hi enim pacem dant vt molestia careant: sed pax ibi vera non est, vbi nec vera concordia est, nec corda hominum coniuncta, sed disiuncta sunt. Ea autem pax quam christus dat, et que in testamento pacis et in hierusalem inuenitur, ea est patres, amoris vinculum, tranquillitas animi, simplicitas cordis, consortium diuinitatis. Quis vnquam vidit vel audiuit talia? quid fuit vnquam tam singulare, tam nouum, tam inusitatum? Pax christi non modo corda nostra z nostras intelligentias custodit, sed omnem etiam et humanum et angelicum sensum exuperat: omnisq; homo sanctus vocatur, qui scriptus, et qui relictus, z qui residuus fuerit in hierusalem. ¶ Hanc itaq; preclaram in mutuatione mundi rerum nouitatem videns ioannes, ciuitatem hanc non solum sanctam, non solum hierusalem, sed nouam etiam hierusalem spiritu sancto dictante appellauit. Nouā est enim, nam qui in throno sedebat, z qui de thesauro suo noua et vetera profert, noua in ea fecit omnia. Fecit namq; vt neq; languesceret aut veteresceret vnquam, neq; senio conficeretur. Ex quo fit, vt hec longe sit, origine, dignitate atq; auctoꝛitate eminentioꝛ hebreoꝛum synagoga: que per antiquo

Universidad de Deusto
Biblioteca



legis vetustate consumpta, cultum z notitiam veri olimq; pmissi dei filij solita pertinacia atq; animi obstinatione repudiauit. Hã cum in synagoga ipsa in hodiernũ vsq; diẽ vetus homo sit, vetus lex, vetus fermentũ: pristina conuersatio: in nostra certe hac noua hierusalẽ omnia noua sunt, nouum cor, noua lex, nouus homo, noua conspersio. Que eñ mator nouitas esse potest, q̃s deum hoiem esse, z rursus hoiem deũ, eundemq; verũ deũ ac hoiem, clauis cõfixum, spinis coronatũ, z innumeris affectũ contumelijs, nõ alijs ipsum armis, q̃s cruce, q̃s morte, q̃s vulneribus infernũ vicisse, celos ascẽdisse, ad patris dexterã consedisse, propterq; suũ nomen ac legem trucidatos, z gloria z honore z felicitate perpetua affecisse. Quid q; illius discipuli rudes, pauperes, abiecti obscuriq; homines, cum vniuersus fere terrarum orbis ignorantie tenebris involueret, z erroribus superstitionibus sceleribusq; obtemperaret (tot atq; tantis, vt demones omnium gentium dominarent, ac summopere ab hominibus colerent) hunc tñ ipsum mundum immundũ bi christi discipuli, bi ex infima plebe viri contra synagogę pontifices, contra mũdi imperatores, contra humani generis hostes, contra leges, consuetudines, opiniones, non armis, non opibus, non vi aut ferro vicerunt; sed fide tantum spe z charitate superarunt, purgauerunt, illuminarunt. Tam autem propria est nostre ecclesie diuina atq; sempiterna uouitas hec, vt nulla homi num etas fuerit, nulla vnq; ciuitas aut respubli. que non ab hac christiana ecclesia cũcta acceperint, que filiorum dei adoptionis perpetue existunt. Nam (vt a diuo thoma preclare scribitur) summum illud dei beneficium, quod nostri gratiam appellant, et quo dei filij efficimur: ad a deo noui testamenti est, vt a mundi creatione sancti sancteq; omnes quatenus nature diuine participes fuerunt, eatenus sub nouo testamento comprehendantur: ad qõ vetera omnia sunt referẽda. ¶ Verum cum hoc fieri nequiuerit, vt excellens hec diuini humaniq; consortij nouitas ex terra terrenisq; rebus oriretur (quod enim natum est ex carne, caro est, z quod natum est ex spiritu, spiritus est) par certe et consentaneum rationi fuit, vt de celo ciuitas hec sancta z noua hierusalem descenderet. Descendit namq; de celo vbi hec noua: cuius fundamẽta nec in poetarũ figmentis, nec in humane sapientie persuasibilibus verbis, neq; in cuiuslis mortalis aut create voluntatis appetitu seu opinione iacta sunt: sed que in mõtibus sanctis, hoc est in patriarcharum figuris, in prophetarum testimonijs, in preconijs apostolorum, in supplicijs martyrum, in admirandis christi operibus, in sanctorum proborumq; hominum purgatissimis mentibus, in virtutis deniq; z spiritus ostensione inconcussa ac firma perseuerãt. Descendit autem de celo non gressibus corporis, sed imitatione ac similitudine. Illius namq; exemplo, que in celis est reipu. beatissime, huius que in terris est regimen cõstituit deus, vt illud nõ penes omnes aut multos, sed penes vnum christi vicarium z dominici gregis pastorem cõsistat. Nam sicut in hierusalem illa que in celis est mater nostra, vnus tãtum dñs est iesus christus: ita in hac hierusalem illius filia, que christi sanguine irrigata et matris est illustrata splendoribus, vnus tantũ princeps est vicarius christi, z põtifex maximus, cui omnes descendentis hierusalem ciues z incole, nõ solum vt separatim singuli, sed etiam vt simul vniuersi obedire debent: quemadmodum qui in superna sunt hierusalem sancti, cum singulatim, tum vniuerse obtemperant. Ut vero preclarissima hec sunt. At dicet forte quis, cum his temporibus due nobis ecclesie z due synodi proponantur (vna romana, pisana altera) vtrum ambe de celo descenderunt. Alteram enim earum tantummodo descendisse necesse est, siquidem christi sponsa vna est. ¶ Sinite me hoc in loco patres, respirare pauliper: nã quid a vobis in hac re constituendum sit, paucis dicam.

**Quinq; christi** Ecclesie conditiones, nobis (vti audistis) sanctus euangelista proposuit, illam enim in primis esse ciuitatem, deinde sanctam hierusalem post, tum nouam esse, et de celo postremo descendisse affirmauit. Illam igitur synodum z in terris ecclesiam militantem, quam de celo credimus descendisse, cõsentaneam esse prescriptis conditionibus. z in celo triumphantis ecclesie formulis, procul dubio reperiemus. Nam vero que a supernorum imitatione plapsa in preceps, ab alijs deflectit viam, non vnq; de celo descẽdisse, quinpotius ab inferis ascendisse iudicabimus. Hoc quãdo ita se habet, non descendit de celo patres pisana nuper patrum illorum ecclesia, nõ descendit de celo infaustus vbiq; z inuisus cetus, non tantum e celo facinus. Non descendit inquam, sed ruit. Quãobrem: quia non obseruat ea que celi sunt, non imitatur que celorum regni esse traduntur. At quare hoc rursus, quia prorsus aliena est a reuelatis apostolo conditionibus. At autem eas cõgruo ordine percurramus, quis vestrum putabit patres, illum conuentum qui vnius tantummodo nationis est, (si tamen vnius est, z nõ dimidiate vel nullius potius gentis legitima cottio) quis putabit illum vniuersam coegisse synodum eius ciuitatis, ad quam fortitudo gentium venit ad quam multitudo maris conuertitur, ad quam omnes per circuitum orbis terrarum congregantur, cuius minimus in mille est, z paruulus in gentem fortissimam. Tãtum enim abest vt ecclesia illa pisana vera dei ciuitas sit, quantũ abest vt sancta z legitima sit: tantumq; recedit a candore sanctitatis, q̃tum ad erroum foides accedit, accedit autem plus tanto, quanto magis z petrum ecclesie, z papam concilio, z suo consiliabulo summum verum certumq; christi vicarium subijcere conatur.

¶ Quod tamen nil aliud est mea sententia q̃s nature ipsius rationisq; ordinez peruertere, z filios patri, z membra capiti, pastoribusq; ipsi suarum greges ouium preficere. ¶ Sed z illud perspicuũ est, hierusalem nomen illi ecclesie nequaq̃ conuenire: propterea q̃ nec pacem habet, nec ordinis tranquillitatem, q; tam excellentem ecclesie ordinem subuertere cõnititur: vtpote q̃ contra romanam ecclesiam togata armataq; bella cõmouerit: quecũq; ad quoscunq; diuerterit, non modo pacem illis non attulerit, sed spem omnem pacis funditus euerterit, que singulatim omnia commorarem, nisi intelligerem nimio etiam plus q̃s vellem esse manifesta. Non igitur pisarum synodus, synodus hierusalem est, sed ciuitas ac turris babel potius: que in terra semaar confusionem fecit, z concordiam edificantiũ diuisit. ¶ At dicent nonnulli: Saltem vna ex multis, z quarta ex quinq; prescriptis conditionibus pisano cerui conuenit: nouitas scilicet. Quid enim tam nouum z inusitatum ac mirabile est, q̃s esse qui conentur efficere: vt miles duci, filius patri, domino seruus imperet, oues pastori, deniq; pedes z cetera membra capitis? Fateor equidem z ego quoq; noua hec esse, sed tamen aliena prorsus ab illa sempiterne sanctissimeq; ciuitatis nouitate. Multum enim inter hanc illamq; interest nouitatem. nomen vtriusq; commune est, sed res z significatio diuersa. Hec enim hierusalem nouitas a spiritu sancto est, z eterna est, at illam pisanam vnica tantum obedientia z ecclesie pars tũc effecit, cum scismatis illius tempore, tres ita maximi pontifices habebãtur, vt nullus eorum aut certus quidem, aut absq; ambiguitate verus petri successor existimaretur. Hec itaq; nunc pisana nouitas constantie tunc eorum habuit, z euanuit, basilee repullulauit, z exposita est, atq; his etiam temporibus (si vos viri eritis) interibit: quemadmodum sub eugenio quarto, summo maximoq; huiusce sedis pontifice repetita est. Neq; enim de celo descẽdit, atq; ob id diuturna non est, neq; vnius principatum amplectitur, qui et in illa triumphante ecclesia est, et hanc militantem conseruat: quemq; synodus pisana amplecti deberet, si e celo descendisset, z nunc q; multitudinis regimini (vti facit) innuit. Lõge igitur ab hac christi pisarum ecclesia discrepat, hec enim fidelium est, illa cauillantium: hec domesticorum dei, illa aberrantium: hec christianorũ hominum, illa vero eorum qui christi vestem conscindere, z a mystico christi corpore mystica christi membra seiungere non verentur. Habetis patres, quid de pisana synodo communiter constituendum sit, nunc de nostra laterana z de sensu animi mei pauca dicam.

**Cum ecclesia** Pisana de celo non descenderit (vti vidimus) z alteram ex proposito descẽdisse necessarium sit (hoc enim posuimus paulo ante) patet ecclesiam nostram, quam lateranẽsi. synodus perfecta refert, diuinam illam esse ciuitatem, que habet sanctitatem propriam, pacisq; abundantiam, et eterne nouitatis azimos z synceritatis panes. Quocirca cum vno summo vnius christi vicarij principatu, de celo descendit. Hec tamẽ si magno nobis esse debeant argumẽto, cõcilium nostrum rectum, sanctum atq; legitimum esse: huc accedit tamen primum quod conuenit hoc a rom. pontifice indictum, inchoatumq; est, deinde, quod preclara nostrorum maiorum concilia nos imitatur modo, quod eorum etiam multa apostolici splendoris prefulgentia exuperat. Postremo eidem postremo, ppterea quis presentia hec illustratur, pollicitus promittit spiritum veritatis omnem illi veritatem esse paraturum. Que cum ita sint, negnaq; illis assentiri patres, qui sole concilij nomine audito, rem sanctam z vtilem continuo arbitrantur effectam esse: propterea q; qui aptius z calliditus fallere consueuerunt, hi prauis rebus honesta vocabula pretendere sunt soliti. Et tamen Accedit illud probo, quod suis partibus omnibus absolutus perfectumq; est, quodq; illa habet, quę z necessaria concilijs sunt: z a sacrosanctis requiruntur atq; expectantur. Expectantur aũt multa hoc tpe z requiruntur: atq; hec potissimum, ecclesie videlicet reformatio, motũ prolabentium restitutio, exorti iam scismatis oppressio, conuersio infidelium, reuocatio hereticorum, roboratio optimarum legum atq; sanctionum, que ad salutem vniuerse dei christiane pertineãt. Atq; illa etiam que passim depauata z deformata cernimus, vt ecclesiastice dignitates, beneme ritis tribuantur, virtutes premijs honorentur, vitia aut leuere puniantur, aut saltem ab honoribus z premijs arceantur. Hoc enim nostrum lateranense concilũ, quod pia origine z ab autore suo sancte z legitime inchoatum est, si ad propriũ quoq; z cognatum finem corrigendi atq; emendandi que detorta sunt pretenderit, nulla erit ratio, quare qui contradicere aut vllo pacto opponere se voluerint, temerarij amentes, sceleratiq; insuper z nepharij hostes non merito existimentur. ¶ Quare si concilium hoc nostrum eũ finem extimoq; habere desideratis, quem sanctissima semper florentissimaq; concilia habuerunt, de his patres (q̃ tam dñi) prouidendum est diligenter: atq; de hoc celeriter omni cura diligentiaq; constituẽdum, quod neq; hodierno die dissimulare possum, neq; silentio vllo pacto preterire. Jactantur enim voces (que etiam ad aures meas pertigerunt) percussum pastorem, oues dispersas, pisanam synodum summo põtifice z in terris deo potestate autoritateq; interdixisse. Maximis ecclesiam patres, et dissensionibus nuper z nouis quibusdam vexari z perturbari malis sampridem vidimus: sed hec tanta, tam exitiosa, tam periculosa haberi concilia a patribus illis, q̃s quesso vnq; putauisset? Hũc quicquid est: quãtum ad vos delatum dedecus, z facinus admissum sit, videtis, memoria tenetis patres. legistis enim q̃ pluruma. Quid aliquando viri clarissimi z sapientissimi in calcedonensi synodo contra ephesinam secundam, z illius principem dioscorum, quid in constantinopolitana (que octaua fuisse dicitur) contra totum omnium discordiarum satorem decreuerunt, propterea q̃ ephesinus cetus grauiter errauerit, dioscorus in leonem vibis episcopum sententiam scripserit: forius autem non solum absq; romani pontificis autoritate concilium congregauerit (quod quidem alienum est ab homine christiano) sed in nicolaum etiã summum pontificem anathema protulerit. Quẽadmodum igitur cõcentus pisanus forum z dioscorum secutus est delinquendo, ita vos consulendo atq; animaduertendo, celeriter synodum calcedonensem, illam ex constantinopolitanam imitemini, incumbite patres ad ouium gregem, ad pastoris autoritatem, saluteq; ecclesiarum omnium respicite, prouidete (quod ipsum z facile factu est, z fieri debet) prouidete patres, ne quis talia posthac vnq; non modo perpetrare, sed ne cogitare quidem aut desiderare possit.

**Verum** De sanctissimo concilio nostro in tot aduersis rebus ad communem salutem z conseruandam et amplificandam legitima presidia desint, quinpotius (quod oim votis expetitur, desiderijsq; postulatur) ad debitum finem perueniat, ad te conuerto, iuli pontifex maxime, q̃ ea abs te peto, que tue virtutis, tue dignitatis, tue potestatis propria sunt. Antea eñ cum in singulis rebus insistebamus, alios ordines ecclesie inferiores, summo allocutionisq; de summa rerum dictarũ breuiter summum principem z caput omniũ appellamus. Te itaq; pater beatissime obsecro atq; obtestor, tua enim pot. deum maxima est potestas, tuum est imperium, tua respu. gubernatio, christiane fidei defensio) obsecro inquam z obtestor, hoc omni studio cures atq; efficias, vt hec synodus lateranensis parte congregata, quemadmodum ecclesia quam refert, de celo descendit (vti ioannes vidit) ita cum illa rursus ascendat in celum: hoc enim vniuersi totis devotisq; animis deprecamur. ¶ Assequetur autem hoc, te volente, teq; imperante, si tuipse pater sancte, omnipotentis dei (cuius vices in terris non solum honore dignitatis, sed etiam studio voluntatis gerere debes) potentiam, perfectionem sapientiamq; imitaberis. Atqui vt in primis potentiam imiteris, accingere pater sanctissime gladio tuo, tuo inquam accingere: huiusmodi enim habes, alterũ tibi reliquisse huius mundi principibus comparem: alterum tibi parem, atq; ita tuum, vt illum alius nemo. Si a te habere possit. Hoc itaq; gladio tuo (qui ecclesiastice potestatis est) accingere potentissime: z accingere super femur tuum. Super vniuersas humani generis potestates. Cumq; accinctus fueris, tum intende contra errores, contra hereses, contra dissensiones, deniq; contra inferni portas, errorum, heresum z dissensionum auctores, nec intende solum, sed etiam procede, z regna. Procede in primis z perpere procede gentes que bella volunt dissipando, tũ regna. facedos z rex que pacis sunt cogitando, inquirendo, persequendo, is namq; idem quem imitari debes, et rex regum est, pacisq; princeps et dominus dominantium, rexq; pacificus. ¶ Is hanc autem summam potentiam tuam, diuina perfectio comitetur, perfectio hec misericordia est: qua pater ille celestis et perfectus, solem suũ oriri facit super bonos et malos, pluitq; super iustos ac peccatores. Nam si tanta vbiq; misericordia prestabis, vt non modo amicos, sed inimicos etiam ac hostes ad tui nominis reuerentiã, ad apostolice sedis cultum, ad christi ecclesie vnitatem, ad huius concilij manifestam professionem venire compellas, recte pater sancte, dei perfectionem imitaberis humano more. Nulla enim de virtutibus omnibus, nec admirabilior, nec excellentior misericordia est, nulla magis principi propria, nulla potentie summe cognata magis atq; amica est. Hoc te pre regibus terre excellentissimum, hec te vniuersis populis adorandum, deoq; insuper te et gratum z amicum z simillimum reddet. ¶ Verum cũ multos multarum nationum gentiumq; viros clarissimos per dei tuam misericordiam ad hanc synodum venturos accessuroq; existimemus, vna se tibi ad hanc rem offert diuina sapientia: que a fine ad finem fortiter attingit, et disponit omnia suauiter. Huius nuper exemplo, a fine ad finem tum attigisti fortiter pater sancte, cum indicto concilio hoc atq; inchoato, vniuersos ad bene de christiana repu. sperandum excitasti. Dispones autem suauiter, prouidendo sapienter, ne vocati a te iuste queri possint, se (vt par erat) in re tanta expectatos non fuisse. Quare postquam hodierno die (quod bonum, faustum felixq; sit) de singulis que ad huiusce sanctissime synodi conseruationem z statum spectare videbuntur constitutum fuerit, tum de his quoq; constituatur nationibus: que quum intellexerint rome z a romano pontifice concilium synodumq; haberi, z desiderari se atq; expectari, cuncte procul dubio nobiscum vna ad christiane religionis disciplinam, ad apostolice autoritatis maiestatez, ad communem fidelis populi salutem, ad labentium rerum restitutionem, ad totius pterea ecclesie defensionem z rem, conuertentur. Sic namq; hoc sacrosanctum concilium in celum ascendet, cum catholica ecclesia quam refert z quam ioannes ciuitatem esse, sanctam esse, hierusalem nonamq; esse, atq; de celo descendisse contemplatus est. Dixi.

¶ Stationis Thome de Vio Caietani Cardinalis sancti Xisti, finis.



¶ Thome de Vio, Caietani, Cardinalis sancti Xisti, subtilissima de dei gloriosi infinitate intensiua, Questio.

¶ Utrum deus gloriosus sit infinite vi tutis, ¶ Questio vnica.

**Queritur** Utrum deus gloriosus sit infinite virtutis. ¶ Et arguitur q̃ nõ. primo. Quia aut deus mouet celum effectiue z immediate, aut non effectiue sed vt finis tantum, vel effectiue z mediate. ¶ Si primo modo, z est infinite virtutis: ergo motus celi esset in nõ tempore, quod est contra sensum. Consequentia patet ex viii. phy. tex. 79. z primo celi. tex. 52. z secundo celi. cõ. 58. z alibi ꝛc. ¶ Si secundo modo aut sertio, z est infinite virtutis: ergo haberur in rerum natura vna virtus, que si moueret effectiue z immediate, motus fieret in non tempore. Tunc vltra, sed possibile est virtutem illam infinitam mouere effectiue z immediate: ergo possibile est ex ea sequi motum in non tempore, quod est impossibile simpliciter. Prima consequentia ex antedictis est euidens. Affirmatio vero vltimi antecedentis patet ex eo quod virtus infinita nec est alligata causalitati finali motus nec mediate causalitati effectiue eiusdem, quin possibile sit ipsam ab his absoluí, alioquin infinita virtus non esset. ¶ Si dicatur q̃ hec ratio supponit deum agere naturaliter (id est non quanñvolt, sed quantum potest) z quod hoc non est necessarium: quia deus est natura intellectualis: cuius propium est agere secundum intellectus sui diffinitionem: vt artifices facere videmus: z consequenter deus tanta velocitate mouet: non quin plus possit. sed quia sic expedit ad sue arti expedire videt. ¶ Contra hoc primo. Quia saltem habetur intentum secundum aristo. z auer. ceteros q; philosophos, tenentes deum licet intellectualem, naturali tamen necessitate agere. Demonstratio siquidem posita in primo celi text. 90. ad ostendendam vnitatem mundi, manifeste supponit hoc: vt patet ex dubio ibidem moto ab alexã. z auer. z sã. tho. z ceteris. Cenatio etiã numeri intelligentiarum iuxta numerum motuum celestium in. 12. meta. tex. 43. hoc idem ponit. Numerus enim motorum non adequatorum, non potest ex motuum numero efficaciter concludi:

Universidad de Deusto
Biblioteca



cum posset facile quispiam dicere plures motus ab eodem excedente motore fieri. Inconueniens quoq; reputatur ab aristo. viij. phy. tex. 79. quod virtus finita z infinita possint equali tẽpore mouere: quod tamen ex hac resp̃sione sequeretur. Aluer. quoq; viij. phy. cõ. xv. z primo celi. cõ. xxj. z Auic. vj. meta. hoc idem sentire videntur. ¶ Secundo. Quia vt dicitur primo pitoum. z primo celi. tex. 119. id ad quod sequitur falsum impossibile. est simpliciter impossibile: sed ad virtutem infinitam positam in rerum natura. licet agẽtem libere sequitur falsum impossibile scilicet posse fieri ab ea motum in non tempore. ergo ipsam esse in rerum natura est simpliciter impossibile. Probatur minor. Cum quia non est impossibile deum velle vti tota virtute sua: vt inductiue patet in omnibus agẽtibus. Et vt dicitur in primo celi. tex. 102. ab vniuersali manifestata per inductionem in omnibus sensibilibus. non est resiliẽdum. Tũ quia considerata tantum virtute diuina infinita, z non considerato modo agendi. qui est posterior. scilicet agere per libertatem. sequitur motum fieri in non tempore: quãuis non de facto: tamen quantum est ex ratione potentie motiue. Constat autem non solum esse impossibile illud ad quod sequitur de facto poni aliquod impossibile in rerum natura. sed etiam illud. ad quod sequitur aliquod impossibile simpliciter. Unde hoc posset exemplificari sic. Quemadmodum positio rua duo dicit scilicet quod est virtus infinita. et agit libere: sic consequenter ego deduco duo. Ex primo quidem. q̃ fieret motus in nõ tempore: ex secundo autem quod de facto hoc falsum est. ¶ Ex quibus simul infertur quod ad infinitam virtutem licet agentem libere. sequitur aliquod falsum impossibile. z consequenter ipsam inueniri est impossibile.

¶ Secundo arguitur sic. Omni potentie actiue. in natura respondet aliquod possibile ex potentia passiua. z econuerso. (vt dicitur in primo celi. cõ. 124.) vel saltem respondet aliquod possibile manifestatum totius illius virtutis actiue vt sic. aliter frustra esset: cum potentia sit propter opus. ij. celi. tex. xvij. Sed virtus diuina motiua est infinita per te. ergo sibi respondet saltem possibiliter aliquis motus manifestatiuus infinitatis illius. Hoc autem est impossibile: quia aut ille motus esset corporis infiniti. quod impossibile est inuenire: aut corporis finiti in non tempore: quod est impossibilius aut esset corporis finiti in tempore eterno. vt est motus celi. et hic non concludit infinitam virtutem motoris: sed immutabilem z immaterialem: aliquin omnes motores celorum essent infinite virtutis. ¶ Et confirmatur. Quia quantitas virtutis actiue ex effectus quantitate cognoscitur: vt dicitur in primo celi tex. 116. Unde cum deus non possit producere effectum infinitum (vt communiter tenetur. z a philosophis z a theologis) consequens est quod virtus diuina infinita non sit. ¶ Et confirmatur secundo ex. iij. phy. text. 83. sic. Si impossibile est esse mobile. impossibile est esse motiuum. z econuerso. z similiter. si impossibile est esse mobile velocitate infinita. impossibile est esse motiuum velocitate infinita: sed impossibile est tale mobile inueniri: ergo z motiuum infinite virtutis.

¶ Tertio arguitur a credentibus se arguere ex cõ. xxxviij. secundi de celo: vbi auer. dicit. quod si motor non haberet potentiam termi natam. ergo neq; naturam terminatam: z sic intelligerentur ex sua natura motores infiniti: z non intelligerentur ex suo esse res propie ei⁹ etc. Ex illo enim commento arguunt. quod infinita virtus est ens impossibile inueniri in rerum ordine: quia si ponatur. sequeretur inquiunt quidam. quod totum non esset maius sua parte: accepta enim virtute illa infinita. et diuisa secundum intellectum in duas quasi partes: ex quo quanta est virtualiter. cum quelibet pars infiniti sit infinita. z vnum infinitum non sit maius alio. consequẽs est quod tota virtus infinita est equalis cuilibet suarum partium: quod est impossibile. Et ad hoc deducit ibi auer. cum dicit. quod si esset motor infinitus. intelligerentur ex sua natura motores infiniti. ¶ Alij vero eandem inde volentes deducere conclusionem. dicunt ideo esse impossibile ens habens virtutem infinitam: quia infinitũ propriũ est occupare totum. z ideo si daretur infinitum secundum virtutem. occuparet omnem virtutem: nec compateretur secum aliquam aliam virtutem. z sic periret ordo vniuersi. Et quia infinita natura contineret z occuparet infinitas naturas. natura autem est primum principium motus: ideo dicit. quod intelligeretur ex sua natura infiniti motores. ¶ Potest tamen dici. aliter. z ad mentem auer. ibidem arguendo sic. causa finitatis intensiue est distinctio formarum: z hec est communis formis materialibus z immaterialibus: ergo finitas illa est communis omnibus formis. Antecedens probatur. Tum quia distinctio formarum mouentium est causa finitarum proportionum ad mobilia: nisi enim esset diuersa natura mouentis solem. a natura mouentis saturnum. non posset reddi ratio suarum commensurationum ad mobilia proprie. Tum quia constitutiua formarum. ex quibus oritur earum distinctio. sic se habere necesse est. quod vnum aliquid claudit positiuum. quod reliquum non claudit. z econuerso. Ab infinito autem nullum positiuũ excluditur. ac per hoc perire⁹ multitudo z differentia motor⁹.

¶ Quarto arguitur sic. Si deus esset infinite essentie. sequeretur. quod nullum ens esset perfectius alio. hoc est falsum. ergo. Consequentia probatur supponendo. quod perfectio attendatur penes accessum ad summum. quod etiam habetur in proposito ex. z. meta. cõ. vij. vbi dicitur. quod primus motor est mensura omnium substantiarum. Hoc enim stante deducitur consequentia sic. Ecorum quorum nullum est alio propinquius summo. nullum est alio perfectius: sed si deus est infinitus. nullum aliorum entium est sibi. p̃pinquius alio quia a quolibet distat in infinitum. ergo inter entia alia a deo non datur perfectius z minus perfectum.

¶ Quinto arguitur auctoritatibus. ¶ Et primo auer. viij. phy. cõ. 79. vbi negat primum motorem esse infinitum. ¶ Secundo in secundo celi. cõ. allegato. 38. z. 39. vbi subdit. quod infinitas intensionis impossibile est quod inueniatur in formis inquantum sunt formę. ¶ Et confirmat hoc idem in cõ. 71. z in de substantia orbis ca. 3. ac. ¶ Arist. quoq; in secundo celi tex. 71. testimonium huic parti perhibet: dum dicit. quod si adderetur stella orbi erratico. vltimus orbis esset in labore. Constat enim vt ibidẽ. z in cõ. 48. declarat auer. quod vltimum orbem reuoluere alios. est motorem eius hoc facere. quem omnia desiderant: quem constat esse deum: z consequenter nihil aliud est dicere: vltimus orbis esset in labore. q̃ deus esset in labore. Hoc aũt nõ sequeretur si deus esset infinitus virtutis: ergo.

**In oppositum** ¶ Est autoritas arist. octauo phy. text. cõ. vlt. ventis infinitate pro medio termino ad concludendum deum esse incorporeum.

**In hac questione** Tria sunt agenda. ¶ Primo declarabitur titulus. ¶ Secundo probabitur pars affirmatiua. ¶ Tertio respondebitur rationibus ad oppositum.

**Quo ad primum.** Cum finiti z infiniti ratio quã-ritati congruat (vt dicit primo phy. tex. xv.) z quantitas diuidatur in successiuum z permanentem. z hec in quantitatem motus z perfectionis: supponamus q̃ deum esse incorporeum z immortalem etc. consequens est. quod nec de quantitate durationis. nec motus questio presens sit: sed de quantitate perfectionis. an infinita sit. Quia vero in infinitum negatiõe claudit. non est putandum priuatiue teneri. sed vt communiter et vere dicitur. negatiue: quoniam non queritur. vtrum deus non habeat perfectionis terminos. quos sua vel alicuius alterius natura nata est habere. sed simpliciter queritur vtrum nullos habeat perfectionis terminos. ¶ Et licet mutuo se consequantur infinitas virtutis z infinitas essentie: diuersa tamen questiua formaliter sunt. z diuersa habent propria media. Propter quod diuus tho. in. vij. q. prime partis tractat infinitatem essentie dei: z in. q. xxv. infinitatem sue potentie. Unde questio nostra de infinitate virtutis inquirens. si infinitatem essentie quasi pertransibit. arguenda insufficientie non est. ¶ Uertitur ergo hoc in loco in dubium: an virtus seu potentia dei glorioſi sit tante perfectionis quod nullis perfectionis limitibus angustietur. an non. Uerbi gratia. applicando questionẽ ad virtutem motiuam. an virtus motiua dei glorioſi sit tante perfectionis quod ex tum est ex se nullo limite claudatur. sed quacũq; velocitate data possit facere maiorem: an concludatur aliquo termino: puta quod vltra velocitatem. xxiiij. horarum non possit facere maiorem. Et hec de primo.

**Quo ad secundum.** Quia non est intentionis-sentis discutere difficultate hanc nisi inter peripateticos. horum duos tantum. principem scilicet eorum z auer. a quibus metaphysicalia media propria ad manifestandam infinitatem substantie diuine. aut non habemus. aut sic. vt videtur. modaliter loquendum imperitie exponere: ideo duobus tantum viis propositum ostendere. Unum tamẽ de ipsa diuina essentia premittens. scilicet quod est ipsum esse per essentiam. z totam essendi virtutem prehabens. superexcedẽsq; nobilitates omnium rerum que sunt. z que sunt. z que possunt esse. etiam simul sumptarum. ¶ Quod enim sit ipsum esse per essentiam. arguitur primo tertii. z auer. xij. meta. cõ. 51. testantur. ¶ Quod vero ipsum esse per essentiam. totam essendi virtutem prehabeat. apud sapientes pene omnes constat. Tum quia distinctio terminorum. in dubium verti non potest: sed vt communis animi conceptio est. quemadmodum mea corporalia non esse in loco. Expunxit quoq; ab auer. in cõ. xxj. v. meta. vbi dicitur in deo



continueri nobilitates omnium generum: cuiusq; siquidem rei nobilitas. fm aliquam essendi rationem est. ¶ Confirmaturq; ab eodem in. xij. meta. cõ. 18. z. 36. vbi dicit. in primo motore omnia contineri actu. z in con. 51. ¶ Quod autem omnium nobilitates simul sumpte deficiant a nobilitate prima: ex eo patet. q̃ cum ipse ita sit summum ens. q̃ ceterorum nobilitates claudat in se nobilissimo modo. tanto omnibus prestat. quanto eorum in se naturas nobilior habet modo. Habet enim omnia in se per modum sui: qui est purus actus omnino. Unde ridiculum est quod quidam non sunt veriti scribere scilicet q̃ cum dupliciter possit intelligi deum habere in se perfectiones omnium. vno modo sic. vt habeat in se vnam simplicem essentiam prehabentem omnia. vt pura actualitas. alio modo sic. vt habeat in se gradus perfectionales correspondentes singulis perfectionibus contentis. Si secundo modo verificaretur. tunc deus esset perfectior ceteris simul sumptis. si vero primo modo. non concluditur deum esse perfectiorem omnibus simul. sed singulis. Et q̃ primo modo verificatur. ideo ex his non habetur deum esse perfectiorem omnibus simul sumptis. Ridiculum inquam est: q̃ puerile est in philosophia. equare perfectiões particulares perfectiõibus vniuersalibus. Non enim est possibile fm rem. neq; fm intellectum (etiam data fingendi licentia) vt aliquid sit melius ipsa bonitate per essentiam: aut magis ens ipso esse per essentiam. aut magis viuens. aut intelligens etc. q̃ ipsa vita. z ipse intellectus per essentiam. Si ergo deus fm veritatem est huiusmodi. quomodo potest aliquid eo p̃fectius fingi? Unde arist. 12. meta. tex. 39. notanter concludit deum esse viuum. z sapientem etc. vt platonis attributum dogma confutaret. quod nobilitates entiũ diuisit. ponens aliud esse per se vnum. z aliud per se ens. et aliud per se vitam etc. Unde sicut leo platonicus esset perfectior non solum singulis. sed omnibus leonibus simul quatenus leones sunt. z si infinities infiniti leones particulares essent. omnes a per se leonis nobilitate deficerent: sic omnia entia per participationem. a primo per essentiam ente necesse est deficere. Quod etiã ex cautelarite equiuoca primi super omnia manifeste patet. ¶ Hac igitur primi entis nobilitate prehabita. ostendendum est. an virtus eius sit infinita intensiue.

**Prima** Ergo via ex fine. 8. phy. sumit sic. Arist. (vt auer. cõ. vlt. inquit) concludit in secunda figura deũ nõ esse virtutem in corpore. sic. Nullum corpus aut virtus in corpore est infinitum. primus motor est infinitus. ergo primus motor non est corpus. nec virtus in corpore. Probatur maior. q̃ virtus infinita aut esset in corpore infinito. z hoc non datur. aut in corpore finito. z hec ostensum est esse impossibile. Minor vero quia motus in tempore infinito est virtutis infinite. primus motor est huiusmodi. ergo. Hec est processus arist. in quo manifeste vtitur infinitate virtutis pro medio termino. Nec refert siue sic. siue aliter formetur processus arist. quoniam quocunq; modo formetur. in idem redit. vt patet in tex. ¶ Quidam autem perueritentes tertiũ dicunt. q̃ aristo. sumit quidem pro medio infinitam virtutem. sed virtus infinita potest esse dupliciter. Uno modo intensiue. et sic non accepit ar. Alio modo fm durationem: z sic intellexit. Ita q̃ maior est. nulla virtus in corpore est infinita fm tempus etc. ¶ Sed contra hos ex hoc processu arguitur sic. Premisse alicuius syllogismi probate anterioribus syllogismis. in eo sensu sunt sumende. in quo fuerunt conclusę in precedẽtibus rationibus. ista patet de se. sed premisse syllogismi facti in tex. viij. fuerunt probate p̃ alias rationes factas: vt ibidem fatetur etiam arist. ergo accipiẽde sunt in sensu. in quo probate sunt. Constat autem q̃ premisse ille probate sunt loquendo de infinitate intensiua. ergo accipiende sunt vt loquuntur de infinitate intensiua. Discursus bonus. et vltima tantum propositio restat declaranda. Que sic declaratur. Maior huius syllogismi fuit conclusio probata in tex. 79. quo ad hoc. q̃ virtus infinita non potest esse in magnitudine finita. z fuit conclusio probata in tertio phy. longo processu. quo ad hoc q̃ magnitudo infinita non datur. Sed in tex. 79. non est inficiari. quin loquatur de virtute infinita intensiue. ergo pallet premissa loquitur de virtute infinita intensiue. Minor vero est cõclusio probata ab arist. in hoc tertio ex conclusione tex. 78. Probat enim hic primum motorem esse virtutis infinite. quia mouens tempore infinito est virtutis infinite: vt ibi probatum fuit. Ad ult. Nam enim tertium excessse in hoc loco se remittit arist. dicens q̃ n. Impossibile est a finito moueri aliquid fm tempus infinitum. monstratum est iam hic. Cõstat enim q̃ nullibi probatum est nisi in tex. 78. Apertissime autez loquitur etiam ceci⁹. q̃ in tex. 78. non est sermo nisi de finita z infinita virtute intensiue. ergo altera etiam premissa loquitur de infinitate intensiua. Superfluum autem esse duri adducere demõstrationes aristo. in tex. 78. z. 79. vt ostendam ibi sermonem haberi de finitate z infinitate intensiua. Rationes enim adeo aperte sunt. vt ostensione hac non egeant. exigitur tamen ad hoc vt videantur. Et ne suspensum quem⁹ tam reddamus. donec libuum phy. viderit. fideliter ipsas demonstrationes adduximus. ¶ Demonstratio ergo habita in tex. 78. ad ostendendum q̃ motus in tempore infinito non potest fieri a virtute finita. est ducens ad impossibile. Et accipit primo ab aduersario eius positionem scilicet q̃ sit ita q̃ a virtus vt centum. moueat. b. mobile centum cubitorum in. c. tempore infinito. Deinde adungit huic propositionem possibilem scilicet q̃. d. virtus vt decem. que est decima pars virtutis vt centum. moueat. e. mobile decem cubitorum. quod est etiam decima pars primi mobilis. in tempore. 3. Et tunc arguitur sic. Hoc tempus. in quo mobile decem cubitorum mouetur a virtute vt decem. non est equale tempori illi. in quo mobile centum cubitorum mouetur a virtute vt centum. sed minus eo. Quia demonstratum est in. 6. q̃ ceteris paribus totum mobile. seu mobile maius. maiori tempore eget ad pertransiendum aliquod certum signum q̃ pars eius seu mobile minus. z ad sensum patet. Uel fm auer. (z in idem redit) quia maior potentia mouet maiori tempore scilicet maius mobile respectu alicuius signi. pertransiendi seu quod idem est. continuando tempus mobili. aliter non esset verum: quia vt dicitur in. 7. phy. tex. 36. media potentia mouet medium mobile in equali tempore per equale spatium. Cum ergo illud tempus sit infinitum. restat q̃ hoc sit finitum. Sit ergo tempus. 3. decem horarum. Et tunc arguit sic. Si augeatur virtus vt decem. donec cõsumat. aut adequet virtutem vt centum. z similiter augeatur mobile. 10. cubitorum donec consumat vel equet mobile centum cubitorum. necesse est proportionaliter augeri tempus. 3. decem horarum donec consumat. aut adequet tempus in quo virtus vt centum mouet mobile cẽtum cubitorum: quia necesse est equales virtutes mouere equalia mobilia tempore equali. Sed infinitum nõ potest consumi. nec aliquid potest ei multiplicatum equari. ergo tempus quo virtus vt centum mouet. impossibile est esse infinitũ: quod erat probandum. ¶ Demonstratio autem posita in tex. 79. probans. q̃ in magnitudine finita non potest esse virtus infinita. est etiam ad impossibile. Et primo supponit tria. Primum est. q̃ maior virtus motrix facit equalem motum in minori tempore. Secundum (quod ex primo sequitur) est q̃ infinita virtus facit plus in equali tempore quam finita. Tertium est. q̃ omnis motus est in tempore. Quibus stantibus arguit sic. Si in magnitudine finita esset virtus motiua infinita. sequeretur quod in equali tempore equaliter moverent virtus finita et virtus infinita. hoc autem est impossibile. ergo. Consequentia declaratur ibidem sic. Sit a. tempus vnius horę. in quo virtus infinita mouet. et sit b. tempus mille horarum. in quo virtus finita. puta ve centum. mouet. Tunc cum quanto virtus motiua fit maior. tanto tempus in quo mouet fiat minus per suppositiones. augeatur virtus motiua vt centum. in tanta proportione in quanta tempus vnius horę excediur a tempore mille horarum. et tunc manifeste patet. quod in equali tempore equaliter mouebit virtus illa finita in mille culpa proportione ad virtutem vt centum. z virtus infinita. quod erat impossibile deducendum. ¶ Ex his tam manifeste patet. quod nunq; fit sermo de infinitate durationis. sed semper de infinitate z finitate intensiua: vt qui his oblatis hoc nõ videt. non egeat medio. sed sensu intellectuali. ¶ Et confirmat. Premisse istius vltimi syllogismi intellecte. vt dicunt. de infinitate durationis. aut assumuntur ab arist. vt per se note. aut vt probate. Non vt per se note: quoniam sunt aut false. aut maxime dubitabiles. cum quia sol habet virtutem motiuam tempore infinito mota alterationis. tum quia totum corpus celeste mouet actiue motu locali sphęram ignis z supremum aeris tempore infinito. z tamen constat q̃ hec sunt corpora. nec secundum veritatem apparet aliquid cogẽs: nisi loquentes ad dicendum. q̃ virtus corporea actiua est necessario finita secundum durationem. Unde aristo. assumens vt per se nota ea que sensus perhibent esse falsa. plurimum peccasset. Nec vt probate: quia nullibi inueniuntur in hoc sensu probate. ergo.

¶ Et quoniam questionem hanc non aggredimur ea ratione. vt sciamus quid senserit arist. quoniam hoc a philosophia extraneũ est: sed vt sciamus. qua ratione hoc ecclesiam sit. in processu predicto ambiguitas magna est circa probationem minoris. que est questionis huius obiectum. ideo videndum hic est q̃ efficaciter minor illa probetur. Est autem ratio dubitandi: quia cõ. tex. 78. (i. f. motus in tempore infinito est infinitum. ex qua. probatur minor. tex.

Universidad de Deusto
Biblioteca



vit,scilicet primus motor est infinitus)loquitur de mouente tempore infinito ex parte mobilis:vt patet ex ratione probante ipsam:cõdiuidit enim tps mobili,minor autem ista loquitur de mouente tẽpore infinito ex parte magnitudinis,seu spatij super quod fit motus:vt patet in motu celi. Primus enim motor non aliter mouet tẽpore infinito,nisi quia mouet celum tempore infinito. Constat autem quod nec tps,nec motus celi habet infinitatem ex parte mobilis:sed ex parte spatij infinities pertranseundi. Constat autem q ad mouendum tempore infinito primo modo,requiritur virtus infinita:vt patet de motore orbis lune:qui est virtutis finite ⁊ sufficiens est mouere motu eterno. Eodem siquidem vigore,quo semel põt mouere suum orbem,potest infinities iterare motum illum:quia est inalterabilis ⁊ immutabilis virtutis:ꝛ vt dicitur in.8. phy.tex.85. semper similiter se habens in se ⁊ ad mobile,semper idem faciet.

¶ Et vt clarius percipiatur nodus questionis,sciendum est,ex.6. phy.longo processu,quod tempus motus conditiuiditur mobili, et conditiuiditur magnitudini,super quam est motus. Et similiter dupliciter infinitum esse contingit. Vno modo ex parte ẽtitatis mobilis. Alio modo ex parte quantitatis spatij. Mobili quidem conditiuiditur tempus,⁊ ex eo infinitatur:quia si aliquod certum signũ in aliquo spatio designatum sit pertransiendum, prius pertransitur ab vna parte mobilis q̃ ab alia. ⁊ si pertranseundum est a pluribus mobilibus inequalibus vno decem cubitorum,⁊ altero viginti ꝛc. ⁊ ceteris paribus queratur q̃tum erit tempus mensurans transitus istos:manifeste patet quod si mobile decem cubitorum transit illud signum in vna hora,quod mobile viginti cubitorum pertransibit illud in duabus:sicut etiam illud,met signum prius transit medietas mobilis q̃ totum. Oportet enim seruata equalitate motus,q̃to mobile est maius tardius pertransire signũ illud,verbi gratia:Si primus orbis ⁊ orbis lune equaliter moueretur⁹,signatum punctum orientis orbis lune tanto citius pertransiret q̃to minor est primo orbe. Ita quod quando orbis lune peregisset suum transitum,forte adhuc nec milleſima pars primi orbis punctum illum orientis transisset,ꝛ idem est in motu recto. Unde si infinitum est mobile,infinitum necesse est,esse tempus,in quo datum signum pertranseundum est. Magnitudini vero conditiuiditur tempus,ꝛ ex ea similiter infinitatur:quia finitum mobile prius transit viam partem magnitudinis q̃ aliam,ꝛ sic ceteris paribus q̃to maior fuerit magnitudo pertranseunda,tanto maius erit tempus mensurans motum:ꝛ si infinita infinitum:vt in motibus processiuis manifestum est. Nec refert in ꝓposito,an magnitudo seu spatium coincidat ratione materie in idẽ realiter cum quantitate mobilis:vt in motu celi contingit. Non enim est aliud spatium pertrãseundum a primo corpore q̃ quantitas ipsius: vt auer.dicit in.ij. celi.cõ.46. Patet enim quod celum primus pertransire partem spatij,que est ab oriente ad meridiem,q̃ illam que est a meridie ad occidens:nihil minus q̃ si ibi esset realis distinctio quantitatis spatij ⁊ quantitatis mobilis. Similiter non refert in proposito,an quãtitas spatij quantitatem temporis augeat,ex quantitate suarum partium nunq̃ ab illo mobili pertransitarum:vt contingit in motu recto ⁊ prima reuolutione circulari:an ex quantitate earundem partium que pluries pertranseunde sunt:vt contingit in reflexione motus recti,ꝛ in secunda reuolutione circulari,ꝛ deinceps. Spatium enim idem secundo pertrãseundum,alterius spatij equalis primo rationem habet,ꝛ perinde quantificat ⁊ extendit tempus,acsi alterum equale primo esset(seu vt melius loquamur)ac si esset altera pars totalis spatij equalis prime parti,ꝛ similiter est de omnibus reuolutionibus circularibus.

¶ Ex his igitur patere possunt tria. Primum,quod tempus quo mouetur celum perpetuo,est infinitum non ex parte mobilis, sed magnitudinis seu spatij:quia celum corpus finitum est,ꝛ ideo tempore infinito mouetur,quia spatium ab oriente in occidens infinities peragit. Secũdum,quod tempus quo probauit arist.in ter. 78.non posse fieri motum a virtute finita,est infinitum ex parte mobilis:quoniam manifeste ibi fit diuisio temporis secundum diuisionem mobilis:dum augendum proportionaliter dicitur ꝓ rñ augmẽtationem mobilis ⁊ motoris,vt contra proteruos syllogizetur sic. Quãtitas temporis aucta ⁊ diminuta proportionaliter rñ augmentationem ⁊ diminutionem potentie motoris ⁊ quantitatẽ ipsius mobilis,est ẽtitas se tenẽs ex parte mobilis,patet ista ex terminis:ꝛ ex septimo phy si.ter.xxxvj.sed quantitas hec tẽporis,de q̃ loquitur arist.est huiusmodi:vt patet de se:ꝛ auer.in cõ.expresse,asserit cum ceteris expositoribus.ergo. ¶ Ex his autem liquet tertiũ principaliter intentum:quod scilicet processus arist.non sufficienter videtur probasse minorem scilicet primus motor est virtutis infinite:sed equiuocationem videtur commisisse in medio termino. qui est mouens tempore infinito:dum in maiore pro syllogismi,q̃ fuit conclusio ter.78.sumitur pro mouente infinito infinitate se tenente ex parte mobilis:cum dicitur,omne mouens tempore infinito est virtutis infinite:ꝛ in minore sumitur pro tempore infinito infinitate se tenente ex parte spatij,cum dicitur:q̃ primus motor mouet tpe infinito,restat igitur ambiguitas nõ parua in hoc ꝓcessu.

¶ Omissis autem opinionibus pluribus,que a diuersis de vi huius demonstrationis dicta sunt. Sco. enim in quolibet.q.vij.ad primum credens secundum ari.primum motorem infiniti vigoris intensiue,dixit hoc concludi ex eo quod mouet a se:quia quod mouet a se, est a se:et consequenter habet plenitudinem actualitatis et entitatis, que absq̃ infinitate intensiua non est. Egidius vero in.8.phy.credens idem, dixit hoc concludi ex eo quod totus motus infinitus est propius effectus dei:quia quod potest in infinitum motum quo ad suam totalitatem,potest nihil minus in ipsum,cã si sit vnius mobilis absolute q̃ si sit vnius mobilis infinities iterati.ꝛ consequenter est virtutis infinite:quia a ꝓpria causa effectus recipit mensuram ⁊ speciem. Ibis inquam omisis,quia absq̃ probatione dicta sunt,quod mihi videtur scribendum est. Vtrum enim,ꝛ(vt melius dicamus)extraneum valde est quod arist.medium terminum tacuerit,ꝛ tantum studium apposuerit circa id,sine quo sua ratio ex tacito medio tenet:vt sco.dicit. Non enim in.8.phy.aliud medium assumitur,nisi mouere tempore infinito,ꝛ de hoc magna solicitudo fuit,quod exigat virtutez infinitam. Constat autem quod hoc abstrahit a mouere a se,velnon a se:ꝛ quod motioni a se accidit,quod sit in infinito tempore,nihil enim minus concluderetur,si esset in tempore finito:vt ipsemet fatetur. Hec valet ratio dicens,quod infinitas non dependens,sed prima est propium medium ad virtutem infinitam:quia secundũ hoc primitas motus esset propium medium sue ille motus sit finitus,siue infinitus:ꝛ sic idem quod prius. Unde finitas ⁊ infinitas motus vndiq̃ per accidens concurrunt.ꝛ sic ari.scientiarũ altifex.tacuisset ea que sunt per se in medio termino scilicet primitatẽ motus:ꝛ solicitus fuisset circa ea que sunt in eo per accidens scilicet infinitatem temporis,cuius oppositum vbiq̃ docuit faciendũ. ¶ Egidij vero deductio q̃ sue veritatem a longe tangere videat (vt in sequentibus patebit)veritatem tamen assecuta non est:quia ex eo quod totus motus celi ponitur effectus alicuius ⁊ cause p se, non est ab eo nec sequacibus deducta infinitas intensiua illius cause:sed assumpte sunt propositiones voluntarie vel remote:vpote quod propius effectus a per se causa recipit speciem ⁊ mensuram. Ex hac enim non habetur quod totalitas infinitatis extensiue necessario fiat per se ab infinitate intensiua:sicut nec ex hac est ens infinitus fit a causa infinita.cum non appareat,quare ipsa totalitas ⁊ vnitas infiniti motus non possit per se intendi,ꝛ fieri a virtute finita immobili ad continuandam ⁊ conseruandam perpetuo inferiorum successionem ꝛc.vt dicitur in secundo de generatione tex.56.7.12.meta.cõ.306. Ratius igitur quod mihi in re hac apparet prosequendum est:ex quod difficultatem motam directe pulcritat,ad principale propositum propiam viam docet,ꝛ arist.cã mente q̃ verbis consona videtur. Premittendum est ergo primo,quod per petuitas motus sicut ⁊ alia quantitas dupliciter imaginari potest quod fiat ab aliqua virtute. Uno modo per se primo,secundo modo non per se primo. Et ne in equiuoco laboremus:illud dicitur fieri per se primo ab aliqua virtute,in quod potest virtus illa ex propria ratione:in illud autem dicitur posse aliqua virtus ex ꝓpria ratione,in quod potest ex perfectione clausa infra latitudinem propiam illius virtutis. Et per oppositum illud debet fieri non per se primo ab aliqua virtute,quod quidem fit ab illa virtute ex aliqua conditione annexa illi virtuti,que est extra latitudinem illius virtutis formaliter sumpte:verbi gratia:ꝛ est exemplum deficiens proposito. Ignis calefactiua vt octo.b.ignis durans centum annis,potest duos effectus scilicet ⁊ calefacere vt octo,et centum annis continuare hunc calefactionis motum:sed primum potest ex ratione ꝓpria inquantum est virtus calefactiua tantum ꝓ fectionis scilicet vt octo,hec enim perfectio infra latitudinem virtutis calefactiue clauditur. Secundum vero non potest ex propria ratione:alioquin omnis virtus calefactiua vt octo hoc posset: quod patet falsum m.d.igne durante per diem naturalem:sed potest ex annexa sibi durationc centum annorum: quam patet esse extra rationẽ virtutis calefactiue ⁊ cuiuscũq̃ alterius virtutis motue



**Quo ad tertium** Propono vnã propositionem: ¶ vnam distinctionem: ex q̃bus probabit intentũ. Propositio est hec. Omnis potentia rei naturalis respicit per se primo ¶ naturaliter aliquem actum. Probatur quo ad primam partem: quia vt dicitur. ix. metap. tex. xiij. potẽtia diffinitur per actum. Actus nãq diffiniens potentiam, procul dubio est per se primo respectus ab illa: quoniã neq̃ actus per accidens, neq̃ actus per se secundo, illi equiualet. Quo ad secundã vero partem (scilicet naturaliter) probatur: quia ex secundo phy si. text. lxxviij. vnumquodq̃ sicut agitur, ita aptum natum est agi, et econtra: sed potentia fit a natura ¶ est propter actum: vt patet. ix. metap. textib⁹. xv. ¶ xvj. ergo potẽtia naturalr fit ¶ est ꝓpter actũ, ergo propter actum. quẽ p se primo respicit: ¶ sic ois potẽtia naturalr respicit suũ per se primo actũ. Totus ꝓcessus clarus est ex allegatis et traditis in. ij. phy. quomodo natura agit propter finẽ: et quo pacto ea que a natura aguntur propter finem, naturaliter inclinantur in finem ꝛc. ¶ Distinctio vero est, q potentia receptiua potest comparari quatuor modis ad actus. Potest enim coloꝛabile (verbi gratia) comparari ad coloꝛem, ad speciem coloris, ad contrarium coloris, et ad disparata scilicet sonos. Si comparetur ad coloꝛem, sic comparatur naturaliter et per se primo. Si ad speciẽ eius, naturaliter quidem, sed non per se primo. Si ad cõtrarium, violente. Si ad disparata, nulliter nisi forte per accidens. Hec hec egent probatione: quoniam per se sunt nota ex terminis: nisi quis obiciat actus ad quos potentia se habet obedientialr. Sed quoniam de hoc erit frequens questiõ, nec hi locantur a scoto sub potentia neutra, ideo nihil propositi obstãt. ¶ Ex his autem deducitur opposita opinio: scilicet q omnis potentia in rerum natura relata ad actum receptibilem in ea, aut est naturalis aut violenta: ita q nulla est neutra. Omissa pro nunc potentia obedientiali: vtpote non spectante ad presens propositum. ¶ Probatur autem hec conclusio sic. Omnis potentia receptiua alicuius actus, aut respicit illum per se primo, aut per se secundo, aut contrarium his: sed tam actum per se primo respectum q̃ per se secundo, respicit naturaliter, et contrarium eis respicit violenter: ergo omnis potentia receptiua alicuius actus, aut est naturalis aut violenta. Minor, est per se nota. Et maior probatur sic. Si daretur quartum genus actũ receptibilium in aliqua potentia, illud esset actus disparatus ab eo quem per se primo respicit illa potentia: sed hoc esse non potest: ergo potentia non potest recipere nisi illa tria numerata. Et autem hoc sit impossibile, patet inductiue. Coloꝛabile enim nullam habet potentiam ad sonos, neq̃ calefactibile ad coloꝛes: et sic de alijs. Et probatur ratione: quia potẽtia vnius generis non est ad actus alterius: vt patet. xij. metaph. in tractatu de principijs predicamẽtorum. Et quoniam rationi hec consonant, ideo hanc sequamur viam. Et hec de tertio.

**Quo ad quartum.** Respondetur, q̃ distinctio illa trimẽbris est voluntaria quo ad tertium membrum. Nec id quod adducitur de superficie iuuat: quoniam aliud est loqui de superficie absolute: et aliud de superficie physica tali in rerum natura manenta. Superficies eñ absoluta non solum abstrahit ab albo ¶ nigro, sed etiam ab omni sensibili: ¶ rursus aliqua superficies est que repugnat coloꝛi omni: vt patet de superficie celi. Itaq̃ loquendo de superficie tali: id est coloꝛabili, dicitur q vt sic non est indifferens ad album et nigrum per exclusionem inclinationis naturalis, sed per exclusionem maioꝛis ad vnum q̃ ad alium: quoniam huiusmodi superficies respicit naturaliter coloꝛem, et omnes species eius, q̃ coloꝛem per se primo, speciem vero per se secundo. Et simile est de materia prima respectu diuersarum formarum substantialium: hyla quidem per se primo respicit formam per motum aut mutationem acquisibilem quouismodo, per se autem secundo respicit hanc et istam formam. Et sic naturaliter inclinatur in omnes: ¶ indifferens est ad omnes aut multas, non per exclusionem inclinationis naturalis ad eas, sed per exclusionem maioris inclinationis ad vnam q̃ ad aliam. ¶ Ad id vero quod adducitur de potentia locabili in angelo, dicitur q falsum supponit: scilicet in angelo esse potentiam passiuam respectu ipsius vbi. Ut enim in tractatu de angelis dictum est, angelum esse in loco, non est ipsum recipere aut pati, sed operari, seu virtualiter tangere locum. Unde non oportet solicitari nisi de actiua potentia angeli: quam constat esse naturalem, libere tamen exercitam. ¶ Quamuis ea que adducuntur a scoto ad probandum suum intentum de angelo, non cogant: quoniam hec consequentia formaliter non valet. A. est naturaliter in vno loco, ergo est violenter in aliquo alio: vt patet de singulis partib⁹ orbis lune. Quelibet eñ est naturaliter in occidente et similiter in oriente, et tamẽ nullibi violenter: et mutat locũ subiecto et ratione. Hec confirmatio ex aucten. conuincit: quoniam non nisi de motu mere naturali verificatur dictum eius. Motus enim celi naturalissimus est ex parte principij passiui (ita q ex hac naturalitate redditur ratio (quare in eo nullus est labor: mouenti: vt patet secundo celi text. lij.), quamuis ex parte principij actiui sit animalis. Unde hoc magis ad oppositum intenti scoti videtur: quoniã sic motus angeli esset naturalis ex parte principij passiui absq̃ sequela inconuenientium, sicut de motu celi dicimus. Hec de quarto et de tota questione.

¶ Utrum potentia receptiua actuum supernaturalium, sit potẽtia naturalis. Questio ij.

**Arta** Eundem articulum querendum erat, Utrum potentia receptiua actuum supernaturalium, sit potentia naturalis. ¶ In qua questione quatuor agẽda sunt. Primo declarabitur titulus. Secũdo recitabit opinio scoti. Tertio examinabit. Quarto rũdebit q̃sito.

**Quo ad primum** Potẽtia receptiua hic sumitur formaliter vt receptiua est quicquid sit de ipsa vt elicitiua actus. Actus supernaturalis dicitur, quem non potest fm nature cursum adipisci: vt gratia, charitas, visio dei, et reliqua huiusmodi. Potentia naturalis vocatur non subiective: id est potentia nature: sed formaliter: ad est potentia naturaliter inclinata. Ita q sensus questionis est, Utrum potentie in rebus naturalib⁹ inuente in quibus recipiũt actus supernaturales, naturaliter inclinentur ad illos. Hec de primo.

**Quo ad secundum** Scotus in primo, quest. j. prologi: ¶ in. iij. distinc. xiij. in pluribus locis tenet affirmatiuam partem questionis. Putat nanq̃ q potentia comparari potest ad actum recipiendum, et agens impressiuum actus. et q in prima comparatione nulla est supernaturalitas. sed potentia est, vel naturalis, vel violenta, vel neutra. In secunda autem comparatione est differentia naturalitatis a supernaturalitate: quoniam si comparatur ad agens naturaliter impressiuũ, est naturalitas: si nõ naturalr impressiuũ, est supernaturalitas. Cõfirmatq̃ positionẽ suã ex hoc, q potentia receptiua actus supernaturalis, seipsa est receptiue capax illi⁹: ¶ naturaliter ꝑficitur p illi cum h⁹, ¶ naturaliter appetit illũ. Ex his manifeste sequit, ergo naturalr inclinat in illũ, ¶ ergo est potẽtia naturalis respectu illi⁹. ¶ Singula autẽ assumpta ꝓbant. Primũ q̃dẽ: q nullo eget potentia anime medio ad recipiendum charitatem: et similiter intellectus respectu luminis glorie ꝛc. Secũdũ ꝓbo: q potẽtia naturaliter perficitur per actum qui est eius perfectio. Tertium autem: quia vnumquodq̃ appetit naturaliter suam perfectionem, sed maxime naturaliter appetit maximam perfectionem, ex principio metaphysice. sed actus supernaturalis, vt visio dei ꝛc. est maxima perfectio. ergo ꝛc. Sumus igitur secundum hec in naturali potentia ad supernaturales perfectiones: non possumus tamen acquirere eas nisi supernaturaliter: quia oportet acquisitionem hanc ab agente supernaturali scilicet deo glorioso causari. Hec de secundo.

**Quo ad tertium.** Tria minus bene dicta in predicta opinione videntur: scilicet principalis conclusio ¶ eius probatio, ¶ vsus vocabulorum. Male in primis vitur ly supernaturale, dum omnem actionem dei ad extra supernaturalem vocat: quia deus est agens non naturale, sed liberum. Constat namq̃ quod alia est distinctio naturalis contra supernaturale, ¶ alia naturalis contra liberum. Primo namq̃ modo anima sortis producitur naturaliter, secundo autem non. Unde nisi vocabulis abuti velimus ad placitum cuiusq, supernaturale est quod supra facultatem ordinis creaturis debiti in eis est. Omnes enim naturalia a supernaturalibus distinguimus frequenti vsu per hoc quod aliquid fit secundum debitum nature ordinem, ¶ aliquid fit supra illum. Ratio deinde assumpta manifeste aut falsa est, aut petit principium. Unum enim dicit, quod potentia naturaliter perficitur per suum actum, ¶ similiter appetit suam perfectionem: aut ly suum significat suum per informationem actu vel potentia, aut suum per naturalem proportionem seu inclinationẽ. Si primo modo, falsa est maior: graue enim existens sursum, non

Universidad de Deusto
Biblioteca



naliter sed violenter perficitur per esse sursum, & tamen esse sursum est actus & perfectio eius per informationem. Si vero secundo modo, petitio est principij in minore. hoc enim est probandum scilicet quod potentia naturalis habeat actum supernaturalem vt nunc hoc modo. ℣ Quod quocq; dicitur de immediata receptione cuiuslibet propositum nihil inferens: ens enim immediate est receptiuum figure mercurij, & tamen non naturaliter. Conclusio demum principalis volumtaria relinquitur: & irrationabilis ostendetur probando oppositum. Hec de tertio.

**Quo ad quartum** Conclusio responsiua questionis est. q; potentia ad actus supernaturales. nō est naturalis. sed obediencialis. Et probatur tripliciter. Primo ex parte actus sic. Actus supernaturalis dupliciter inuenitur. s. fm se vt gratia. & fm talem modum fiendi: vt visus ceco datus. Alius enim secundum se est naturalis actus hominis: sed q; ceco in instanti detur. supernaturale est. Charitas vero & alia sunt secundum se actus supernaturales: adeo vt implicet contradictionem connaturales esse. aut fieri alicui creature facte vel factibili. vt etiam ipse scotus in secundo. di. 23. fatetur. Si ergo in natura nulla est naturalis potentia ad actum supernaturalem ratione modi vt sic. a fortiori nulla est naturalis potentia ad actus supernaturales simpliciter. Sed in natura nullam esse naturalem potentiam ad illos genus. patet ex frequenti vsu: quo naturalem potentiam ad miracula negamus. Et ex hoc sequitur q; supernaturalitas inuenitur non solum comparādo potētiā ad agens. propter supernaturalem acquisitionem actus: sed etiam cōparando potētiam ad actum propter supernaturalitatem actus in se. ¶ Secundo ex parte potentie sic. Omnis potentie passiue naturali. respōdet aliqua potentia actiua proxima: ergo respondet potētia actiua naturalis. Antecedens est maxima assumpta ab aristo. 3. de anima tex. xvij. ad probandum dari intellectum agentem. Fundatur enim super hoc. q; in omni natura vbi est patiens. oportet ponere agēs. Et certum est q; de proximo non de primo agente loquitur: alioqn distribuuam nō fecisset: dicens in omni natura &c. Et per hoc excludunt responsio scoti. dicentis. q; sufficit q; detur primum agēs. Consequentia autem probatur: quia potentia supernaturalis nō est proximum actuum naturalis potentie: vt ex terminis patet. naturale eñ soli naturali cognatum est. ¶ Tertio ex parte subiecti. Nisi enim quidditatiua cognitio alicuius sit sufficiens ratio omnium proprietatum eius. & ex ea soluantur omnes difficultates cōtingentes rei (vt in quarto phy. dicitur) cōsequens est. q; cognita quidditative re aliqua. cognosci ex ea possint oēs eius naturales potentie: & quū potentie cognitio ex actu pendeat (vt dicitur. ix. metā.) cōsequens est. q; actus ad quos sunt naturales potētie cognoscantur. & cum huiusmodi actus sint supernaturales apud scotum. sequitur de primo ad vltimū. q; ex cognitiōe quidditatiua alicuius naturalis cognoscūtur supernaturalia: quod est manifeste falsum. ℣ Et confirmatur. Quia certe scimus hanc maiorem. q; nulla naturalis potentia est frustra. ergo si scimus hanc minorem. q; in materia vel anima vel quacūq; alia re est naturalis potentia ad actū supernaturalem. opz cōcedere q; scimus supernaturalia illa debere esse: & sic sciemus resurrectionem mortuorum futuram. & gratiam iustificantem impium &c. quod est ridiculum. ℣ Nec euacuat hanc rationem responsio scotica. dicens q; anima fm illā rationē est ignota. Cognitio nāq; quidditatiua alicuius. nihil naturale illius incognitum relinquit: qm continet formaliter vel virtualiter oēm illius notitiam. ℣ Nec euaditur. dicendo q; substantia non potest a nobis. p statu isto quidditative & ppie cognosci: qm quicquid sit de hoc. habetur intentum. scilicet q; ex quidditatiua rerum naturalium cognitione. siue habeatur pro statu isto siue non. possit scientia haberi de supernaturalibus. & sic reuelatio de gratia. beatitudine pollicita. resurrectione & aliis huiusmodi. ad que naturalis potentia receptiua non frustra. erit necessaria secundum quid scilicet pro statu isto. & non simpliciter: quod est manifeste falsum. Hec de quarto. ¶ Finis.

## ¶ De subiecto naturalis philosophie ad fratrem vincētiam de vincentia lectorem mediolani, Questio.

¶ An ens mobile sit subiectum in philosophia naturali. Cō. xix.

**Queritur** An ens mobile sit subiectum in philosophia naturali. ¶ Et videtur q; non. Primo. Quia aut ens mobile significat substantiam mobilem. aut accidens mobile. aut tertium commune vtrisq; Si primum cum substantia mobilis & corpus mobile sint idem conuertibiliter, sequitur q; poneretur secundum rem corpus mobile subiectū philosophie. quod est contra tenentes ens mobile. Si secundum. hoc est manifeste contra omnes. & veritatem. Si tertium. tunc sequeretur. quod ens diceret tertium cōceptum abstrahibilem a substantia & accidente: quod est contra thomistas. ¶ Secundo sic. Subiectum scientie debet esse vnius rationis formalis: alioquin nō haberet quod quid est. & consequenter nec esset principium scientie: qa vt dicitur in primo de anima in textu. xj. principium omnis demōstrationis est quod quid est. Nec haberet aliquā per se primo passionem: quia ei quod non est in se natura vna. quicquid per se vni conuenit. conuenit ratione partium. & consequenter nulla passio cōuenit ei primo. ens autem mobile dicit aggregatum ex duabus rationibus formalibus: ergo non est subiectum. ℣ Si dicatur. quod illa duo ponuntur ad circūloquendum vnam rationem formalem. quemadmodum mons est ponere passiones loco differentiarum. contra. Ratio subiecti in scientia debet esse primo & maxime nota in scientia: eo quod tota scientifica cognitio ex illa dependet: sed si circumlocutione egeat. non esset huiusmodi. implicatio siquidez est in adiecto. dicere quod est ratio formalis in scientia. & quod circūloquimur illam passionis nomine. vtpote occultam. ergo &c. T.c. 42.

¶ Tertio. Si ens mobile esset subiectum philosophie naturalis. aut philosophia naturalis esset pars metaphysice. aut esset subalternata illi. vtrumq; est falsum: ergo. Tenet consequentia: quia aut ens mobile addit supra ens conditionem per se diuidentem ens. aut accidentalem enti. Si primo modo: sequitur quod ens mobile a metaphysico considerandum est: quia in primo posteriorum. ca. xxij. dicitur quod eiusdem scientie est considerare subiectum aliquod et partes subiectiuas per se. & consequenter esset philosophia naturalis. cui ascribitur ens mobile. pars metaphysice. Si secundo modo. sequitur quod philosophia naturalis metaphysice subalternata retur. eo quod vt dicitur in primo posteriorum. ca. viij. descendere de genere in genus secundum quid. idest secundum conditionem accidentalem (vt communiter exponitur) est solius scientie subalternate conditio ab aristo. tradita.

¶ Quarto sic. Subiectum in scientia debet esse illud. ad cuius rationem formalem omnes resoluuntur passiones et conclusiones illius scientie: vt de se patet: sed passiones & consequenter conclusiones physice resoluuntur vltimo in philosophia naturali ad quod quid est substantie. seu corporis naturalis: eo quod omnia accidentia physica causantur ex substantia naturali. ergo substantia naturalis seu corpus naturale ponendum est subiectum.

**In hac dubitatione** Primo distinguam opiniones. Secundo declarabitur opinio san. tho. Tertio simul ipsa confirmabitur. et contra alias opponetur. Quarto respondebitur argumentis in oppositum.

**Quo ad primum** Sciēdum est de subiecto adquato philosophie naturalis (de quo hic est sermo) quosdam loqui in re hac naturaliter. quosdam vero innaturaliter: propter quod hi a nostra resecandi sunt disputatione. quam inter philosophos agimus. Supponunt enim intelligentias mobiles esse: & philosophiam naturalem infra sensibilia non arcrantes. commune aliquid sensibilibus et separatis a materia. quatenus mobilia sunt. subiectum philosophie dicūt: operantq; errorem suum theologice pietatis nomine.

¶ Contra hos enim non oportet naturalem disputare: apud quē indubitatum principium est. substantias abstractas immobiles esse: & terminum considerationis philosophice esse animam humanam. partim abstractam. partim non: vt dicitur. ij. physi. tex. xxvj. & vltimum quod potest naturalis de intelligentijs attingere. est declarare quia sunt: vt auer. dicit primo phy. cō. vlt. ℣ Quanta tamen sit quorundam horum temeritas. silentio minoluendum non est. cū presumant propriam opinionem theologi sententiam asserere: sicq; theologice facultatis expertibus. in philosophia tamen nutritis. deridendi theologiam occasionem prebent. Non est enim ex sacra scriptura. nec ex theologis sanctis ab ecclesia approbatis tractatum. quod angeli sic mouentur. vt motus contrui subiectū sint: sed potius oppositum. vt in theologia discussum a sanctis est. Vnde si peripatheticos arguendos censent. gloriantur ex scotica ostentatione hos se errores deprehendere. non ex theologia.

¶ Hijs ergo omissis. ad naturales transeamus. Quorum opinio non est vna: dum alij mobile. alij ens. alij vtrunq; ex subiecto physice resecandum putant. Et illi quidem qui neutrius nomen rectum putant. secunda & quarta ratione ad oppositum facta mouentur: et proprie sensibilem seu naturalem substantiam subiectum fore censent. Alij aliqui vero ens tantum abijciunt. corpus mobile subiectum philosophie ponunt. Et hi adhuc diuisi sunt dum quidam ly mobile passionē significare concedunt: quidam autem rationem formalem corporis physici supponere contendunt. Mobile autem tantum abijciētes. sunt qui ens naturale subiectum dicunt. ℣ Sunt ergo quinq; opiniones naturaliter loquentium: scilicet thomistarum. tenentium ens mobile: et albertistarum. dicentium corpus mobile: & modernorum multorum. dicentium substantiam naturalem seu sensibilem: et quorundam etiam modernorum asserentiū corpus physicum seu naturale: et eorum qui ens naturale subiectum credunt.

Albertistarum et egidij sententia.

Alioqn opinionum nōtios de subiecto physice nūdum ademato.

**Quo ad secundum** Cum ens mobile cōplectionem quandam nominum contineat. singula distinguenda sunt. Et primo quidem circa ly mobile triplici opus est distinctione. ¶ Prima est q; cū mobile motum respiciat. sicut motus sumitur dupliciter: scilicet propie. vt distinguitur contra mutationem in. v. physic. et ad tria tantum genera esse dicitur. et communiter. vt continet in se et motum propie dictum et mutationem scilicet generationem et corruptionem: ita mobile dupliciter sumi potest. In questione tamen ista sumitur communiter: prout idem est. quod murabile physica mutatione. ¶ Secunda est: q; aliquid potest dici mobile dupliciter: scilicet subiectiue: quod scilicet est subiectum motus: et terminatiue: quod scilicet est terminus alicuius mutationis. ℣ Et quamuis prima facie mobile sonet subiectum motus. si tamen restringendum est in proposito. magis tenendum est terminatiue cū subiectiue: vt ex dicendis apparet. Iudicio tamen meo indistincte tenendum est. non ea ratione vt sit commune ad omnia quomodocumq; mobilia: contineatq; vt partes subiectiuas materiam et formam &c. (quia hoc est contra sanc. Tho. in primo physic. super text. consil. vj. vbi in diuisione litere expresse dicit. q; in primo libro phy. agitur de principijs intrinsecis entis mobilis. scilicet de materia et forma: ex hoc aperte insinuās ens mobile quod est subiectum philosophie. non esse totum vniuersale respectu materie et forme. sed totum integrale seu essentiale) sed ea potius ratione: vt scilicet illa notissima sui acceptio supponatur: quam ex sensu supponere oportet: perhibent enim nobis sensus mobilia esse. an autem subiectiue an terminatiue mutentur ea que moueri videmus. ratione magis discernitur cū ex sensu habeatur. ¶ Tertia est. q; mobile equiuocum est nomen ad aptitudinem ad motum et ad fundamentum illius aptitudinis: sicut si risibile significaret aptitudinem ad ridendum. et rationalitatem. que est eius fundamentum. Quid autem mobile in proposito significet. difficile est hac sola questione elucidare. Quamuis enim impossibile sit subiectum et passionem simul accipi pro subiecto in aliqua scientia. sic q; totum aggregatum subiectum sit (quia oportet subiecti vnam esse rationem formalem. et ex quod quid est subiecti. et quid est passionis vna ratio formalis constitui nequit) nihil tamen prohibet aggregatum ex subiecto et passione. subiectum sic cōstitui. vt passionis quod quid est. sit ratio formalis subiecti in illa scientia. ℣ Et hoc modo intelligi potest mobile passionem significare in proposito: ita q; mobilitas que est passio. sit ratio formalis enti vel corpori q; sit subiectum philosophie naturalis: vnde solet fieri reduplicatio supra ly mobile. dicendo ens aut corpus mobile. quantum mobile est subiectum physice. ℣ Suadetur autem in proposito sic sumi mobile ex subiecto mathematice: sicut enim physica est de entibus in eo q; mobilia. ita mathematica est de entibus in eo q; quanta. Cōstat autem mathematice sic esse subiectum ens quantum: vt quantitas ipsa que substantie materialis passio seu proprium accidens est. ratio formalis subiecti mathematice sit. Erit ergo physice subiectum ens aptum mouere. sic q; aptitudo ad motum. ratio formalis subiecti sit. ℣ Et confirmatur hoc magni alberti autoritate: qui in. j. physic. distinguens corpus in metaphysicum. mathematicū et physicum. mobilitatem quam rationem formalem subiecti dicat. posteriorem corpore quanto naturaliter dicit. Nec obstat q; eiusdem scientie est considerare de passione et subiecto eius: quoniam hoc intelligitur. quando tractatur de passione vt passio est: non autem quando passio primum subiecti locum tenet: vt patet de quantitate in mathematica. que de substantialibus principijs subiecti eius a quo fluit. non se impedit. ℣ Similiter non obstat q; perfecta cognitio de ea non habetur absq; quod quid est subiecti. hoc enim non est sic accipiendum. vt omnis cognitio circa illam sit imperfecta. ita q; non sit euidens et scientifica: sed vt absq; quod quid est subiecti. consummata omnimoda absq; notitia de re haberi non possit. Quod physice accidere non inconuenit: quoniam mathematice hoc conuenire certum est: mathematicus esse ignorat. an quantum sit substantia vel accidens. et quantitatis subiectum &c. et tamen certissimus est omnium: vt dicitur in secundo metaph. text. et consilio vltimo.

¶ Sed contra hanc viam est. q; secundum eam ad philosophum naturalem non pertineret considerare aliquod predicatum quidditatiuum cuiuscumq; substantie: nisi forte aliqua substantia sit. de qua quidditatiue predicaretur aptitudo ad motum: et consequēter philosophia naturalis non esset de substantia. sed esset de accidente. quemadmodum mathematica. Si enim mobilitas (id est aptitudo ad motum) que passio ponitur entium naturalium. ratio formalis subiecti physice acceptatur. non licebit physico de ratione adequati subiecti eius disserere: quia illa prior est. ac per hoc descendendo a mobilitate in communi ad talem vel talem mobilitatem in specialibus partibus philosophie naturalis. non licebit ad quod quid est talis vel talis subiecti descendere: sed quemadmodum adequati subiecti mobilitatis quod quid est omissum fuerat. pari ratiōe specialia quod quid erat esse subiectum talium mobilitatum omittenda sunt: quoniam nulla pars alicuius scientie tractat de aliquo prius propria ratione formali. ℣ Hec video quomodo possit huic rationi satisfieri. nisi retinendo q; metaphysice est considerare quod quid est in particulari. Quod quia non credo verum. idcirco puto melius tenere. q; mobile in proposito significat ipsam aptitudinem ad motum. si est passio: sed si non significat ipsam aptitudinem ad motum. si est passio: sed fit non ens significat ipsam aptitudinem ad motum. si est passio: sed fit ens fundamentum. Cum enim ista aptitudo quam mobilitatis nomen sonat. quibusdam entibus repugnet. scilicet separatis a materia. et quibusdam non. scilicet materialibus. et de entibus materialibus (puta homine et boue) non reputetur predicari substantialiter: consequens est. q; aliquid precedat in eis. ex quo ipsa aptitudinem hanc sortiantur: et hoc fundamentum mobilitatis est. ℣ Notanter autem dixi non reputetur: quia communi voci satisfacere volens distinctionem hanc mobilitatis pertractaui. In x. siquidem metaph. text. vlt. sub dubio relinquitur. an corruptibile sit substantia. an in substantia id est sit de substantia rei. aut eā sequatur: vt exponit auerroys. Corruptibilitas autem quedā mobilitatis species est. vel mobilitas ipsa: secundum illud. viij. physic. tex. consilio. xxv. in omni motu corruptio est. Sanctus tho. etiam ibidem inter substantialia predicata corruptibile ponere videtur. ℣ Aristoteles quoq; in primo physic. tex. viij. idem sentire videtur: dum dicit. q; ad naturalem non spectat probare mobilitatem: hoc enim non esset verum. si mobilitas esset passio preuentem: hoc enim non esset verum. si mobilitas esset passio preuentem: hoc enim non esset verum. si mobilitas esset passio preuentem a formali ratione subiecti philosophie naturalis: posset enim per illam rationem a naturali philosopho probari. Nisi forte quis dicat dictum Aristot. non esse verum per se. sed per accidens: quia scilicet est passio notissima. Sed hoc non est rutum: tum quia non est sermo per accidens consuetus Aristot. tum quia saltem defendere mobilitatem pertineret ad philosophum naturalem. et non ad metaphysicum: sicut et quamlibet passionem subiecti propij quilibet artifex defendere debet. ℣ Nec obstat q; sit passio per se nota de adequato subiecto: quoniam per se notum et non per se notum. faciunt quidem differentiam quo ad probari vel non probari posse aliquid: vt patet in. ij. physic. text. consilio. vj. non tamen faciunt differentiam quo ad defendere vel non defendere: quoniā si occulta tuenda sunt. manifesta magis sunt tuenda. modo non sint principia. sed ex principijs: qualis est mobilitas si passio ponitur. Quicquid autem de hoc sit. mobilitas que est ratio formalis subiecti physice. non passio sed quod quid erat esse est entium naturalium: et preuenit naturalitatem et mobilitatem passionem eorum si concedatur illam quidem. quia relatiua proprietas est: istam vero. quia passio dicitur.

¶ Circa vero ly ens. hoc tantum distinguere oportet. q; dupliciter entis nomine vti consueuimus. Primo pro omni eo quod habet esse quocumq; modo: et sic hic non capitur. Secundo pro eo quod propie esse dicitur: hoc autem in his que fiunt. est id quod propie fit: eius siquidem est esse propie. cuius est fieri. Id autem quod propie fit (vt. vij. metaph. text. consilio. xxvij. patet) est compositum sine substantiale. vt homo: siue accidentale. vt homo musicus. Et sic sumitur in proposito. ℣ Vnde colligendo dicta. ad hoc q; aliquid sit pars subiectiua entis mobilis. quod subiectum physice dicimus. exigitur et q; sit propie ens. et q; sit mutabile physice mutatione. Et propterea nec materia prima. nec forma substantialis aut accidentalis ens mobile est: sed entis mobilis principia hec omnia sunt. Est ergo ens mobile communius cū sit corpus mobile. et cū substantia naturalis siue sensibilis: quia continet sub se omnia materialia composita. que sola mutabilia sunt: sive sint substantialia: siue accidentalia: siue secundum formam ab-

Universidad de Deusto
Biblioteca



soluta. Tue secundum vbi. Est ⁊ ens mobile abstractius quid quo cunq; predicatorum, quanto ens aliquem gradū cōcomitans prius est illo, dato etiam quod ad composita accidentalia se non extenderet. Nec obstat contractio per ly mobile: quoniam. sicut substantia rationalis abstractius quid est q̄ animal rationale. sic ens mobile abstractius ⁊ prius quid est q̄ substantia mobilis: quamuis enim ex parte ly mobile equa sit abstractio, ex parte tamen ly ens, ly substantia abstractius est ens mobile. Unde quemadmodum concedens substantiam rationalem. ad huc disputandi locum haberet, an illa rationalis substantia esset corpus, an animal ⁊c. ⁊ continue ab abstractiori ad minus abstractum questio descenderet: dum a substantia rationali ad corpus rationale, ⁊ a corpore ad corpus animatum ⁊c. veniretur. sic sub ente mobili questio remanet, an illud sit substantia, an corpus ⁊c. Cum igitur in re mutabili consideranda possit ⁊ quod sit corpus mutabile: ⁊ quod sit substātia mutabilis, ⁊ quod sit ens mutabile. diui thome sententia est, naturalia rationem subiecti philosophie naturalis induere primo, nō q̄tenus sunt corpora mutabilia: aut substantie mutabiles. sed quatenus sunt entia mutabilia: ita quod ens mobile licet complexionem nominum contineat, incomplexum tamen ⁊ per se vnum quod qd est significat. sicut ens per se. Quemadmodum enim diuiso ente in per se ⁊ in alio. si simplicibus vocabulis careremus, substantiam ens per se nominaremus, ⁊ accidens ens in alio. et tamen vnā formalem rationem significaremus, non aggregatam ex pluribus: ita diuiso ente in transmutabile ⁊ in intransmutabile. carentes simplici vocabulo, ens transmutabile seu mobile vocamus alterū mēbrū, quod vnius est quidditatis, ⁊ illud philosophie naturalis subiectum esse a dequatum dicimus. Hec de secundo.

**Quo ad tertium.** ¶Cum ens mobile duo nomina complectatur, ⁊ vnum significet. primo ostendendum est, quod eius significatum est adequatū philosophie subiectum: deinde quod his nominibus conuenientissime significatur. ¶Primo probatur tripliciter. Primo sic. Adequatum subiectum primarum passionum naturaliū est adequatum subiectum philosophie naturalis: sed ens mobile, ⁊ non substantia aut corpus naturale seu mobile, est adequatum subiectum primarum passionum naturalium ergo ⁊c. maior est p se nota. Minor vero probatur, accipiendo transmutabilitatem, seu quod idem est) mutabilitatem pro prima passione physica, vel saltem vna de primis, aut eis equitalente: vt ab omnibus supponitur. Tunc sic. Adequatum subiectum transmutabilitatis habet materiam, formam ⁊ priuationem pro adequatis principijs: sed tantum ens mobile habet hec pro adequatis principijs: ergo nihil aliud ab ente mobili est subiectum adequatum transmutabilitatis, ⁊ consequenter primarum passionum naturalium, quod erat probandum. Maioris huius prosyllogismi est ex eo euidens, quod oportet ista tria in omni materia esse adequata sibi inuicem. scilicet passionem, ⁊ subiectum, ⁊ propria passionis principia: vt patet de risibilitate, ⁊ homine, ⁊ animali rationali. constat autem ex .j. phy. per longum processum, transmutabilitatis principia prima esse materiam, formam ⁊ priuationē: oportet igitur eius ad quod tanq̄ ad adequatū subiectum primo sequitur transmutabilitas, esse adequata principia, materiam, formam ⁊ priuationem. Minor patet ex his que in .xij. meta. a tex. 19. vsq; ad tex. 29. dicuntur scilicet quod materia, forma ⁊ priuatio ad genus substantie non arctantur, sed materia, forma ⁊ priuatio generis substantie sunt principia propria substantie mutabilis: ⁊ materia, forma ⁊ priuatio in genere quantitatis sunt propria principia quanti mutabilis: ⁊ materia, forma ⁊ priuatio in genere qualitatis sunt principia propria qualis mutabilis. ¶Si dicatur quod quemadmodum principia propria substantie continent propria principia ceterorum generum. quia sunt cause eorum (vt ibidē docet aristo.) sic substantia mutabilis continet omne quantum et quale mobile. ⁊ transmutabilitas substantie omnem aliam. Et propterea licet materia, forma ⁊ priuatio excedant substantiam mobilem formaliter, non tamen virtualiter. Illo de licet sit subtiliter dictū, vim tamen rationis non excludit propter duo. ⁊ Primo. quia falsum est. quod principia propria substantie mutabilis sint principia principiorum ceterorum generum mutabilium. Quātus enim sit verum ⁊ expressum in .vij. meta. ca. supradicto. quod per se principia essendi in genere substantie sint principia principiorum essendi in ceteris generibus: id est quod materia ⁊ forma substantie sint cause materie ⁊ forme in quantitate ⁊ qualitate ⁊c. Veritati tamen aduerfatur. quod per se principia transmutabilitatis substantialis sint principia principiorum transmutabiliratio aliorum generum. Priuatio enim in genere substantie. que est per se principium non subiectum, aut vt rationem formalem, aut vt passionem: tum ex eo, quod oportet supponi corpus coertendi ipsi mobili: alioquin non supponeretur subiectum adequatum scientie. Utrumq; autem horum impossibile est supponi ignorata vniuersali coniunctione ipsius mobilis cum corpore: vt de se patet. ergo. Et hec est ratio san. tho. in primo phy. si. nunq̄ enī dixit ipse, quod philosophus naturalis probet corpus mobile esse: vt communiter sibi imponitur, quia non intelligit (corpus enim mobile esse qui dubitant, non egent medio. sed sensu quo vel seipsos moueri percipiant) sed dixit, quod probat omne mobile esse corpus. ⁊ Et vt plenius huius rationis vis percipiatur aduertendum est primo, quod subiectum adequatum scientie resoluentis suas conclusiones in principia per se nota (qualis est philosophia naturalis) oportet ⁊ quod sit subiectum primarum passionum. ac per hoc quod sit principium essendi, ⁊ consequenter cognoscendi secundum naturam ceterorum: ⁊ quod sit principium cognitionis in nobis, siue ad latentes proprietates ⁊ occulta principia a posteriori siue a priori procedatur: quoniam subiecti cognitio oritur nobis præsupponitur. ⁊ vt dicit auer. in .ij. phy. cō. xxvj. nec a priori nec a posteriori probari potest in scientia: ⁊ in matum est nobis, quod oportet semper a notioribus nobis procedere: vt in primo phy. cō. iij. dicitur. Sicut ergo prima ratio superius facta procedit ex ordine nature. sic ista procedit ex nostro ordine cognoscendi. Et propterea san. tho. dixit. quod ad audientes probatur omne mobile esse corpus: insinuans per hoc, cognitionis magis q̄ rei ordinem. ⁊ Aduertendum est secūdo, quod quamuis aliud sit omnem mobilitatem esse coniunctam corpori ⁊ aliud cognoscere mobilitatem esse coniunctam corpori, ad hoc tamen quod corpus mobile ponatur subiectum adequatum, nihil refert quod horum deficiat: quoniam sicut deficiente coniunctione illa secundum rem, corpus mobile prohiberetur ex parte rei esse subiectum. ita deficiente coniunctione illa in esse cognito, ex parte cognitionis que prehaberi debet, impeditur. Non sufficit autem presupponi aliquod mobile esse corpus, quod ad sensum patet, sed oportet supponere omne mobile esse corpus: tum quia ad hoc quod complexum aliq̄



vel complexe significatum induat rationem subiecti adequatiin scientia, oportet id quod est vt formale, et sit et supponatur per se coniunctum alteri vt passio vel ratio formalis: alioquin frustra de materiali parte complexi illi⁹ quod fierent: cum ea que sunt per accidens, variabilia et extra quæstiones scibiles sint. Illoc autem fieri impossibile est esse nisi omne tale illi insit, ita impossibile supponi, nisi omne tale ineesse illi supponatur: quoniam omnia hec, sicut in nature ordine preexigunt de omni, ita et in cognitionis ordine. Unde si naturalis scientie subiectum est corpus mobile, oportet in hac scientia que de mobili in eo q̄ mobile tractat, supponere mobile quod vt formale se habet, coniunctum esse corpori per se, vel vt passionem, vel vt rationem formalem. Neutrum autem horum fieri potest, nisi supponatur omne mobile corpori connexum esse: imaginari enim non potest vt propria passio aut ratio formalis credatur esse alicuius id quod communius illo dubitatur. Tū quia ad hoc, vt aliquod complexum vl̄ complexe significatum habeat rationem adequati subiecti alicuius scientie, nō minus oportet id quod vt formale ponitur adequari scientie, q̄ id quod vt materiale sumitur coextendi illi formali: alioquin si materiale rationē formalis contraheret, scientia que adequate rationem formalem respicit, subiectum suum excederet: nihil autem refert (vt dictum est) coextensionem talem non esse aut non supponi. Si igitur corpus mobile in eo q̄ mobile, adequatum subiectum ponatur philosophie naturalis, oportet philosophiam que de mobili in eo q̄ mobile est, supponere corpus enucuare mobile: alioquin adequatum sibi subiectum quamuis haberet, non tamen supponeret, et consequenter subiecti rationem non haberet. Illoc autem impossibile est supponi quādiu nescitur an omne mobile sit corpus: vt de se patet. ⁊ Potest autem rationem hāc iuxta sanctum thomam, sic colligendo formare. Nulla scientia habens subiectum complexum aut complexe significatum, probat eam coniunctionem partium subiecti sine qua complexum illud subiecti rationem induere non potest: alioquin scientia construeret sibipsi subiectum: quod de nulla scientia speciali dicere licet. Illoc enim maiori equinalet maiori sancti tho. breuius assumendo: nulla scientia probat id est construit vel componit, sibipsi subiectum: loquendo enim de subiecto complexo, equivalet dicere, nulla scientia componit aliquid vt sit suum subiectum, et dicere, nulla scientia probat suum subiectum, apud formaliter terminos speculantes. Sed philosophia naturalis, si corpus mobile ponitur subiectum, cōstrueret subiectū suū, ergo ⁊c. Patet minor ex dictis: quia probat vniuersalem coniunctionem mobilitatis cum corpore, sine qua corpus mobile subiecti rationem habere non potest. ⁊ Omissa autem verborum solicitudine, directe syllogizandum est sic. Omnium cuius de omni coniunctio probatur in aliqua scientia, est subiectum adequatum illius: corpus mobile est coniunctum, cuius de omni cōiunctio probatur in philosophia naturali. Ergo corpus mobile nō est subiectum in philosophia naturali. Maior iam patet, ex eo q̄ omne coniunctum quod ponitur adequatum subiectum, supponitur et per se cōiunctum saltem ex parte formalis. et coextensum rationi formali ⁊ adequanti scientiam: sed cuius coniunctio dubitatur de omni, non supponitur coniunctum per se, nec coextensum rationi formali: ergo. Minor ex sexto phy. patet. tex. xxxij. cō. xxxij. vbi probatur vniuersalis coniunctio mobilis cum corpore: et processu philosophie naturalis, maxime q̄ secundo phy sic. ⁊ secundo tractatu primi de celo, vnde habetur vniuersalis coniunctio corporis cum mobili.

¶Sed remanent due contra rationem hanc obiectiones excludende. ⁊ Prima est, quia non videtur verum q̄ in sexto phy si. probetur omne mobile esse corpus: eo q̄ in text. xxxij. probatur tantū omne mobile esse diuisibile. ¶Constat autem q̄ si probatur passio alicuius de mobili, non propterea probatur ratio formalis subiecti illius passionis: sic autem se habent diuisibilitas et corporeitas, vt patet. ⁊ Secūda est: quia videtur hec secunda ratio aduersari prime: in hac siquidem dicitur omne mobile esse corpus: in illa vero dicitur ens mobile communius esse, et corpore et substātia mobili. ⁊ Ad primum horum dicitur, q̄ quia non cadit in intellectu humano, q̄ aliquid supponatur esse corpus de quo dubitetur esse diuisibile, nisi apud antiquos attributos errores, ponentes corpora indiuisibilia (quia diuisibilitas ipsa sic comes est corporeitatis et in esse et in cognosci. vt prius ⁊ posteriori nunq̄ cognoscatur: experimur enim non aliter nos cognoscere aut supponere corpus, nisi vt quantum quoddam quantitate molis: ideo si in philosophia non supponatur omne mobile esse diuisibile. a fortiori supponi non potest esse corpus: quia coniunctio mobilis cum corporeitate dum dubitatur, cum diuisibilitate non potest cognosci. nisi ratione aut sensu. Ex sensu autem constat q̄ non habetur: ratio autem ad illam nulla inuenitur. Et si ex demonstratione illa. vj. phy sic. non acceptatur probatum saltem tanq̄ necessario consequens conclusionem formaliter concludam, relinquitur maius inconueniens: q̄ scilicet omne mobile esse corpus, longe remotius est a philosophie principio: vtpote. in. cel. et j. de generatione. Peripatetici tamen ibidem vtranq̄ concludi propositionem indistincte intelligunt vnde auerroys in primo celi. consilio. v. dicit. Probatum est in. vj. phy sic. q̄ omne mobile est corpus ⁊c. ⁊ Ad secundum vero dicitur, q̄ licet ens mobile sit cōmuni⁹ corpore (quia de multis predicatur quidditative de quib⁹ corpus non predicatur quidditative) non tamē est sic cōmunius, q̄ alicui insit cui corporeitas coniuncta non sit, omne enim ens mobile est corpus, vel claudit in se corpus. Potest et secundo dici (licet in idem redeat) q̄ in. vj. phy sic. probatur omne mobile esse corpus: id est corporeum aliquid. Probando enim risibile esse diuisibile, nihil aliud probatur q̄ mobile esse ens corporeum: siue illud sit corpus, siue corporeum aliquid. Corporeum autem conuenitur cum ente mobili, dato q̄ corpus cum eo non conuertatur. ⁊ Et eodem modo potest argui contra ponentes substantiam naturalem aut mobilem. Omne enim naturale aut mobile esse substantiam cum oporteat supponi, aut haberi? ex sensibus, aut ex naturali philosophia, aut ex metaphysica. Ex sensu quidem non habetur. Ex naturali autem philosophia si haberetur, concluderet hoc non posse supponi in ipsa. Si autem a metaphysico tractatur (vt auer. dicit. i). phy sic. consilio. iiij.) hoc etiam concludit illud non posse esse subiectum in philosophia naturali: que scientia ex se est euidens absq; metaphysica. Habet enim subiectum et principia propria ex sensibus per se nota: et non accipit ea positione: quamuis a metaphysico defendi debeant si impugnentur: vt in primo phy sic. text. consilio. xij. dicitur.

¶Tertio probatur idem authoritate: et primo Aristot. in tertio phy sic. vbi in diffinitione motus non ponit corpus aut substantiam, sed ens in potentia ⁊c. Ex quo arguitur sic. Id est subiectum philosophie, quod ponitur in diffinitione primorum accidētium naturalium: quia tale est proprium subiectum eorum, vt patet in septimo metaphy. text. xv. sed non corpus nec substantia, sed ens in potentia secundum q̄ in potentia (quod idem est quod ens mobile. vt patet in tertio phy sic. tex. vj. et. ix.) ponitur in diffinitione primorum accidentium naturalium: scilicet motus ⁊c. ergo ens mobile est subiectum philosophie naturalis. ⁊ Et confirmatur hoc idem ex primo phy sic. tex. xj. vbi supponendum dicitur in philosophia omnia aut quedam moueri, et non omnia aut quedam corpora ⁊c. ⁊ Secundo autoritate auerroys, qui licet nō solicitus de vocabulis in. iij. metaphy. consilio. j. ens mobile, et in. xvj. eiusdem consilio. v. corpus mobile et in prooemio phy sic. res sensibiles subiectum philosophie nominauerit, et propterea non verba sua in hac re, sed sensum pōderari voluerit: in secundo tamen phy sic. expresse docet aliquid prius corpore subiectum esse philosophie naturalis: dum dicit consilio. iij. Et sciendum est, q̄ subiectū istius libri est natura et principia naturalia. cum sint communia omnib⁹ rebus naturalibus: et ideo in hoc libro non diffinuit corpus. neq; alia de quibus considerat naturalis, sicut fecit in primo celi ⁊ mundi. Ex quo habetur, q̄ apud ipsum consideratio de corpore mobili differtur vsq; ad librum de celo et mundo, vbi ab eius diffinitione inchoatur: vt patet in text. consilij secundi. Et rursus habetur subiectum phy sice esse commune corpori ⁊ aliis de quibus considerat naturalis: vt in prima ratione assumptum. Non ergo corpus mobile, sed aliquid prius eo commune naturalibus omnibus est subiectum philosophie: quod ens mobile esse ex prima ratione liquet. Est ergo significata ratio per ens mobile subiecum philosophie naturalis: non autem significata per substantiam, aut corpus naturale vel mobile vel sensibile.

¶Quod autem illis vocabulis conuenientissime significetur, sic patet. Mobilis vocabulum in primis conuenientius sumitur q̄ sensibiliq; quoniam admisso ente sensibili, adhuc non est naturalis philosophus liber a parmenidis et melissi inuectione: concedentes enim ens sensibile, negabant mobile: supposito autem ente mobili, philosophie principia inconcussa manent. ⁊ Similiter conuenientius est q̄ naturalis nomen: tum quia redit idem inconueniens. Nam supposito ente naturali, adhuc philosophus naturalis liber non incedit, nisi mobile addat: vt ipse Aristotel. te-

Universidad de Deusto
Biblioteca



statur in primo phy.si.tex.xj .contra parme.z meliss .concedentes ens naturale.subdens.nobis autem subijciatur omnia aut quedā naturalia moueri.Tum quia subiectum notissime debet supponi, z constat diffinientia notiora esse diffinito:vnde cum motus naturam diffiniat,quod clare significatur per ens mobile,obscure imponatur per ens naturale:hoc enim si declarandum est.ad motus oportet venire.Tum quia nominibus vtendum est vt plures.q.io pico.vtilissimum autem est z nature nomen ad cuiuscunqs rei quod quid est.z naturale ad omne non artificiale:siue de genere mobilium sint siue non.Et propterea si ens naturale supponeret, ens non artificiale intelligeretur subiectum in philosophia naturali:quod est falsum.Et sic inficiationi locum daret vocabuli equiuocatio,quod si distinguendum esset,z ens naturale id est habens in se principium motus supponendum.cur non potius absqs glosa z distinctione ens mobile a principio dictis.clarius exprimēlo.presertim quod secundi phy.principium anticipandum esset.vt glosa illa intelligeretur.Entis autem nomē clarius propositis,ex dictis patet.Hec de tertio.

**Nunc quarto** Superest argumentis in oppositū satisfacere.Et ad primum quidez dicitur,quod ens significare tertium quid commune secundum analogiam substantie z accidenti,non est contra sanctum tho.nisi secūdum analogie naturam ignorantes.Unde nullum incommeniens est,ens mobile conmune esse secundum rationem formalem,non vnam simpliciter.sed vnam analogice entibus mobilibus omnib9 scilicet substantijs, quantis,z qualibus z ceteris.¶ Huius etiam ratio ad oppositum non concludat contra tenentes ens mobile extra substantiam non inuenirī:quia homo ipse inquantum est ens mobile,aliud est a seipso inquantum est substantia mobilis.Et propterea non sequeretur,ergo ponendo ens mobile subiectum,ponitur substantia,aut corpus mobile:quoniam differunt formali ratione.¶ Ad secundum dicitur dupliciter.primo quod mobilitas communiter sumpta(vt de ea in hac loquimur questione)non est passio sed substantiale predicatum:sicut z materiale z possibile, iuxta ea que supra adducta sunt.Que possunt etiam ratione confirmari:ex eo quod possibile substantiale predicatum est entiū.a materia sumptum,non enim homo est ens possibile per aliquam proprietatem ipsum consequentem,sed per intrinseca sua. Mobilitas autem apud naturalem idem sonat quod possibilitas apud metaphysicum:vt exercitatis in istis scientijs non authoritas ubus notum est.Sed quia hoc non est a pdecessoribus discussum.z vt notum non facile acceptabitur sic debiliter firmatum.ideo secundo dicitur,quod si mobilitas sit passio,adhuc subiectum philosophie conceditur esse vnius rationis formalis circunlocute per ly ens mobile.¶ Et ad instantiam contra hanc responsionem respondetur tripliciter.Primo quod quamuis in scientijs a priori procedentibus subiectum debeat esse primo z maxime notum quo ad quid rei.non tamen hoc oportet in scientijs a posteriori doctrinam facientibus,qualis est naturalis philosophia:vt commentator dicit in prohemio z in cō.primi phy.cō.ij.Sufficit enim quod sit primo z maxime notum quo ad an est z quid nominis:vt ex primo posterio. patet.Huic autem nihil obstat talis circūlocutio.¶ Secundo dicitur,quod notitiam subiecti debere esse maximam,potest dupliciter intelligi.Uno modo respectu cognitionum possibilium haberi de illo.potest enim idem cognosci probabiliter z demonstrative.p communia z propria ꝛc.Et hoc modo de subiecto non oportet supponi a nobis maximam cognitionem:vt patet inductiue etiam in mathematicis.Alio modo respectu aliarum cognitionum que in illa scientia acquiruntur.Et hoc modo est verum:z conceditur q cognitio ista quam habemus de illa ratione formali in isto circumlocuto est maior omni cognitione quam acquirimus in philosophia naturali.¶ Et si contra hoc instetur:quia multorum notitiam acquirimus in philosophia naturali,que per intima eorum cognoscimus z nominamus.Perfectio autez est cognito per intima q̄s per passionem.sicut ratio illa cognoscitur.Responderur quod perfectio cognitionis de qua est sermo in primo poste.vnde sumitur quod subiecti cognito debet esse maxima,non attenditur penes aliud q̄s euidentiam.Unde maius z minus in cognitione in proposito.penes euidentie latitudinem attendere oportet.z p̄ propterea aliud est cognosci intimius.z aliud euidentius.Cum enim omnis cognitio acquisita in scia,sine pertingat ad intima alicuius questi siue non,habeat euidentiam ex cognitione subiecti sicut ex principio.necesse est cognitionem subiecti esse euidentiorem, z consequenter maiorem ceteris.Et vere sic est in proposito:quia cognitio entis mobilis.quam circunloquendo supponimus.est ex sensibus euidens:quecunqs autem alia acquisita est discursu syllogistico ex istius euidentia certa propter quod autem vnumquodqs illud magis est:vt dicitur in primo poste.¶ Tertio dicitur.quod si philosophia haberetur a nobis sub perfecta ratione scientie qua est in se.procul dubio subiectum oēs haberet omnino esse primo z maxime notum.vt arguendo dicitur.Quia autem non sic est, tyrum imperfectionis scientie nostre admisceē, quantum subiecti cognitio compatitur:ex hac enim incompleta cognitione subiecti.minus plena est cognitio subsequentium.difficultasqs in soluendis questionibus non parua. ¶ Ad tertium dicitur negando consequentiam quecunqs via teneatur. Non enim eiusdem scientie est considerare aliquod subiectum.z per se partes eius subiectiuas, aut per se modos quoscūqs:sed eos tantum.qui genus scibile illius subiecti non egrediuntur.Mobile autem extra genus scibile metaphysice est:quoniam a materia sensibili non abstrahit. Accidentalem autem conditionem entis mobilitatem esse.vt subalternatio requirit.nullo modo est possibile:vt ex his que scripsimus su per cap.xiij.primi poste.patet:quia accidentalitas illa perfectatem z extraneitatem simul respectu illius subiecti exigit.quod respectu entis non est possibile:cum nihil extraneum sit ab ente: vt dicitur ij.meta.tex.xj.¶ Nec mihi obijciatur,quod san.tho.in tractatu de natura generis dicit philosophiam naturalem propter accidentalitatem huiusmodi subalternari metaphysice:quia tractatum illū forte nunqs vidit.s.tho. Stilus enim eius non est:z multa ibi sunt, que doctrine eius non consonant. ¶ Ad quartum dicitur, quod plus requiritur ad hoc quod aliquid sit subiectum q̄s quod ad ipsum fiat resolutio:aliquin punctpia subiecti ad que vltimo fit resolutio,essent subiectum. Oportet ergo quod ad eius rationem formalem fiat resolutio,ranqs adequatum primarum passionum subiectum:ad subsantiam autem mobilem non fit mobilium resolutio sicut ad adequatum mobilitatis subiectum,sed sicut ad primū clausum in adequato mobilitatis subiecto,quod est ens mobile. Post resolutionem siquidem passionum communium in analogum subiectum,potest analogum ipsum in se resolui.posterius in primo reducēdo:vt tractatu de nominū analogia diffuse diximus.

¶ Et hic sit finis huius questionis in comentu sancte marie gratiarum in mediolani suburbio,anno salutis.1499.die.6.nouēbris. Sumet igitur amantissime mi frater vincenti solicitudinis hospitalitatisqs tue fructum.e quo preclaras ingenij acumine discute, dans veniam minus consentaneis.memor quod nihil in vllo vnqs genere cultum reperiri nunqs fit. Vale.

¶ Thome de vio caietani cardinalis.s.xisti de nominum analogia tractatus,ad omnes scientias,potissimum metaphysicam(vtpote isagoge et clauis)viam planam, tutam ac necessariam referans.

¶ Quotuplex sit analogia:cum declaratione primi modi. Cap.j.

Multatus z ab ipsius rei obscuritate, z a nostri cui flebili profundarum litterarum penuria de nominum analogia,l hisvocationibus tractarum edere intendo.Est siquidem ea notitia necessaria,a deo vt fine illa non possit metaphysicam quispiam dissere, et multi in aliis scientijs ex eius ignorantia errores procedāt. Quod si vllo vsqs tempore accidit,hac etate id euenire clara,luce videmus:dum analogiam,vel indistinctionis,vel ordinis,vel conceptus precisi vnitate, cum inequali participatione constituunt. Et dicendis namqs patebit opiniōes huiusmodi a veritate,(que vitro se offerebat) per abrupta deuiasse.

¶ Analogie igitur vocabulum proportionem seu proportionalitatem(vt a grecis accepimus)in proposito sonat. Adeo tamen extēsum distinctumqs est,vt multa nomina analoga abusiue dicamus. et multarum distinctionum adunatio si fieret, cōfusionē pareret. Ne tamen rectum, obliqui iudicio priuetur,z singularitas in loquendo accusetur,vnica diuisione trimembri omnia comprehendemus:et a minus ꝑprie analogis ad vere analoga procedem9.

¶ Ad tres ergo modos analogie analoga omnia reducuntur:scz ad analogiā inequalitatis,z analogiā attributionis.et analogiam proportionalitatis. Quamuis fm veram vocabuli proprietatem et vsum aristot.vltimus modus tantum analogiam constituat,primus autem alienus ab analogia omnino sit.

¶ Analoga fm inequalitatem vocantur,quorū nomen est cōmune,z ratio fm illud nomen est omnino eadem,inequaliter tamē participata. Et loquimur de inequalitate perfectionis:vt corpus nomen cōmune est corporibus inferioribus et superioribus. Huiusmodi autem analoga logicus vniuoca appellat.philosophus vero equiuoca:eo q̄ ille intentiones cōsideratnominū,iste aūt naturas vnde z in.x.metaph.tex.cōi.vlt.aristot.dicit q̄ corruptibili et incorruptibili nihil est commune vniuocum:despiciens vnitatem rationis seu conceptus tantum. Et in.vij.phy.sic.tex.cō.xxij.dicit iuxta genus latere equiuocationes:quia huiusmodi analogia cū vnitate cōceptus non dicit vnam naturam simpliciter, sed multas cōparitur sub se naturas ordinem inter se habentes:vt patet inter spes cuiuscūqs gñis specialissimas,et subalternas magis. De cū genus,analogi hoc modo appellari pōt:iz nō multum consueuerit nisi generalissima z hys ꝑprinqua, sic vocari:vt patet de quātitate et qualitate in predicamentis.z corpore ꝛc.¶ Banc analogiā sanct.Tho.in primo sent.dist.xix.vocat analogiam secundum esse tantum.eo q̄ analogata participantur in ratione significata per illud nomen commune,sed non participantur in esse illius rationis. Perfectius siquidem esse habet in vno q̄s in alio cuiuscunqs generis ratio:vt in metaphysica pluries patet. Non solum enim plāta est nobilior minera.sed corporeitas in planta est nobilior corporeitate in minera:et sic de aliis.¶ Perhiber quoqs huic analogie testimonium auerroys.in com.xj.xij.metaph.dicens cum vnitate generis stare priorita tē posteriorita tē eorum que sub genere sunt. ¶ Hec pro tanto analoga vocantur:quia considerata inequali perfectione inferiorum,per prius et posterius ordine perfectionis de illis dicitur nomen illud commune. Et iam in vsum venit.vt quasi synonyme dicamus aliquid dici analogice.et dici per prius et posterius.superius est ad dici analogice. In huiusmodi autem analogis:quomodo inueniantur vnitas,abstracto,predicato, comparatio,demonstratio.et alia huiusmodi,non oportet determinare:quoniam vniuoca sunt secundum veritatem,et vniuocorum canones in eis seruandi sunt.

¶ Analogia attributionis quid sit,z quot modis fiat,et que eius conditiones. Caput ij.

**Analoga** Autem fm attributionē sunt quoz nomē est cōe.ratio aūt fm illud nomē,est eadē fm terminum,z diuersa fm habitudines ad illum. Et.gratia cōe nomē est medicine z vrine z animali.et ratio omnium in quantum sana sunt.ad vnum terminum sanitatem scilicet, diuersas dicit habitudines. Si quis enim assignet quid est animal in quantum sanum.subiectū dicet sanitatis:vnde vero in quantum sanam, signum sanitatis:medicinam autem.in quantum sanam.cām sanitatis proferet. Ubi clare pz rōnem sani esse nec oino eādē.nec oino diuersam:sed eandē fm q̄d,z diuersam fm quid:est enim diuersitas habitudinum.z idēitas termini illarū habitudinū. ¶ Quadrupliciter autem fieri potest hmōi analogia fm quattuor genera causarū:vocando pro nunc cām exemplarē cām formalē.Cōtingit siquidem multa ad vnū finē,et ad vnum efficiens z ad vnū exemplar z ad vnū subiectū fm aliquā vnā denominationem, attribuens diuersimode habere:vt patet ex exemplis ipsius aristot. Ad cām efficientem vero exemplū de medicinali ibidem ponitur. Ad finalem pertinet exemplū de sano in.ij.metaph.tex.cō.ij. Ad materialem autem analogia entis ibidem subiuncta. Ad exemplarem denum analogia boni posita in primo Ethic.cap.vij. Attribuitur autem analogie huic multe conditiones,ordinate se consequentes:scilicet q̄ analogia ista fit secundum denominationem extrinsecam tantummita q̄ primum analogatorum tantuz est tale formaliter,cetera autem talia denominantur extrinsece. Sanum enim ipsum animal formaliter est. Urina ẏo z medicina et alia huiusmodi sana denominantur non a sanitate eis inherente, sed extrinsece ab illa animalis sanitate significative vel causaliter ꝛc. Medicamum quoqs a medicinali arte dermatum.medicum formaliter denominat. Instrumenta vero et quecunqs alia medicabilia dicitur.extrinseca denominatione ab illa arte dicuntur. Sola etiam substantia formaliter est ens,quasi esse subiectum.et habēs esse:cetera autem entia ideo dicuntur,quia illius entis mensure, dispositiones,actiua ꝛc.sunt. Boni quoqs ratio in bono per essentiam saluata,quo exemplariter cetera denominantur bona,in solo primo bono formaliter inuenitur.reliqua autem extrinseca denominatione secundum illud bonum bona dicuntur.¶ Sed diligenter aduertendum est,q̄ hec huiusmodi analogie conditio,scilicet q̄ non fit secundum genus cause formalis inherentis, sed semper secundum aliquid extrinsecum.est formaliter intelligenda, et non materialiter:ad est non est intelligendum per hoc, q̄ omne nomen quod est analogum per attributionem.est cōmune analogatis,sic q̄ primo tantum cōuenit formaliter,ceteris autem extrinseca denominatione(vt de sano z medicinali accidit)ista enim vniuersalis est falsa:vt patet de ente et bono:nec haberi pōt ex dictis nisi materialiter intellectis. Sed est ex hoc intelligendum.q̄ omne nomē analogum per attributionem vt sic,vel inquantum sic analogum, commune est analogatis sic,q̄ primo cōuenit formaliter,reliquis autem extrinseca denominatione. Hoc siquidem verum est, et ex formali intellectu precedentium manifeste sequitur. Ens enim quātuis formaliter conueniat omnibus substantijs,et accidentibus ꝛc, in quārum tñ entia ola dicuntur ab ente subiectiue vt sic.sola substantia est ens formaliter:cetera autem entia dicuntur, quia entis passiones vel generationes ꝛc.sunt. Licet entia formaliter alia ratiōe dici possint.Et simile est de bono. Licet enim omnia entia bona sint bonitatibus sibi formaliter inherentibus: in quantum tamen bona dicuntur bonitate prima effectiue.aut finaliter,aut exemplariter.omnia alia nō nisi extrinseca denominatione bona dicuntur: illamet bonitate, qua deus ipse bonus formaliter in se est.

¶ Et ex hac conditione statim infertur alia:scilicet q̄ aliud vnum ad quod diuersimode habitudines terminātur in huiusmodi analogiis, est vnum non solum ratione.sed numero. Nō dupliciter intelligi potest.fm q̄ analogata dupliciter sumi possunt.s.vniuersaliter et particulariter. Si enim sumuntur analogata particulariter, illud vnum necessario est vnum numero vere z positive. Si autē sumantur vniuersaliter,illud vnū necessario est vnū numero negative.i. non numeratur in illis analogatis vt sic. quāuis in se sit vnum sale quoddam z non vnum numero. Verbi gratia:si sumātur hec vrina sana,hec medicina sana, z hoc animāl sanum:hec omnia dicuntur sana.sanitate existente in hoc animali,quam constat vnam numero vere esse. Socrates eñ dicitur sanus,quia hanc habet sanitatem:medicina, quia illā facit:vrina, quēadem significat ꝛc. Si vero sumantur,animal sanum in cōmuni, z vrina sana in cōmuni, et medicina sana in cōmuni: sic formaliter loquēdo,sanitas a qua huiusmodi sana dicūtur.non est vna numero in se:eo q̄ cause vniuersales effectibus vniuersalibus comparāde sunt. Et simile est de signis,z instrumentis,z cōseruatiuis, z aliis hmōi. sed est vna numero in istis analogatis. Non enim numeratur sanitas in animali,vrina z dieta:quoniā nō est alia sanitas in vrina, z alia in dieta, z alia in animali. ¶ Et sequitur conditio ista ex precedenti: qñ cōmune secūdum denominationem extrinsecam nō numerat id, a quo denominatio sumitur in denominatis.sicut vniuocū multiplicatur in suis vniuocatis:et propter hoc, dicitur vnū ratione tantum.et nō numero,in suis vniuocatis. Alia eñ est animalitas hominis,z alia equi,z alia bouis:animalis nomine, adunate in vna ratione. ¶ Ex hac autem cōditione, infertur alia:scz q̄ primum analogatū ponitur in ratione ceterorū, secūdum illud nomē analogum:qñ cetera nō suscipiūt illud nomē, nisi per attributionem ad primū:in quo formaliter saluatur eius ratio. Cadit siquidē in ratione medicine,z dicte,z vrine ꝛc.in quātum sana sunt animalis sanitas:sine qua intelligi cetera sana nō possunt. z simile est de aliis iudicū. ¶ Ex hoc autē sequit vlterius, q̄ nomē sic analogum, vnū certum significatum cōmune omnibus partialibus eius modis.seu omnibus analogatis nō habet. Et cōsequenter, q̄ nec cōceptum obiectiuū, nec cōceptū formalem abstrahentem a conceptibus analogatorum habet:sed sola vox.ei idēritate termini diuersimode respecti cōmunis est. Ita q̄ cum in hac analogia sint tria:vox.s.terminus,z respectus diuersi ad illū:nomē analogū terminū quidē distincte significat(vt sanum sanitate)respectus autē diuersos ita indeterminate z cōfuse importat,vt primum distincte vel quasi distincte ostendat:ceteros autem confuse,et per reductionem ad primum. Sanum eñ respectus multos ad sanitatem,

Universidad de Deusto
Biblioteca



puta habentis significantis, causantis ꝛc. sic in vna voce sanitatē distincte importante confunditur vt respectum primum scilicet habentis seu subiecti distincte significet. Sanum enim absolute dicimus sanitatem habentem, vt subiectum: ceteros autem respectus indeterminate importat per attributionem ad primum: vt patet ex dictis. ¶ Et propter hoc tria de huiusmodi analogo dicuntur. s. q̄ commune est omnibus analogatis, non secundum vocem tantum: et quod simpliciter, planum fiat pro primo: et quod nō est primus primo analogato, in quo tota ratio formaliter saluatur. Primum quidem peculiarius significat, et supra omnia analogata superius significatum non habet.

¶ Diuiditur autem a sancto thomo analogia hec in analogiam duorum ad tertium: vt vine et medicine ad animal sanum: et in analogiam vnius ad alterum: vt vine vel medicine ad animal sanum. Nec habet diuisio ista alia membra a supradictis: quoniam hec circuit analogiam secundum omnia genera causarum: sed ad hoc facta est, vt ostendatur differenter suscipi nomen analogum, quando ponitur primum. Analogatum ex vna parte, et cetera ex alia parte: et quando secundorum analogatorum vnum hinc et alterum inde ponitur, secundum quodcunq; genus cause analogia fiat. Primo enī et ceteris sic, commune est analogum, vt nihil eis primus prius aut significet: et propterea vocatur analogia vnius ad alterum, ponendo omnia alia a primo loco vnius. Secūdo autem analogatis sic communē est nomen analogum, vt aliquid omnibus eis primus ponat: primum scilicet ad quod omnia secunda attribuuntur. Et vocatur analogia duorum ad tertium vel multorum ad vnum: quia non inter se est attributio, sed ad primum. Appellantur autē analoga, secundum attributionem a logico equiuoca: vt in principio p̄dicamentorum patet: vbi animal equiuocum dicitur ad animal verum et pictum. Animal enim pictum non pure equiuoce, sed per attributionem ad animal verum animal dicitur: et in ratione entis inquantum animal manifeste patet verum animal accipi. Querenti enim quid animal pictum in eo quod animale respondebitur, animalis veri. Et philosophus vero grecus, nomina ex vno vel ad vnam aut in vno, et media inter equiuoca et vniuoca dicuntur: vt pluries in metaphysica patet: et expresse in primo ethi. huiusmodi nomina contra analoga distinguuntur: vt infra amplius dicetur. Et latinus autem vocantur analoga vel equiuoca a consilio. Hanc analogiam sanctus thomas in primo senten. di. 19. vocat analogiam secundum intentionem et non secundum esse: eo quod nomen analogum non sit hic commune secundum esse id est formaliter, sed secundum intentionem. i. secundum denominationem: vt enim ex dictis patet, in hac analogia nomen commune non saluatur formaliter nisi in primo: de ceteris autem extranea denominatione dicitur. Hec ideo analoga apud latinos dicuntur: quia proportiones diuersas ad vnum dicunt, extenso proportionis nomine ad omnem habitudinem, abusiua tamen loquutio hec est: quāuis longe minor ꝙ prima. Quomodo autem de huiusmodi analogis sit scientia, et contradictiones, et demonstrationes, et consequentie et alia huiusmodi de eis fiāt, ex dictis et aristotelis cōsuetudine patet. Oportet enim significationes diuersas prius distinguere (propter quod ambigua apud arabes hec dicuntur) et deinde a primo ad alia procedere: sicut a centro ad circūferentiam diuersis proceditur viis.

¶ Analogia proportionalitatis quid et quotuplex, et sola propria analogia vocatur. Capitulum iii.

Ex abusiue Igitur analogia ad propriam analogā ascendendo, dicimus analoga secundum proportionalitatem dici, quorum nomē est commune, et ratio secundum illud nomen est proportionaliter eadem. Vel sic, analoga secundum proportionalitatem dicuntur, quorum nomen commune est, et ratio secundum illud nomen est similis secundum proportionem: vt videre corporali visione, et videre intellectualiter, communi nomine vocantur videre: quia sic intelligere rem anime est, vt videre corpori animato. Quamuis autem proportio vocetur certa habitudo vnius quantitatis ad aliam (secundum quod dicimus quatuor duplam proportionem habere ad duo) et proportionalitas dicatur similitudo duarum proportionum: secundum quod dicimus ita se habere octo ad quatuor, quemadmodum se habent tria, vt sex: bīq; enī dupla proportio est ꝛc. Transtulerunt tamen philosophi proportionis nomen ad omnem habitudinem conformitatis, commensurationis, capacitatis ꝛc. Et consequenter proportionalitatem extenderunt ad omnem similitudinem habitudinum. Et sic in proposito vocabulis istis vtimur.

¶ Fit autem duobus modis analogia hec. s. metaphorice et proprie. Metaphorice quidem, quando nomen illud cōmune absolute vnam habet rationem formalem, que in vno analogatorum salvatur, et per metaphoram de alio dicitur: vt ridere vnam secundū se rationem habet, analogum tamen metaphorice est vero risui, et prato florenti, aut fortune successui. Sic enim significamus hec se habere, quemadmodū homo ridens. Et huiusmodi analogia sacra scriptura plena est, de deo metaphorice notitiam tradens. Proprie vero fit, quando nomen illud commune in vtroq; analogatorum absq; metaphoris dicitur: vt principium in corde respectu animalis, et in fundamento respectu domus saluatur. Quod vt auer. in cō. vij. primi ethi. ait, proportionaliter de eis dicitur.

¶ Preponitur autem analogia hec ceteris antedictis dignitate et nomine. Dignitate quidem: quia hec fit secundum genus cause formalis inherentis: quoniam predicat ea que singulis inherent. Altera vero secundum extrinsecam denominationem fit. Nomine autem: quoniam analoga nomina apud grecos (a quibus analogie vocabulum habemus) hoc tantum dicuntur: vt ex aristo. etiam colligitur: qui in metaphysica, nomina que dicimus analoga per attributionem, ex vno, vel ad vnum, vel in vno vocat: vt patet in principio. iii. et in. vij. tex. cō. xv. In quinto autem metaphisice, c. de vno in tex. xij. diffiniens vnum secundum analogiam, vt synonymus vtitur vnum analogia et vnum proportione: et diffinit esse ea quecunq; se habent vt aliud ad aliud. Aperte insinuans illā esse propriē analogiam diffinitionem, quam diximus. Quē tamen clarius in arabica habetur translatione, dicente. Illa que sunt vnum secundum equalitatem, scilicet proportionalem, sunt quorū proporto est vna, sicut proportio alicuius rei ad aliam rem, vbi auer. exponens ait, Et illa dicuntur vnum, que sunt vnum secundum proportionalitatem: sicut dicitur, quod proportio rectoris ad ciuitatem et gubernatoris ad nauem, est vna. In secundo quoq; posse. c. xj. huiusmodi nomina proportionalia, analoga vocat. Et quod plus est, in primo ethi. c. vij. distinguit supradicta nomina ad vnum aut ex vno, contra analoga: dum loquens de communitate boni ad ea que bona dicuntur, ait, Non assimilantur a casu equiuocis: sed certe et quod est ab vno esse, vel ad vnum omnia contendere, vel magis secundum analogiam. Et subdens exemplum analogie dicit, Sicut ens in corpore virtus, in anima intellectus. In quibus verbis diligenti lectori non solum nomen analogie hoc, quod diximus sonare docuit sed preterea dasse in predicationibus metaphysicis hanc insinuauit analogiam in qua magis, vt. s. tho. ibidem propter supradictam rationem optime exponit. Scimus siquidem secundū hāc analogiam, rerum intrinsecas entitates, bonitates, veritates ꝛc. quod ex priori analogia non scitur. Unde sine huiusmodi analogie notitia metaphysicales processus absq; arte discuntur. Accidit q; huiusmodi ignorantibus, quod antiquis nescientibus logicam: vt in. ij. elencorum dicitur. Nec fuit forte ab arist. tempore tā periculo sus casus iste, sicut modo apud nos est: quoniam blasphemare fere videtur, qui metaphysicales terminos analogos dicens secundum proportionalitatem communes exponit. Cum tamen auer. dicat super predicto ter. Et dignius his tribus modis est vt sit nomen boni dictum de eis secundum viam, que dicitur de proportionalibus. Vocatur quoq; a s. tho. in primo sen. di. xxx. analogia hec, analogia secundum esse et secundum intentionem: eo quā analogata ista nec in ratione communis nominis, nec in esse illius rationis participantur, et tamen tam in ratione illius nominis ꝙ in esse eiusdem proportionaliter ✠ conueniunt. Sed quoniam vt dicitur est, obscura et necessaria valde res hec est, accurate distincte ꝙ dilucidanda est per plura capitula.

¶ Quō analogum nomen ab analogatis distinguatur. Cap. iiij.

Quoniam Autem analogia media est inter equiuocationem puram et vniuocationem, ex extremis medij natura declaranda est. Et quia in nominibus tria inueniunt. s. vox cōceptus in aia et res extra seu conceptus obiectiuus, ideo singula pluſtrando, dicendum est quō analogū ab analogatis distinguatur. Et a rebus incipiēdo (q̄ priores cōceptibus et nominibus sunt) dicimus q̄ nomine equoco ita diuerse res significantur, q̄ vt sic nō nisi voce adunantur. Vniuoco vero diuerse res ita significantur, quod vt sic ad rem in se simpliciter vnā, abstractam a pluribus in esse cognito ab eis, adunātur. Analogo aūt nole res diuerse ita significantur, quod vt sic ad, res diuersas secundum proportionē vnā vniuntur. Vocatur aūt in ꝓpositō res nō solū natura diuersa: sz q̄cūq; gradus, quecūq; realitas, et q̄cūq; reale in rebus inuenti. Unde inter vniuocationē et analogiā hec est differentia: q̄ res fundantes vniuocationē sunt sic admodū simules, quod huiusmodi vniuocū esset, sed ita q̄ cōceptus vnus representās perfecte alterū analogatum vt sic, imperfecte representat reliquos. Quo ad vocem aūt, non est inter analoga et vniuoca differentia. ¶ Hoc aūt prelibato, intentū facile patet et potest: quomodo scilicet distinguāt analogū, puta ens, ab analogatis: puta substantia, quantitate et qualitate. Vniuocum enim, puta animal distinguitur ab vniuocatis (puta homine et leone) quo ad rem significatam seu cōceptum obiectiuum, et quo ad conceptum mentalem, sicut vnū simpliciter, abstractū ꝛc. a multis simpliciter ꝛc. Analogus vero quo ad rem seu obiectiuum conceptum distinguitur sicut vnum proportione a multis simpliciter, vel (q̄ idē est) sicut multa vt similia ſm proportiones a multis absolute: vel bi granta. Ens distinguit a substantia et quantitate, non q̄ significat rem quandam eis cōmunem, sed q̄ substantia quidditatem nō substātie importat, et similiter quantitas quidditatem quātitatis absolute significantes aūt significat ambas quidditates vt similes ſm proportiones ad sua esse, et hoc est dicere vt easdem proportionaliter. Quo ad conceptum aūt mentalem adequatum, hoc quoq; eodē modo distinguit. Secundū conceptū vero mentale imperfectum, quāuis distinguatur sicut vnū simpliciter a multis simpliciter, non tñ distinguatur sicut vnū simpliciter a multis simpliciter, quia vnū abstrahens in representando ab illis multis: quēadmodū sicut vnū abstrahens in representando ab illis multis, conceptum in vniuocis contingit. Nisi vt ex dictis patet, conceptus illi, puta qualitatis inquantum ens, alterius analogati ideſt ipsius qualitatis ſm q̄ se habet ad suum esse, est adequate representatiuus, et a qualitatis quidditate non abstrahēs, ceterorum vero (puta quantitatis et substantie) imperfecte ratum est representatiuus, inquantum eis similis proportionaliter est.

¶ Qualis sit abstractio analogi ab analogatis. Caput. v.

Oportet autem Ex premissis ostendere, qualiter analogū abstrahat ab his, ꝙbus cōmune ſm analogiam dicitur: puta qualiter ens abstrahit a substantia et quātitate. Insurgit siquidem difficultas quedam in re hac, et ex parte rerum, et ex parte conceptus. Et parte siquidem rerū: quia videtur analogi nominis res significata, eodem abstrahibilis et abstracta modo, quo res vniuoco nomine significata. Quoniam cum (vt in. x. meta. dicitur) vnum in qualitate facta simile nulla apparet ratio, cur a quibuslibet similibus sit vna res abstrahibilis, et a quibuslibet non, licet eundem ratio sit, cur ab his similibus, puta sorte et platone, abstrahibilis sit res magis vna, et ab illis, puta homine et lapide, minus vna. Unde si substantia et quantitas assimilantur in hoc quod vtriq; est ens, et consequenter in eis est aliquid vnum, quod est fundamentum illius similitudinis: quid vetat ab eis abstrahi rem vnam, vtriq; communem? Et parte vero conceptus: quia videtur eodem modo conceptus analogi abstrahere ab analogatis, sicut vniuocum ab vniuocatis: eo quod analogum nomen importat in confuso singulas proportiones analogatorum, et distincte non significat nisi proportionem in communi: verbi gratia, ens non significat habens se ad esse sic vel sic: puta vt substantia, aut vt quantitas: sed si proportionale nomen est, significare videtur habens se ad esse secundum aliquam proportionem, quecunq; sit illa. Hoc autem constat esse eque abstractum a substantia et a quantitate: et consequenter per modum vniuoci in analogis abstractio conceptus apparet.

Et autem Euidēs fiat huius ambiguitatis determinatio: sciēdum est, quod licet abstrahere, diuersa significet cum dicimus intellectum abstrahere animal ab homine et equo, et cum dicimus animal abstrahere ab homine et equo: eo quod tunc significat ipsam intellectus operationem attingentem in eis vnum et non alia, nunc vero significat extrinsecam denominationem ab illa intellectus operatione, qua res cognita abstracta denominatur. In vnum tamen et idem semper tendit: quoniam semper sonat intelligi vnum non intellecto altero. Ideoq; nihil aliud est agere de abstractione analogi ab analogatis, quam inquirere et determinare, quomodo res significata analogo nomine intelligi possit, non cointellectis analogatis: et quomodo conceptus illius habeatur absque conceptibus istorum. Cum igitur ex supradictis, et ex ipso analogie vocabulo pateat, quod analogo nomine non simpliciter vna res, sed res proportione vna significatur: talis autem idem est quod res diuerse vt similes proportionaliter, facile deduci potest, q̄ res analoga potest quidem intelligi non cointellectis analogatis, et consequenter abstrahere ab eis. Sed non sicut in vniuocis res vna



damentum similitudinis in vna est eiusdē rōnis omnino cum fundamento similitudinis in alia: ita q̄ nihil claudit in se vnius ratio, quod non claudat alterius ratio. Ac per hoc fundamentum vniuoce similitudinis, vtroq; extremorū eque abstrahit ab ipsis extremis. Res aute fundātes analogiā, sic sunt simules, q̄ fundamentum similitudinis in vtr̄ diuerse est rōnis simpliciter a fundamento illius in alia: ita q̄ vnius rō nō claudit id qđ claudit ratio alterius. Ac per hoc fundamentum analoge similitudinis, in neutro extremorū opz esse abstractū ab ipsis extremis: sed remanent fundamenta distincta, similia tamē ſm proportionem: propter quod eadem, proportionaliter vel analogice dicuntur. Et vt olbus possint predicta patere, declarantur exemplariter in vniuocatione hui⁹ nominis animal. Analogia huius nominis ens, homo, bos, leo, et cetera animalia: q̄ habēt in se singulas naturas sensitiuas seu propias alalitates: quas constat diuersas ſm rem esse, et multo simules: sic q̄ in quocūq; extremo (puta homine aut leone) cōsideratur ſm se animalitas, que est similitudinis fundamentū, inuenitur equaliter abstrahens ab eo in quo est, et nihil includens in vno quod non in alio: ideo et in rerum natura fundant ſm suas animalitates similitudinem vniuocam: que idēitas generica vocat: et in esse cognito adunātur nō ad duas vel tres animalitates, sed vnam tantum: que alitis nomine in concreto per se primo significatur, et vniuoce vocatur cōmun nole animal. Olim siquidē eorū ſm q̄ natiuas sensitiuas habent, indistincta cīno est rō: que illius rei quā animalitatem vocauimus, adequata est diffinitio. Substātia autem, qualitas, quātitas, ꝛc. q̄ non habent in suis quidditatibus aliquid predicto modo abstrahibile (pura entitatē) qđ supra substantialitatem nihil amplius restat, ideo nullam subiectam talitatem vniuocantem inter se compatiuntur. Et quia cum hoc q̄ nō solum eorum quidditates sint diuerse, sed etiam primo diuerse, retinent similitudinem in hoc quod vnumquodq; eorū ſm suā proportionem habet esse, ideo et in rerum natura nō ſm aliquam eiusdem rationis in extremis sed ſm propias quidditates, vt cōmensuratas his propriis esse fundant analogā. Proportionalem similitudinem. Et in intellectu adunantur ad tot res quot sunt fundamenta, proportionis similitudine vnitas, significatas propter illam similitudinem, eius nomine, et analogice cōmuni nomine vocantur ens. Differenter ergo res adunantur sub nomine analogo et vniuoco. ¶ Conceptus quoq; mentalis non eodem modo inuenitur in vniuocis et analogis: quoniam nomen vniuocum et omnia vniuocata vt sic, vnum tantum conceptum in mente habēt perfecte et adequate eis correspondentem: quia fundamentū vniuoce similitudinis (quod significatum formale est nominis vniuoci) vnius omnino rationis est in omnibus vniuocatis ac per hoc in vno representato, omnia representari necesse est. In analogis vero, quoniam fundamenta analoge similitudinis diuersarum sunt rationū simpliciter, et eiusdem ſm quid (id est secūdum proportionem) oportet duplicem analogi mentalē cōceptū distinguere: perfectum et imperfectum: et dicere q̄ analogo et suis analogatis respondet vnus conceptus mentalis imperfectus, et tot perfecti quot sunt analogata. Quia enim vnum analogatorum vt sic, simile est alteri, consequens est, q̄ conceptus representans vnū, representet alterū: iuxta illam maximam: quicquid assimilatur simili et sic, assimilatur etiam illi cui illud tale est simile. Quia vero talis similitudo ſm proportionem tantum est, que diuersarum rationem in altero fundamento hz, cōceptus perfecte representans vnum analogatorū, a perfecta representatione alterius deficit: et consequenter oportet alterius analogan alterum adequatum conceptū esse. Unde et analogū vnū habere mentalē conceptū, et plures habere conceptus mētales, verum est diuersimode: quamuis simpliciter loquendo magis debeat dici, analogi esse plures conceptus, nisi loquendi occasio aliud exigat. Dico autem hoc: quoniam cum contradicendus analoga omnino carere vno conceptu mentali fermo est, vnum eorum conceptum absolute dicere non est reprehendendum. Propter quod oportet solerti discretione lectorem vti: quando inuentum scriptum q̄ analōgata conueniunt in vna rōne, et quando inuentur aliter, q̄ analoga nō conueniunt in vna ratione. Est ergo differentia inter analogiam et vniuocationem in quo ad conceptum mentalem, q̄ vniuoci et vniuocatorum vt sic vnus est conceptus perfecte et adequate eis respondens: vt de conceptu animalis patet. Analogi vero et analogatorum vt sic, plures necessario sunt conceptus perfecte ea representantes, et vnus est conceptus imperfecte representans. Nō tñ, q̄ sit vnus conceptus adequate respondens nomini analogo, et inadequate analogatis: quoniam secundum veritatem nomen

Universidad de Deusto
Biblioteca



sputa natura sensitiua, seu animal intelligit nõ cointellectis olno natura humana ꝛ equina vt sic) sed sicut due res vt proportionaliter simules intelligunt, non cointellectis ipsismet duabus rebus ẽm suas proprias naturas absolute. Ita ꝙ analogi abstractio nõ consistit in cognitione vnius et non in cognitione alterius: sed in vtrius ꝛ eiusdem intellectione vt sic, ꝛ non in intellectione absolute, seu bi gratia entis abstractio non consistit in hoc, ꝙ entitas apprehenditur, ꝛ substantia aut quantitas non: sed in hoc ꝙ substantia, aut quantitas apprehenditur vt sic se habet ad propium esse: ẽm hoc enim similitudo proportionaliter attenditur: ꝛ non apprehenditur substantia, aut quantitas absolute. ¶ Et simile est de aliis rebus analogis: quales sunt fere omnes metaphysicales. Unde concedi potest rem analogam abstrahere, et non abstrahere ab analogatis diuersimode. Abstrahere quidem, pro quanto abstrahit ab eis quemadmodum res vt sic ideſt res similis alteri ꝓportionaliter abstrahit a se absolute sumpta. Non abstrahere vero, ꝓ quãto res vt sic accepta seipsam necessario includit, ꝛ absq; seipsa intelligi non potest. Quod de vniuocis dici non potest: qꝛ res vniuoca, absq; aliis quibus est vniuoce communis, intelligitur, sic ꝙ eas in suo intellectu nullo modo actualiter includit: vt patet.

**Obiectiones** Autem ad oppositum adducte ex analogie similitudinis natura facile satisfit, dicẽdo ꝙ cum vnum multipliciter dicat, nõ oportet oẽm similitudinẽ attendi ẽm vnum simpliciter: sed qñq; sufficit ꝙ vnum ẽm proportionem faciat simile. Unum aũt proportionaliter non est simpliciter vnum sed multa similia secũm proportiones, a quibus ideo nõ potest abstrahi res vna simpliciter: qꝛ similitudo ipsa proportionalis tantum est, ꝛ fundamentum non est vnum nisi proportionaliter. De ratione siquidem vnius proportionaliter, est habere quatuor terminos: vt in quinto ethi. dicitur. Ẽm ꝓportionalitas, qua similitudo proportionum fit inter quatuor ad minus (que duarũ proportionum extrema sunt) necessario est, ꝛ consequenter vnum proportione, non vnificatur simpliciter, sed distinctione retinens, vnum pro tanto est ꝛ dicitur, pro quanto proportionibus dissimilibus diuisum non est. Unde sicut non est alia ratio quare vnũ proportionaliter non est vnum absolute, nisi qꝛ ista est eius ratio formalis: ita non est querẽda alia ratio, cur a similibus proportionaliter non potest abstrahi res vna, hoc enim ideo est, qꝛ similitudo proportionalis talem in sua ratione diuersitatem claudit. ¶ Et accidit vlterius procedentibus, vt queramꝰ id quod sub questione nõ cadit: vt quare homo est animal rationale ꝛc.

**De abstractione** Quoq; conceptus eodem dicẽdum est modo. abstrahit enĩ cõceptus analogi nominis non sicut vnum simpliciter, sed sicut vnũ proportione: seu simile ẽm proportiões a multis absolute. Sed qꝛ obiciendo tangitur de abstractione conceptus analogi a specialibus cõceptibus illius analogie, ꝛ absisue analogata ibidem vocantur partiales analogi rationes: ideo diligenter cauendum est, ne apparentia in obiectione tacta in illum errorem ducat, qui ibi tangitur. ¶ Sciẽdum siquidem est, ꝙ licet in analogis ẽm attributionem in hoc omnia analogata conueniant, ꝙ eandem formam omnino respiciunt: ita ꝙ nõ solum conueniunt in vno termino, sed in hoc quod est respicere illum. Erroneum tamen est, analogo ꝙ attributionem, conceptum vnum respectus in communi ad illum terminum per abstractionem a tali ꝛ tali respectu attribuere: verbi gratia, animal inquantum sanum, vina inquantum sana, ꝛ medicina inquantum sana. licet conueniant ꝛ in sanitate tanq; termino: cuius animal est subiectum, vina signum, ꝛ medicina causa, ꝛ conueniant in hoc quod est respicere sanitatem: quod libet eñ eorum sanitatem respicit, licet diuersimode. Ab his tamen specialibus respectibus non abstrahitur respectus in communi ad sanitatem, importatus sani nomine, in cuius conceptu omnes speciales respectus ad sanitatem, confuse ꝛ in potentia claudantur. Falsum enim est, ꝙ sanum significet hoc quod dico respiciens vel aliqualiter se habens ad sanitatem. Tum qꝛ sic sani nomen vniuocũ vere esset ad vinam ꝛ animal ꝛc. vt patet ex vniuocorum diffinitione. Tum qꝛ hoc est contra intentionem dicentium, vinam aut dietam sanam. Percunctantibus siquidem, quid est vina inquãtum sana? non respondetur, respiciens sanitatem: sed omneꝰ respectũ illum specificant respondentes signum sanitatis, ꝛ similiter de dieta respondetur, ꝙ est conseruatiua sanitatis ꝛc. Tum qꝛ contra omnes ꝛ philosophos ꝛ logicos huiusq; a me vsos hoc est. Sicut autem in predictis analogis predictus cauendus est error: ita in analogis ẽm proportionem (que sola simpliciter analoga sunt) similis cauendus est error, ex simili causa apparentie fumitatẽ trahens. ¶ Quia enim analogata conueniũt in hoc, ꝙ vnumquodq; eorum commensuratum seu proportionatum est, licet diuersimode: credi potest ꝙ ab his specialibus proportionibus abstrahatur proportionatum in communi, ꝛ nomine analogo significetur. Ac per hoc analogum habeat conceptum vnum, in quo confuse ꝛ in potentia claudantur omnes speciales proportiones analogatorum, verbi gratia, vt quia substantia proportionata est suo esse, ꝛ similiter quantitas et qualitas, licet diuersimode: ideo a substantia ꝛ quantitate ꝛ qualitate ꝛc. diuersimode proportionatis suis esse, abstrahatur res siue quidditas proportionẽ habens ad esse, qualiscunq; sit illa proportio, et hoc sit entis primarum significatum: in quo omnes speciales proportiones substantie, quantitatis et qualitatis ꝛc. ad sua esse confuse claudantur et in potentia. ¶ Sed hoc falsissimum est. Tum quia hoc quod dicitur, scilicet res proportionata ad hoc quod sit, non est res vna simpliciter etiam in esse obiectiuo, nisi chimerice. Tum quia proportionalia nomina vniuoca essent (vt ex vniuocorum diffinitione patet) et consequenter periret proportionalitatis ratio: que extrema vnum simpliciter esse non compatitur, ꝛ sic essent proportionalia et non proportionalia: quod intellectus capere non potest. Tum quia contra aristo. anthonitatem in, 2. post interius adducendam, ꝛ adductam ex primo ethi, ꝛ san. tho. ꝛ auer. ꝛ alber. expresse est. Unde confusio, qua analogum tam secundum attributionem quam secundum ꝓportionem importat species habitudines aut proportiones, non est confusio plurium conceptuum in vno communi conceptu: sed est confusio significationum in vna voce, licet diffoꝛmiter. Quoniam in analogis attributionis vox analoga primum distincte significat, cetera autem confuse. In analogia vero proportionis, nomen analogum ad omnes suas significationes indistincte se habere permittitur.

¶ Cautum tamen ꝛ attentum oportet hic esse: quia cum analogi rationes dupliciter sumi possint scilicet ẽm se, ꝛ vt eadem, ꝛ ipse vt eadem propter identitatis proportionalis naturam non abstrahant a seipsis: et tamen aliquid conuenit eis ratione identitatis, seu inquantum eadem sunt, quod non conuenit eis ratione diuersitatis (vt patet de communibus eis) videtur ꝙ duo incompossibilia ẽm apparentiam, analogi rationibus conueniant: scilicet qõ ipse vt eadem non abstrahant a seipsis, ꝛ ꝙ ipse vt eadem aliquid causent ꝛ habeant, quod non vt diuerse, reduplicatiq; possint vt eadem, non reduplicatis vt diuerse sunt. Hec enim non solũ compossibiliter, sed necessario simul sibi vendicat identitas proportionalis: quoniam ꝛ extrema vnitr omnino non patiens, ab eis omnino abstrahi non permittit: ꝛ extrema aliqualiter induisa ꝛ eadem ponens, vt eadem ea cõsiderabilia ꝛ reduplicabilia exigit. Sicq; fit, vt in analogo secundum identitatem in se clausam, ad diuersitatem rationum in se quoq; clausam comparato, abstractio quedam (que non tam abstractio, quam quidam abstractionis modus est) inueniatur: propter quam non solum ab analogatis (puta substantia et quantitate) analogum, puta ens, abstrahere dicitur: vt supra diximus: Sed ab ipsis eius rationibus, seu a diuersitate ipsarum rationum eius: puta rationis entis in substantia, et rationis entis in quantitate. Non quia quantam rationem eis communem dicat: quia hoc est falsum, nec quia sic non esset analogum, sed vniuocum, sed quia eas proportionaliter adunans, et vt eaſdem proportionaliter significans, vt eaſdem considerandas offert, annexa inseparabiliter diuersitate quasi secluſa: et identitate proportionali vnit, et confundit quodammodo diuersitatem rationum. Sicq; non sola significationum in voce confusio, analogo conuenit: sed confusio quedam conceptuum, seu rationum fit in identitate eorum proportionali, sic tamen vt nõa tam conceptus quam eorum diuersitas confundatur. ¶ Et quoniam analogum talem identitatem precipue importat: et tali confusione frequenter vtimur, analoga nomina ab omni rationum eius diuersitate abstrahere dicentes (dum confuse pro omnibus supponere ipsum plures exponimus) ideo non mediocri opus est vigilantia, ne in vniuocationem labi contingat. Abstrahit igitur analogum a suis analogatis (puta ens a substantia et quantitate) sicut vnum proportione a multis: seu sicut similia proportionaliter a seipsis absolute. tam quo ad conceptum obiectiuum quam mentalem: siue sit sermo de abstractione totali, siue de formali. Hec enim abstractiones non differunt in eodem, nisi secundum precisionem, et non precisionem: vt alibi declarauimus.



Unde nihil aliud est dicere ens abstractum a naturis predicamentorum abstractione formali, ꝙ dicere naturas predicamentales ꝓportionales ad sua esse, vt sic precisas a specialibus autem seu singulis analogie rationibus extremis, non tertio conceptu simplici sed voce communi ꝛ identitate ꝓportionali earundem, quodammodo abstrahit.

¶ Qualis sit predicatio analogi de suis analogatis. Cap. vj.

**Videbitur autem** Forte alicui ex his quod p̃dicatio analogi de suis analogatis (puta entis de substantia et quãtitate, aut forme de anima ꝛ albedine ꝛc.) sit sicut predicatio equiuoci de suis equiuocatis: ita quod nõ sit predicatio superioris de inferioribus, nec communioris de minus communi, nisi sola voce: sed eiusdem de seipso. Non est enim analogo res vna significata, que in vtroq; analogatorum saluetur, absq; hoc autem predicatio communioris aut superioris non inuenitur secundum intrinsecam denominationem, seu inexistentiam. Sic enim analogum secundum ꝓportionalitatem commune esse dictum est. ¶ Fouere quoq; potest non parum opinionem hanc ꝓcessus iuxta primum topi. Aut scilicet analogum est predicatum conuertibile, aut inconuertibile, seclusa vocis communitate. Et cũ constet non esse inconuertibile (quoniam substantia vt sic se habẽs ad suum esse, quod ens de substantia dictum predicat, conuertitur cum substantia: ꝛ similiter quantitas sic commensurata suo esse, cum quantitate conuertitur, ꝛ sic de aliis:) consequens est, quod analogum tanq; superius, de analogatis predicari non possit. Superius enim intentionem suscipere non potest, quod conuertibile esse comprobatur. ¶ Et quoniam secundum veritatem analogum vt superius predicatur de analogatis, ꝛ non sola voce commune est ens, sed conceptu vnico proportionaliter: cuius vnitas ad hoc quod predicatum aliquod superioris rationem habeat, sufficit: qꝛ superius nihil aliud sonat q̃ vnum predicatum ad plura se extendens, vnum autem non per accidẽs, aut congregatione (sicut acervus lapidum) sed per se, constat esse etiam vnum proportione. Ideo ad huius veritatis claritatem ex extremis procedendo, sciendum est, quod quia analogum medium est inter vniuocum ꝛ pure equiuocum, consequens est quod analogum idem aliquo modo, ꝛ non idem aliquo modo de suis predicet analogatis. ¶ Et quia predicat aliquid abstrahens aliquo modo a suis analogatis (vt ex premisso patet ca.) consequens est, quod comparetur ad sua analogata vt maius ad minora, seu superius ad inferiora: licet non omnino vnũ secundum rationem sit, quod eis imponit. ¶ Quod vt clarius pateat, figuraliter declaratur sic: Eam in equiuocis q̃ vniuocis et analogis, quatuor inueniuntur scilicet due res ad minus, equiuocate, vniuocate aut analogate: et due res, seu rerum rationes equiuocationem, vniuocationem aut analogiam fundantes. verbi gratia. In equiuocatione canis inueniuntur hec quatuor, scilicet canis marinus, ꝛ canis terrestris, ꝛ ratio illius, ꝛ ratio istius secundum nomen canis. In vniuocatione quoq; anima, as inueniuntur quatuor, scilicet homo ꝛ bos, ꝛ natura sensitiua hominis ꝛ natura sensitiua bouis: q̃ animalis vniuocationem fundant. In analogia similiter entis quatuor sunt. ¶ substantia ꝛ quantitas, ꝛ substãtia inquantũ commẽsurata suo esse, ꝛ quãtas ẽm q̃ suo esse proportionatur. ¶ Et licet puma duo. ¶ equiuocata ꝛ vniuocata ꝛ analogata eodem modo quantum ad propositum spectat in omnibus his distinguantur, qꝛ vbilibet ex opposito condistincta sunt: altera ratiõe duo vniuocationem, equiuocationem ꝛ analogiam fundantia, diuersimode vnita aut distincta sunt. In equiuocis nam ꝙ rationes ille, puta canis marini ꝛ terrestris, sunt omnino diuerse ẽm rationem: ꝛ propter hoc id quod predicat canis de marino cane, nullo modo predicat de terrestri, ꝛ econuerso: ꝛ ideo sola voce communis aut maius equiuocatis dicitur ꝛ est. In vniuocis vero res ille (puta animalitas in boue ꝛ animalitas in leone) licet numero ꝛ specie diuerse sint, ratione tamen omnino eedem sunt: ratio enim vnius est omnino eadem quod ratio alterius, ꝛ econuerso: et propter hoc id quod predicat animal de homine, idem omnino predicat de boue, ꝛ vniuocũ dicitur ꝛ superius homine ꝛ boue. In analogis autem res analogiam fundantes (puta quantitas vt sic se habẽs ad esse, ꝛ substãtia vt sic se habens ad esse) licet diuerse sint ꝛ numero ꝛ specie ꝛ genere ꝛc. ratione tamen eedem sunt non omnino, sed proportionaliter: qñ vnius ratio proportionaliter eadem est alteri, ꝛ propter hoc, id quod predicat analogum, puta ens de quantitate, illudmet proportionaliter predicat de substantia, ꝛ econuerso. ¶ Est enim illudmet proportionaliter id quod in substantia ponit, ꝛ econuerso, ꝛ propter hoc analogum (puta ens) nõ sola vo-

Als ✠ identitas tñ ratio nuꝫ ꝛc.

ce communius, maius aut superius analogatis est, sed conceptu (vt dictum est) proportionaliter vno. Ita quod analogum ꝛ vniuocum conueniunt in hoc: quod vtrumq; communius ꝛ superioris rationem habet. Differunt autem in hoc, ꝙ illud est superius analogice seu proportionaliter, hoc vero vniuoce. Et merito: quia fundamentum superioritatis vtrobiq; saluatur, vniuocationis autem non. Fundatur enim superioritas super identitate rationis rei significate ideſt super hoc ꝙ res significata inuenitur non in hoc tantum, sed illamet non numero sed ratione, inuenitur in alio. Vniuocatio autem super modo identitatis omnimode scilicet identitate rationis rei significate ideſt super hoc ꝙ ratio rei significate in illo ꝛ in isto est eadem omnino. Quamuis enim in analogis hic identitatis modus non inueniatur, quem in vniuocis inueniri pluries dictum est: identitas tamen ipsa rationum ẽm inuenitur, est namq; identitas proportionalis, identitas quedam. Et ideo nõ minus analogum (puta ens) est predicatum superius quam vniuocum, puta animal: sed alio modo, analogus enim est superius proportionaliter: quia fundatur super ea identitate proportionalis rationis rei significate, vniuocum autem precise ꝛ simpliciter: quia super omnimoda identitate rationis rei significate eius superioritas fundatur. Propter quod sanctus thom. superioritatis fundamentum aspiciens in quinto meta. dixit, quod ens est superius ad omnia, sicut animal ad hominem ꝛ bouem.

¶ Unde obiectiones ad oppositum adducte, in hoc peccant, ꝙ inter identitatem ꝛ modum identitatis non distinguunt. Fatendũ est enim ꝙ ad hoc ꝙ aliquis terminus denominetur superior, aut communior, oportet vt rem vnam et eandem in vtroq; ponat: sed sophisma consequentis committitur inferendo ex hoc, ergo oportet ꝙ dicat rem vnam et eandem omnino. Et est semper sermo de identitate secundum rationem, seu diffinitionem. Identitas enim ꝛ vnitas continent sub se non solum vnitatem ꝛ identitatem omnimodam, sed proportionalem, que in analogi nominis ratione saluatur. Negandum est igitur, ꝙ in analogis non predicatur idem de vno ꝛ alio analogato: quoniam vnum ꝛ idem proportionaliter de omnibus analogatis dicitur: et propterea inter predicata non conuertibilia numerãdum est. Quamuis enim licet adequet eius de quantitate verificatum secundum rationem omnino eandem, non tamen secundum rationem illam proportionaliter: quoniam entis ratio non alia proportionaliter ad substantiam ꝛ qualitatem se extendit. Verum quia analogum sonat identitatem proportionalem, ideo huiusmodi rationibus formaliter respondendo, nullo pacto concedendum est analogum conuerti cum aliquo analogato. ¶ Ad materiam tamen defendendo, potest intrepide dici, ꝙ quia analogum rationem vnam, ꝓportionaliter tantum predicat, ꝛ vnũ proportionaliter plura esse proportiõibus similia manifestum est: dupliciter potest secundum singulas rationes ad analogata comparari. Uno modo absolute: ꝛ sic secundum singulas rationes cũ singulis analogatis cõuertitur: qꝛ nulla omno vna analogi ratio in duobus analogatis inuenitur. Alio modo ẽm identitatem ꝓportionalem, quam habet vna cum altera: ꝛ sic cũ nullo analogato conuertitur: qñ omnes analogi rationes indiuise sunt proportionaliter, ꝛ vna est altera proportionaliter. Et quia (vt dictum est) analogum hanc sonat identitatem, ideo formaliter ꝛ loquẽdo, analogum inconuertibile ꝛ cõmunius predicatum cõcedendũ est esse. Non tamen genus, aut species, aut proprium, aut diffinitio, aut differentia, aut accidens vniuersaliter est. Hec ꝓpterea dimittimus aristot. aut porphyr. fuit qñ predicabile quod simplr vnum est, docebant, ac per hoc inter equiuoca analoga numerarunt

¶ Ex predictis autem manifeste patet, ꝙ analogum non cõceptũ dissicitum, nec vnum precisum inequaliter participatum, nec vnũ ordine, sed conceptum vnum proportione dicit et predicat. De ordine tamen in analogis incluso infra tractabitur. Unde cum dicitur de homine, aut albedine, aut quocunq; alio quod est ens: nõ est sensus, ꝙ sit substantia, vel accidens: sed sic se habens ad esse. Uter autem ly sic: quoniam de propriis nominibus proportionum ad esse in actu exercito eas importantibus, disputare nolo ad presens: quoniam metaphysici negocy opus hoc est, et exemplariter hic de ens, ꝛ loquamur. Simile siquidem est de actu, potẽtia, forma, materia, principio, causa, ꝛ aliis huiusmodi indicium.

¶ Qualis analogatorum ẽm analogi nomen diffinitio. Cap. vij.

**Apparere quoq;** Potest alicui, ꝙ in ratione vnius analogati (puta qualitatis) secundum analogi, puta entis nomen, alterius analogati, puta substãtie vel quantitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca



ratio ſm idem analogi nomẽ cadere debeat: ſicut in analogia attributionis contingere dictum eſt. ¶Fundamentum aũt inde apparentis hec ſumit: q; ratio vnius analogati vt eadem proportionaliter eſt alteri: abſq; illa altera exputi complete nequit. Dictũ eſt aũt, q; anole go nomine rationes he important vt eadẽ proportionaliter ſunt. ¶ Et confirmat hoc expoſitio ipſa analogie ab ariſto. ꝛ ſan. tho. in primo ethic. poſita. Exponunt enim q; bonũ ſeu perfectio analogice dicitur de viſu ꝛ intellectu: q; ſicut viſus in corpore: ita intellectus in anima perfectio eſt. Conſtat autem q; nõ eſt intelligibile hoc ſe habere ſicut illud. niſi vtrumq; extremorum participatur. Neceſſario igitur videtur, vnum analogatorum ſm analogi nomen per aliud diffiniendum eſſe.

**Vtautem** Liqueat huius ambiguitatis ſolutio, recolẽdum eſt analoga hec dupliciter inueniri. ſ. ꝓpue ꝛ metaphorice. Primo ſimo de enim hec ſe habent ad propoſitam queſtionem. In analogia ſiquidem ſm metaphoras, oportet vnum in alterius ratione poni: non indifferenter ſed propue ſumptum. in ratione ſui metaphorice ſumpti claudi neceſſe eſt: q; impoſſibile eſt intelligere quid ſit aliquid ſm metaphoricum nomẽ, non cognito illo ad cuius metaphoram dicitur. Neq; enim fieri poteſt vt intelligam quid ſit prarum in eo q; rideno, niſi ſciam q̃d ſignificet riſus nomen propue ſumptum: ad cuius ſimilitudinem dicitur prarum ridere. ¶ Eſt autem huius ratio radicalis: q; analogum metaphorice ſumptum, nihil aliud predicat, q̃ hoc ſe habere ad ſimilitudinem illius: q̃ abſq; altero extremo intelligi nequit. Et propter hoc huiuſmodi analoga prius dicuntur de his. in quibus propie ſaluantur, ꝛ poſterius de his in quibus metaphorice inueniũtur, ꝛ habent in hoc affinitatem cum analogis ſm attributionem: vt patet. In analogia vero in qua nominis ſaluatur propietas, nullum analogi membrum per alterum diffiniri oportet: niſi forte gratia materie: vt ſan. tho. in. 2. q. de veri. articu. xj. docuit. Sunt enim analogatorum rationes ſm analogi nomen quo dammodo medie inter analoga ſm attributionem, ꝛ vniuoca. In analogiis enim ſm attributionem primum diffinit reliqua. In vniuocis vero neutrum alterum diffinit. ſed vnius diffinitio eſt completa alterius diffinitio: ꝛ econuerſo. In analogiis autem neutrũ alterum diffinit: ſed vnius diffinitio eſt proportionaliter alterius diffinitio. Et loquimur ſemper de ratione ſm nomen commune, verbi gratia, in diffinitione cordis ſm q; principium animalis, nõ ponitur fundamentum ſm q; principium domus. nec econuerſo: ſed eadem proportionaliter eſt principũ ratio vtrobiq; vt cõmen. ſed eadem proportionaliter eſt principũ ratio vtrobiq; vt cõmen. vbi ſupra dicit. ¶ Duobus autem opus eſt diſtinctionibus vti in re hac ſcilicet que in logica traditur de actu ſignato ꝛ exercito: ꝛ ea que a metaphyſico, vt plurimum tractatur, de ordine rerum ſub vno nomine ex parte rei. ꝛ parte impoſitionis nominis. ſ ¶ Ex prima ſiquidem diſtinctione ſcimus duo. Primo, q; ſicut animal dictum de homine ꝛ equo, importans vniuocationem in actu exercito, non predicat de homine totum hoc ſcilicet naturam ſenſitiuam eandem omnino ſm rationem nature ſenſitiue equi ꝛ bouis, ſed naturam ſenſitiuam ſimpliciter: quam tamen ad hoc q; vniuoca ſit predicatio, oportet eſſe omnino eãdem ſm rationem nature ſenſitiue equi ꝛ bouis, ita ens importãs proportionalitatẽ in actu exercito, non predicat de quantitate totum hoc ſcilicet habens ſe ad eſſe ſic proportionaliter vt ſubſtantia aut qualitas ad ſuũ eſſe, ſed habens ſe ad eſſe ſic abſq; alia additione: quod tamen oportet ad hoc q; analoga ſit predicatio, idem proportionaliter eſſe cum altero. ſic ſe habere ad eſſe quod de ſubſtantia aut qualitate ens predicat. ſ Secũdo, q; ſicut ex declaratione qua manifeſtatur animal eſſe vniuocum, q; dicit vnam ꝛ eãdem omnino rationem in omnibus. non fallimur, nec confundimur, nec vagamur circa hominis ꝛ bouis ſm animalis nomen rationem: ſed quieſcimus, intuentes q; animal exercet quod vniuocorum diffinitio ꝛ expoſitio ſignificat. Jta ex hoc q; declaratur ens aut bonum aut quodcũq; aliud eſſe analogum: quia dicit rationes plures eaſdem proportionaliter, ꝛ importat hoc ſe habere quemadmodum proportionaliter ſe habet illud ad eſſe vel appetitum ꝛc. non debemus turbari, ꝛ inquirere in analogi nominis (puta boni) ratione ſignificationem iſtam. ſed ſat ſit, diſtinguendo inter actum ſignatum ꝛ exercitum, inſpicere q; analogi nominis ratio id exercet, quod analogi ratio ꝛ declaratio ſignificat. ſ Ex his autem duobus patere tã poteſt intentum. q; ſcilicet non oportet vnum analogie membrum per alterum diffiniri. ex eo q; analogum ſignificata ea eſſe eadem proportionaliter: quoniam hoc in actu exercito ſignificat. ¶ Ex ſecunda vero diſtinctione ſcimus, nõ ſolum q; poſterius eſt ordo rerum ꝛ ſignificationum quandoq; ſub nomine analogo: ita q; prius ſm rem ratio, poſterius interdũ ſignificatione eſt (vt de ente ꝛ bono, ꝛ aliis huiuſmodi communibus deo ꝛ creaturis accidit: ratio enim quam in deo quodlibet horum ponit, ſignificatione quidem poſterius, re autem prius eſt) ꝛ q; propter alterum horum dicitur analogum predicare de ſuis analogatis ſecundum prius ꝓpoſterius, ipſam analogi rationem. ¶ Sed etiam ſcimus, quod quãdo ratio quam ponit analogum in vno, ex ratione quam in altero ponit exponitur, non ideo fit quia vnus in alterius ratione cadat: ſed quia vnius ratio poſterius altera eſt ſignificatione, ꝛ per prius (vtpote notiorem declaratur, vt ſanctus tho. in. 2. articulo, q. 13. prime partis fecit, declarans, quod dicendo, deus eſt bonus: ſenſus eſt, id quod bonitatem in creaturis dicimus, preexiſtit in deo proportionaliter ꝛc. Et eadem intelligendum eſt ratione fieri, ſi poſterius ſecundum rem per prius declaretur. Non diffinit ergo analogum ſm vnam rationem, ſeipſum ſm alteram, licet exponat ꝛ declaret.

Alius ꝓpositus de ſua analogi ſm ꝓpos. et poſt ſm ipſas analogi rõnem.

**Obiectionibus** Autem in oppoſitum quamuis ex dictis ſatisfactũ ſit: formaliter responderi poteſt, quod cognoſci aliqua vt eadem proportionaliter, ſeu hoc ſe habere ſicut illud: dupliciter contingit. Uno modo formaliter ideſt quo ad relationem identitatis ꝛ ſimilitudinis, et ſic abſq; extremis cognitio hec haberi nõ poteſt. Alio modo fundamentaliter, et ſic in ratione vnius non cadit reliquum: ſed ratio vnius eſt alterius ratio, omnino, vel proportionaliter. Conſtat autem, quod analogum nomen (puta ens aut bonum non relationem identitatis aut ſimilitudinis ſignificat, ſed fundamentum: ꝛ ideo obiectiones que iuxta primum ſenſum procedunt, nihil concludunt contra intentum. Patet autem facillime hec eſſe vera exempla de vniuocis, ponendo ꝛ applicando ad identitatem vniuocationis. Significat namq; nomen vniuocum plura nichilominus eadem ſunt vniuoce, ſeu ſecundum rationem omnino. Et identitatis relatio in nullo extremorum abſq; altero intelligibilis eſt ꝛc.

¶ Qualis ſit in analogo comparatio. Caput. viij.

**Difficultas** Etiam non parua (que multos inuaſit ac ſuperauit) de comparatione in analogo dilucidanda eſt. Credimus enim a quibuſdam eſſe, q; nõ poſſet analogia poſita, ſermone niſi exiſtere exponi, quo vnum analogatum magis aut perfectius tale ſm analogi nomẽ diceretur: verbi gratia: ſubſtantia eſt magis, aut perfectius ens q̃ quantitas. Non ſunt autem ex eo, q; comparatio in vno communi, vtrumq; facienda eſt etiam ſm grammaticos: q; in analogo non inueniri videtur. ſ Et poteſt formari ratio pro eis talis. Aut comparantur analogata in vna communi eius ratione, aut in ſuis rationibus. Non in ratione communi: quia illa analogum caret, nec in rationibus ꝓpriis: quia tunc falſum eſt ſubſtantiam eſſe magis ens q̃ quantitate. Nõ enim minus aut imperfectius quantitas eſt ſua ratio quam ens in ea ponit, q̃ ſubſtantia ſua ꝛc. Nullo igitur modo videtur comparationem cum analogia ſaluari poſſe.

¶ Succumbitur autem difficultati huic: q; propium comparationis fundamentũ non conſideraſ. Fundaſ enim ſup identitate ſeu vnitate rei in qua fit comparatio, ꝛ non ſuper modo identitatis aut vnitatis: ſicut de intentione ſuperioritatis predictũ eſt. Undecũ analogũ ex dictis conſtet rem vnã licet proportionaliter dicere, nihil prohibet in ipſo comparari analogata: licet nõ eo modo quo vniuoca fit cõparatio. Ad cõparationem ſiquidem cum requirantur ꝛ ſufficiãt hec tria. ſ. diſtinctio extremorum, ꝛ identitas eius in quo fit comparatio. ꝛ modus eſſendi illius in extremis. ſ. eque vel magis aut minus perfecte: ſub identitate autem ſeu vnitate proportionalis vnitas ſeu identitas contineatur. conſequens eſt. q̃ ſi in diuerſis idem proportionaliter eque vel magis aut minus perfecte eſſe habet. comparatio ſecundum illud proportionale fieri poſſit. comparatione non vniuoca, ſed analoga. Sicut enim quia natura ſenſitiua eſt in bone. et illamet omnino ſecundum rationem eſt in homine, ꝛ perfectius eſſe habet in homine q̃ in bone. homo perfectius animal bone dicitur vniuoca comparatione. ſic quia ſic ſe habere ad eſſe eſt in ſubſtantia, ꝛ hoc idem proportionaliter eſt in quantitate. ꝛ imperfectius eſſe habet in quantitate q̃ in ſubſtantia. dicitur ſubſtantia magis ſeu perfectius ens quã quantitas. analoga comparatione. Unde ſanctus tho. in. 7. articu. q. 7. de põ. dei. triplicem comparationem fieri docens. duos modos analogice comparationis ponit: aperte ex hoc inſinuans, comparationem non ſolum ſuper identitate numerali. ſpecifica aut generica fundari, ſed etiam proportionali. ſ Modi autem



comparationis ibidem traditi ſunt hi. ſ. ſm ſolam quantitatem rei participate, ꝛ ſic vnum album dicitur altero albius. Vel extendẽdo propter preſens propoſitum, hunc modum ad omnem comparationem vniuocam. dicatur q; primus attenditur ſm quantitatẽ rei participate eiuſdem omnino ſm rationem. ſiue illa ratio ſit ſpecifica, ſiue generica: vt calidum magis calidũ altero dicitur, ꝛ homo perfectius animal leone eſt. ¶ Secundus vero modus attenditur ſm q; res aliqua in vno inuenitur participative, alterũ vero eſt per eſſentiam. quemadmodũ homo platonicus longe pfectior homo eſſet nobis. Et abſtractione intellectus vtẽdo: quemadmodum bonitas longe melior eſt quocunq; bono, quod participatiue bonum dicitur. ſ Tertius autem modus attenditur ſm q; res aliqua in vno inuenitur formaliter ꝛ ſm ſe. in altero aũt virtualiter ꝛ elcuatum ad rem ſuperiorẽ ordinis. ſ Quemadmodum dicimus q; ſol eſt magis calidus q̃ ignis: vel q; calor perfectius eſſe habet in ſole q̃ in igne. Nec eſt dubium hos duos modos vnius eam comparationem impedire vt ſan. tho. ibidem dicit. et ariſto. in primo ethic. de primo modo teſtatur: vbi bonum commune nõ vniuoce. ſed ſm proportionalitatem dicendum docet, bonitati ſeparate ꝛ bonis ceteris per participationem. Patet igitur ex his, eadem proportionaliter vt ſic eſſe comparabilia: quamuis phyſice loquendo in ſola ſpecie aut genere comparatio fiat.

**Ad** Obiectionem autem in oppoſitum, dicitur quod vtroq; modo in analogie comparatio fit. Comparantur ſiquidẽ analogata (puta ſubſtãtia ꝛ quantitas) in ratione vna et communi proportionaliter, quam analogi nomen (puta ens) dicit. et addit ſupra analogata: vt ex dictis patet. Et comparantur ſecundum ſuas rationes, ſecundum tamen analogi nomen, que earum ſit perfectior: ſecundum quod dicimus, ſubſtantia eſt perfectius ens quantitate: quia ratio entis in ſubſtãtia perfectior eſt ratiõe entis in quantitate. Jta quod iuxta iſtam comparationem eſt ſenſus, ſubſtantia habet perfectiorem ſecundum entis nomen rationem q̃ quantitas. ꝛ non q; ſubſtantia eſt magis aut perfectius ſubſtãtia q̃ quantitas ſit quantitas: vt quidam ſomniare videnſ. Unde comparatio iſta extenditur vſq; ad analoga ſm attributionẽ: licet in tali analogia nõ niſi abuſiue comparatio fieri poſſit. Dicimus enim q; ens reale eſt magis ꝛ perfectius ens ente rationis: quod per attributionem ad illud, ens dicitur in. 4. meta. tex. 2. quia ens reale habet perfectiorem ſecundum entis nomen rationem.

Juxta quem modum ſi vſus admitteret, diceremus, animal eſt magis ſanum vina: quia perfectiorem ſecundum ſani nomen rationem habet.

¶ Qualis ſit analogi diuiſio ꝛ reſolutio. Caput. xi.

**Qualiter autem** Analogum diuidẽdum ſit, ex dicẽdis manifeſtum eſt. Poteſt ſiquidem trifariam analogi diuiſio intelligi. ſ Primo, vt dividatur vox in ſuas ſignificationes. Dictum eſt enim q; analogum plures rationes ſignificat immediate, et hec diuiſio conuenit ſibi inquãtum equiuocum quoddam eſt. ſ Secundo, vt diuidatur ſignificatum eius in quaſi membra eius: eo modo quo eius quod proportionaliter vnum eſt, ſic et ſic proportionatum mẽbra dicit poſſunt. Dictum eſt enim q; analogum non ita diuerſas rationes ſignificat, quin ſignificet vnam rationem proportionaliter. Omnes nãq; rationes analogo nomine immediate ſignificate, eadem proportionaliter ſunt. Ratio autem vna proportionaliter, cum conſtituatur ex pluribus rationibus proportionalibus, in eas ſecari poteſt. Hec autem non eſt diuiſio analogi in ſua analogata: quoniã rationes he in ipſius analogi ratione intrinſece claudũtur, et analogata ea ſunt in quibus rationes ille ſaluantur. nõ ipſe rationes. Entis enim analogata ſunt ſubſtantia et quantitas: et non rationes entis in ſubſtantia et quantitate. Rationes enim (vt dictum eſt) analoge ſunt. ſ Unde tertio modo poteſt diuidi analogum. diuidendo ſignificatum eius in ſua analogata per diuerſos modos quibus analogi rationem proportionalem analogata ipſa diuerſimode ſuſcipiunt. Jta q; diuiſum eſt ſignificatum vnũ proportionaliter: diuidentia ſunt modi fundantes et facientes in analogatis proprias proportiones, ſecundum quas ſit analogia: conſimilitudo autem per diuiſionem vt partes ſubiective, ſunt analogata ipſa. verbi gratia: Quando ens diuiditur in ſubſtantiam et quantitatem. diuiſum eſt ratio entis nomine ſignificata: que omnes in ſe entis nomine ſignificatas rationes claudit. vtpote vna proportionaliter: diuidentia ſunt ſubſtantiarum ꝛ menſurabilium. ſeu per ſe et in alio. ſicut ex quibus ſubſtantia et quantitas habent q; diuerſas entitis rationes ſubintrent: partes autem ſubiective ſunt ſubſtantia et quantitas: que in entis ratione analogantur. ¶ Et quia hec eſt propria analogi diuiſio. idcirco diſtincte explicãdum eſt, quomodo differat diuiſio hec ab vniuoca. Dupliciter ſiquidem differunt. ſ Primo ex parte diuiſi: quia diuiſione vniuoca vnum omnino ſecũdum rationem ſecatur. hic autem vnum proportionaliter. ſ Secundo ex parte diuidentium: quia differentie ſecantes genus ſunt extra genus, modi autem ſecantes analogum. in ipſius analogi ratione clauduntur. quemadmodum ipſa analogata (vt in capitulo de abſtractione declaratum eſt) propter quod in tertio metaphy. tex. 7. ens genus eſſe negatur. ſ Tertio ex parte ipſarum partium ſubiectiuarum, que per diuiſionem fiunt: quia partes diuiſionis vniuoce licet ordinem habeant ſecundum ſe (et ouginis: vt dualitas eſt prior trinitate: et perfectionis: vt albedo eſt perfectior nigredine) tamẽ ſecundum diuiſi rationem. puta numeri aut coloris, neutra altera prior aut poſterior eſt: ſi; omnes equaliter in diuiſi ratione communicãt. Analogata vero, que analoga diuiſione conſtituuntur, non ſolum ſm ſe, ſed etiã in ipſius analogi quod dividitur ratione, ordinem habent. et aliud prius. aliud poſterius eſt: adeo vt in vno eorum tota ratio diuiſi ſaluari dicatur. in alio autem imperfecte ſ Jm quid. Quod nõ eſt ſic intelligẽdum: quaſi analogum habeat vnã rationem, que tota ſaluetur in vno. et pars eius ſaluetur in alio: q̃m puerile eſt hoc. Sed cum totum idem ſit quod perfectum, ꝛ analogo nomine multe importentur rationes, quarum vna ſimpliciter ꝛ perfecte conſtituit tale ſm illud nomẽ. ꝛ alie imperfecte et ſm quid: ideo dicitur q; analogũ ſic dividitur, quod non tota ratio eius in omnibus analogatis ſaluatur, nec equaliter participant analogi rationem. ſed ſecundum prius et poſterius. ſ Cum grano tamen ſalis accipiendum eſt analogum ſimpliciter ſaluari in vno, et ſecundum quid in alio. Sufficit enim hoc verificari, vel abſolute, vt patet in diuiſione entis in ſubſtantiã ꝛ accidens: illa enim abſolute loquẽdo dicitur ens ſimpliciter, hoc autem ſecundum quid) vel in reſpectu: vt patet in diuiſione entis in deum ꝛ creaturam. Utrũq; enim licet ens ſimpliciter ſit ꝛ dicatur abſolute loquendo: creatura tamen in reſpectu ad deum, ens ſecundum quid, ꝛ quaſi non ens eſt ꝛ dicitur.

**Circa reſolutionem** Autem analogatorum, ſciendum eſt, quod cum vniuerſaliter primum in compoſitione ſit vtimum in reſolutione, ꝛ per diuiſionem in ea que actu in aliquo ſunt reſolutio fiat: eodẽ modo reſoluenda ſunt analogata in analogum, quo cetera reſoluuntur ſcilicet vtendo diuiſione predicta (que vocatur diuiſio in partes eſſentie vel rationis) ex a poſterioribus ſecundum cõſequẽtiam ad priora procedendo. ſi longa eſſet reſolutio faciẽda. ſ Ad rationem autem analogi cum deuenerum fuerit. ſingulis analogatis in ſuas rationes ſecundum analogi nomen reſolutis: cum illa analogi ratio ex multis conſtituatur rationibus, ordinem inter ſe et proportionalem ſimilitudinem habentibus: vel ordinate ad primam reſolutio fiet: veniendo ſemper ad ſimilius ꝛ propinquius prime, et id in quo diſſimilitudo eſt, relinquendo. Vel ſi non ſic ordinatas inter ſe contingit eſſe rationes illas; ad primam omnes modo predicto deducende ſunt. Ordinem enim ad primam nulla ſubterfugere poteſt. Nec refert in propoſito, an fiat reſolutio ad rationem primam ſignificatione, vel ſecundum rem. Intelligẽda eſt ſunt hec in ſuo ordine, ſcilicet ſignificationum aut rerum.

¶ Qualiter de analogo ſit ſcientia. Cap. xi.

**Vſum eſt** Autem quibuſdam de analogo ſcientiã eſſe non poſſe, niſi quem admodum de equiuocis ſcientia habetur: eo quod plures rationes dicit, licet ſimiles. Jmo fallaciam equiuocationis committi in ſyllogiſmis. in quibus analogo pro medio ſumpto. certum analogatum ſubſumitur (niſi forte gratia materie bonus eſſet proceſſus) aſſerunt eadem ratione. Nec poſſe ex vnius analogati ratione ſecundum analogi nomen concludi alterum analogatum tale formaliter eſſe: ſed ſemper predictum incidere vitium ratione predicta confirmant. verbi gratia, Si ponamus ſapientiam eſſe analogice communem deo ꝛ homini: ex hoc quod ſapientia in homine inuenta ſecundum formalem rationem precise ſumpta, dicit perfectionem ſimpliciter non concludere poſſum, ergo deus eſt formaliter ſapiens. ſic arguendo: omnis perfectio ſimpliciter eſt in deo: ſapientia eſt perfectio ſimpliciter, ergo. Jmo enim diſtinguenda eſt: ſi ly ſapientia pro ratione ſapientie que eſt in homine ſtat, argumentum erit ex quatuor terminis: quia in concluſione ſapientia ſtat pro ratione ſapientie quam ponit in deo. cum concludimus, ergo ſapientia eſt in deo. Si autem pro ratione ſapientie in deo ſtat in minore, nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca



concludit ex perfectione sapiētie create deum esse sapientē: cuius oppositū ꝛ philosophi ꝛ theologi omnes clamant. ℣ Decipiuntur aūt isti, scotum (cuius est ratio hec in q.4. dī.3. primi lib.) sequētes: quia analogo diuersitatem rationū inspicientes, id qō in eo vnita tes ꝛ identitatis latet non considerant. Rationes enim analogi (vt superius etiā diximus) possunt dupliciter accipi. Uno modo fm se (inquantū abinuicem distinguuntur) ꝛ ea q̄ conuenūt eisvt sic, seu ex hoc. Alio modo inquantū eadē sunt proportionaliter. Primo modo accepte, vitiū equiuocationis inducerēt, sicḡ eis vtere tur: vt patet. Scḡo aūt modo eis vtēdo, peccatū nullū incurritur: eo q̄ quicquid cōuenit vni, cōuenit etiam alteri proportionaliter: ꝛ quicquid negatur de vna, negat proportionaliter de alia: q; quic quid conuenit simili in eo q̄ simile, cōuenit etiam illi cuius est si mile, proportionalitate semper seruata. Unde si ex immaterialita te anime concludit̄ eam esse intellectualem, ex immaterialitate proportionaliter posita in deo, optime concluderet deū esse intel lectualē pp̄ortionaliter: vt quantum immaterialitas illa excedit istam, tantū intellectualitas illa excedat istam ꝛc. Propter qō san ctus tho. in q.2. de potēcia dei, ar.5. analogata omnia sub vna ana logi distributione cadere dixit. Et merito: q; vnitas analogie non esset in coordinatione vnitatū numerādā, nisi vnū proportionaliter, vnū esset affirmabile ꝛ negabile, ꝛ cōsequenter distribuibile, ꝛ scibile vt subiectū, ꝛ mediū, ꝛ passio. ¶ Unde ad obiecta in oppo situm dicit, q; q; (vt in. 2. elenchorū, ca. 10. dicit) equiuocatio latēs in huiusmodi proportionalibus, pitissimos etiā latet. ideo oportet huiusmodi analogia nominibus vtendo ex parte vnitatis, semp modū proportionalitatis subintelligi: aliter in vniuocationem la psus fieret. Nisi esīt pre oculis haberet proportionalitas cū dicit immateriale omne esse intellectuale, tamē vniuoce dictū accipere tur, ꝛ latens equiuocatio nō vitā obtineret. ¶ Proportionalitate aūt seruata de analogis scientiam esse, ꝛ diuitho. processus de bo no ꝛ vero ꝛ aliis huiusmodi, ꝛ quotidianū conuincit exercitium. Testatur quoḡ demōstratiue artis pater aristo. in secūdo poste. ca. xj. incipiēte. (Ut habeamus aūt proposita vel problemata) ana logum causam adequatam esse alicuius passionis, ꝛ in medium oportere q̄ns a demonstratore assumi: dum venationem propter quid docens, inquit. Amplius alius modus est fm analogiā elige re vnum: idem enim non est accipere, quod oportet vocare sc̄pton, ꝛ os, ꝛ spinam. Sunt autem que sequuntur, ꝛ hoc tamē natu ra vna huiusmodi existente. Et in sequenti cap. ait. Secundū aūt analogiam eiusdem, ꝛ medium se habet fm analogiam. In q̄bus verbis non solum docuit analogum vt medium assumi quandoḡ in demonstrationibus: sed etiam ipsum ✠ non esse vnum in se ex pressit, ꝛ cum hoc habere passionem adequatam, acsi vnus esset nature. ℣ Hec impedit analogia hec processum formalem ad con cludendum de deo ꝛ creaturis predicatum aliquod eis commu ne: quoniam accepta sapientie ratione, ꝛ segregatis ab ea per in tellectum eis que sunt imperfectionis, ex hoc q̄ id quod est sibi proprium formaliter sumptum, perfectionem ablaḡ imperfectione claudit, concluditur ergo sapientie ratio non omnino alia nec o mnino hec, sed hec proportionaliter est in deo: quia similitudo in ter deum ꝛ creaturam non est vniuoca, sed analoga. Nec pari ra tione potest concludi deum esse lapidem proportionaliter: q; ratio lapidis formaliter sumpta quantumcunḡ expoliata, imper fectionem aliquam claudit: que prohibet tam ipsam fm se, qḡ ipsam proportionaliter in deo reperiri, nisi metaphorice: quemadmodū dictum est, petra autem erat christus. Unde cum sit huiusmodi processus, omnis perfectio simpliciter est in deo, sapientia est per fectio simpliciter, ergo ꝛc. in minore hr sapientia non stat pro hac vel illa ratione sapientie, sed pro sapientia vna proportionaliter. i. pro vtraḡ ratione sapientie non continentim vel distinctim: sed in quantum sunt indistincte proportionaliter, ꝛ vna est altera proportio naliter, ꝛ ambe vnam proportionaliter constituunt rationem. Si gnificantur enim analogo nomine inquantum eedem sunt, vnde non oportet analogum distinguere. ad hoc q̄ contradictionē fun der, ꝛ enuntiationis subiectum aut predicatū fiat, sed ratione idē titatis proportionalis in se clause, ꝛ quam puncipaliter dicit. ex se ad hoc sufficit. ¶ Contradictio enim dicitur consistere in affirmatio ne ꝛ negatione eiusdem de eodem ꝛc. ꝛ non in affirmatione ꝛ negatione vniuoci de eodem vniuoco: identitas siquidem tam rerum qḡ rationum (vt pluries replicatum est) ad identitatem proportio nalem se extendit. ℣ Et hoc autem apparet Sco. in primo sen. dist. 3. q̄. 1. vel male exposuisse conceptum vniuocum, vel sibi contra dicere: dum volens vniuocationem entis fingere ait. ¶ Conceptum vniuocum voco, qui ita est vnus quod eius vnitas sufficiat ad con

Als ✠ ipsius

tradictionem affirmando ꝛ negando ipsum de eodem, ꝛ sic vniuo cum vult esse ens. Si enim identitas sufficiens ad contradictio nem, vniuocatio dicitur, constat q; ponendo ens esse analogum ꝛ fm proportionalitatem tantum vnum, sanctificet vniuocationi, quod scotice doctrine aduersatur. tenent enim habere cōceptum vnum simpliciter ꝛ omnino indiuisum: vt de vniuocis diximus. Si autē non omnis talis identitas sufficit ad vniuocationem, non recte igitur vniuocatio conceptus declarata est esse eā, que ad contra dictionem sufficit, quasi proportionalis identitas ad hoc non suf ficiat.

¶ De cautelis necessarijs circa analogorum nominum intelle ctum ꝛ vsum. Caput xj.

Ulia vero Aristo. in predicta ex elen chis autoritate, docuit nos vitandos circa horum nominum conceptus errare dicit ob latentem eorum vnitatis mo dum: idcirco necessarium fore duximus in fi ne huius tractatus cautelas quasdā tradere, quibus possit se quis ab erroie multiplici in re hac preseruare.

Cauendum Est igitur imprimis, ne ex vniuocatione ipsius nominis analogi respectu quo rundam credamus simpliciter ipsum esse vniuocum: omnia enim fere analoga, propie fuerunt prius vniuoca, ꝛ deinde extensione, analoga communia proportionaliter illis quibus sunt vniuoca et alijs vel alij facta sunt. Sapientie enim nomen primo impositum est humane sapientie, ꝛ vniuocum omnium hominum sapientis erat. Deinde ad diuine nature cognitionem ascendentes, propor tionalemq; similitudinem inter nos vt sapientes ꝛ deum contem plantes, sapientie nomen extenderunt ad id in deo significādum, cui nostra sapientia proportionalis est: sicḡ vniuocum nobis, ana logum factum est nobis ꝛ deo. Et similiter de alijs accidit. ℣ Falli autem contingit faciliter ex hoc, quia illa ratio prior vtpote notior ꝛ familiarior ꝛ prior quo ad nos, semper profertur ab illustribus viris ꝛ eorum sequacibus, quando analogi significatio queritur, ꝛ dicitur esse tota analogi ratio, prio qua simpliciter prolatum stat ꝛ omnia analogata illam participare: vt patet cum sapientie ratio redditur. Assignatur enim differētialis eius cōceptus pio ratio ne, fm quam communis ponitur deo et creature, et simile est in alijs. Creditur enim ex hoc, quod illa sit ipsa analogi ratio, ꝛ in caute vniuocatio acceptatur: non enim illa ratio est ratio analogi, sed eius ouigo quo ad nos: quoniam non illa, sed illa propor tionaliter in altero analogato inuenitur: vt ex dictis patet.

Cauendum Secundo est: ne nominis vnitas aut di uersitas rationum, analogam vnitatem obnubilet: hoc enim tanquam quoddam accidens, in re hac fuscipiendum est. Nihil enim minus analogice idem sunt septem, os et spina, vnum non habentia nomen, quam si vnum nomen habe rent. nec magis idem essent si vnum nomen haberent, et tamen si communi nomine ossa vocarentur, ita quod defectu vocabulo rum, vel rerum proportionali similitudine, ossis nomen ad cetera extensum esset, crederemus eiusdem esse nature et rationis ossa ꝛ spinas ꝛc. presertim q̄ia (vt dictum fuit) ad ea que sunt propositio naliter eadem, consequuntur passiones tanquam si eorum esset na tura vna.

Cauendum Tertio est: ne vocalis vnitas rationis analogi nominis, mentem revolvat. Ex eo namq; (verbi gratia) quod principium dicitur esse id ex quo res fit, aut est, aut cognoscitur, et hec ratio in omnibus que principia dicuntur saluatur, principij nomen vniuocum cre ditur. Erratur autem: quia ratio ipsa non est vna simplici ter, sed proportione et voce: vocabula enim ex quibus integra tur, analoga sunt: vt patet, negs enim fieri, negs esse, negs co gnosci, negs hr ex, vnius omnino est rationis: sed proportio nalis. Et propterea ratio illa ut omnibus vtpote proportio nalis saluatur: sicut et principij nomen proportionaliter com mune dicitur.

Cauendum Demum est: ne diuersa doctorū dicta de analogis, nos perturbent. Consideran dum quippe est, q; ex analogum medium inter equiuocum ꝛ vniuocum est, ꝛ medium extremorum naturam sapiens, ad alterum comparatum, alterum induit: adeo vt quando medio fm id quod de vno extremo habet vtuntur, alterius extremi conditiones et attri buamus (vt in quinto phy. tex. con. 6. ꝛ. 52. patet) ideo plerumq; doctores vtentes analogo ex parte vnitatis quam ex vniuo



cis participat, vniuocorum non solum conditiones (puta abstra ctionem, indistinctionem ꝛc.) sed etiam nomen et attribuunt: vtentes vero analogo ex parte diuersitatis quam ex equiuocis tra hit, conditiones quoḡ supradictis oppositas, et nomen illi im ponunt equiuoci. ℣ Et vt de multis pauca dicantur, Aristotel. in secundo metaphys. text. iiij. ens dixit verum vniuoca vocat: quia ex parte identitatis illis vtitur: vt processus suus aperte ostendit. ℣ Sanct. Tho. quoḡ pluries dicit in ratione alicuius analogi (pu ta paternitatis communis diuine et humane paternitati) omnia contenta esse indiuisa et indistincta: et q; paternitas (verbi gratia) abstrahit a paternitate humana et diuina: quia vtitur analogo ex parte identitatis. Nec tamen falsę sunt aut abusiue predicte lo cutiones et similes, sed ample potius et large, quemadmodum pallidum nigro contrarium est et dicitur. Saluatur siquidem in analogis identitas nominis et rationis: in qua (vt ex dictis pa tet) nō solum analogata, sed etiam singule analogi rationes vtiū tur, et quodammodo confunduntur: vtpote abstrahentes aliqua liter ab earum diuersitate. ℣ Aristotel. ruris in primo phy sic. ex parte diuersitatis, ente vtens contra parmenidem, multipliq; seu equiuocum (vt ipsemet illum text. sic exponendum specialiter in secundo elenchorum tradit) vocauit: vnde et Porphyrius Aristot. dicere ens esse equiuocum accepisse videtur: vtens ente ex parte diuersitatis. Quod tamen scot. in primo. distinc. iij. quest. iij. in lo gica aristot. non inuenit ideo dixit: quia predictos text. non conuigaunt. Propter quod ibidem quoḡ contra textum glosauit prin cipium Aristot. contra parmenidem in primo phy sic. text. xiij. vt in elenchis (vt dictum est) clare patet. ℣ Sanc. Tho. etiam ens pri mo non esse primo analogato. nihilq; deo prius secundum intellectū esse dicit: pluries vtens analogo ex parte diuersitatis rationum. Quelibet siquidem eius ratio secundum se quia proprium analo gatum in se claudit, et in sui abstractione illud secum trahens cū illo conuertitur (vt supra diximus) ideo prior secundum consequē tiam, aut abstractio: suo analogato negatur ac per hoc primo ana logato et deo nihil est prius: quia eius ratio secundum analogi nomen, que ipso prior secundum se non est, sed conuertitur, ceteris prioribus rationibus. Cum his tamen stat, q; ratio illa in deo vt eadē est proportionaliter alteri rationi, secundum idem nomen superior et secundum consequentiam prior logice loquendo sit: vt ex dictis patet. Dico autem logice: quia phy sice loquendo analogum nec est prius secundum consequentiam omnibus analogatis (quia ab eorum propriis abstrahere non potest: quamuis vt saluatur in vno sit prius altero) nec potest esse sine primo analogato, vbi ana logata consequenter se habent. Unde si quis falli non vult, solen ter sermonis causam consectet, et extremorum conditiones me dio applicaturum se recolat: sic enim facile erit omnia sane expo nere, et veritatem assequi, que a prima est veritate. Cuius cognitio ex hoc exaltetur et fiat metur opusculo, complet̄o in conuentu sancti Apollinaris, papie subur bio, die primo Septembris. M. cccc. xvij.

¶ Preclarissimus reverendissimi domini, domini Thom. de vio, Caietani Cardinalis sancti Xisti, de nominum analogia Tractatus explicit.

¶ Eiusdem super duo de conceptu entis quesita, ad fratrem Franciscum de Ferraria, magistrum studentium in conuentu Bononiensi, Responsio.

Almantissime pater ex ac ceptis vestre solicitudinis literis percepi libellum nostrum de analogia nominum vos perle gisse, duoḡ dubia de conceptu entis mentem vestram tenere, soluḡ a me familiariter flagi tastis. Ego autem ḡ primum complere exposi tionem librorum de anima, cuius fini incumbebam cum vestras recepi, respondere curauiue preclaro ingenio tuo deesse. ℣ Pri mum igitur dubium fuit ad hominem meipsum scilicet quia in cō mentarijs de ente ꝛ essentia: sustineo vnum conceptum mentalem representationum entis: ꝛ in tractatu de analogia nominum videor hoc negare. ℣ Secundum autem est ad divum Thomam: quontā ego in prefato libello sustineo analogum non absolui a' bis, qui bus analogum dicitur, ꝛ diuus tho. in. q. de veri. q. j. ar. j. docet ens habere conceptum vnum simplicem, ad quem omnia predicamen ta, ꝛ transcendentia addunt, in quem resoluuntur, qui est primo mo tus. Hec enim inuicem sibi aduersari videntur: quandoquidem si ens absolui non potest a naturis rerum, non erit simplicissi mus nec primo notus: nec in quem vltimo resolutio fiat, ꝛ ad quē omnes addunt.

Ad euidentiam horum Et specialiter pri mi, recolito quod quicquid est imago alicuius similis alteri, est etiam imago illius alterius quatenus primo assimilatur. ac per hoc omnis conceptus creature est conceptus dei, sicut omnis creatura aliqua est simili tudo dei. Illine ergo fit, quod cum vnum proportionabiliter se habeat singula membra similia proportionabiliter, oportet quod habeat etiam vnum conceptum mentalem representativum illius vnius proportionabiliter. ℣ Nec huius oppositum teneo in tracta tu de analogia nominum, sed conceptus iste vnus numero in mē te secundum esse subiectiuum, est vnus analogia secundum esse re presentativum: nec representat vnam solam naturam: sed vltra vnam, quam determinate representat (a qua est impressus) repre sentat implicite ceteras similes illi primo representatas secundum id in quo proportionabiliter eis similis est: idem enim est iudiciuz de similitudine rerum inter se ꝛ conceptus mentalis et rerum. Quemadmodum enim ossis natura similis est nature spine in sti mentalis ossis vt sustinens carnis, est similis ossi ꝛ spine: sed ossi de terminate spine autē implicite: sicut etiam ipsum os nō est sibi ip ne determinate. sed quatenus spina sustinet carnes, sicut ipsius os. Hic est primus modus, quo analogum habet vnum conceptum mentalem. ac per hoc ens, cum analogum sit, vnum hoc pacto ha ber conceptum in mente a rebus impressum. ℣ Alter autē modus super ipsius intellectus opere, quo natus est adunata diuidere, fundat, ꝛ est tunc cōceptus similis vnus numero in mente, repre sentans analogum quidē determinate, nullum aūt eorum que fun dant analogiam explicite. Contingit autem hoc, cum intelligens, mentalem conceptum quem paulo ante diximus, exoluat ab illa determinata natura, quam representabat: ꝛ loco illius nature cō cipit pronomen aliquod referens naturas fundantes analogiam indeterminate, verbi gratia: Si conceptus ossis est, os sustinens carnes: intelligens loco ossis ponat quod, ꝛ dicat qō sustinet car nes: tunc est manifeste representatur analogum explicite, implici te autem tantum nature fundantes analogiam. ℣ Est autem inter hos duos conceptus non solum dicta ex radicibus differentia: sed etiam quia primus ad quid rei spectat analogi, secundus au tem ad quid nominis, neuter tamen perfecte representat analo gum. De quo scilicet perfecto seu adequato explicite conceptu analogi interpretandum est, cum a me vel ab alio scriptum inue nitur, q; non potest analogum, vnum numero mentalem conce ptum habere, sed vnum analogia tantum. ℣ Et quoniam conce ptus mentales sunt imagines rerum representatarum (nisi sint fi ctitij) quemadmodum in mente cōceptus adequatus analogi nō est vnus, sed exigit representationem omnium fundantium analo giam, ita significatum analogi adequatum ꝛ perfectum non po test sic abstrahi, vt obiciatur, repiesentur, aut concipiatur absq; fundantibus rebus. Et sicut in mente duplex conceptus imperfe ctus reperitur ita res significata, extra potest obiici dupliciter im perfecte, scilicet vel in vno explicite in quo cetera obiciūtur indeter minate vel in nullo explicite, sed omnia implicite, in solo formalis simo significato explicite.

¶ Nec predicta contrariantur doctrine sancti Thome: ens enim primo notum ordine generationis est fm conceptum imperfectū: ordine autem distincte cognitionis est fm conceptum perfectum. ℣ Ens quoḡ habere conceptum simplicissimum, consonat dictis: quoniam cum simplicitas compositioni opponatur, et vnum analogia non sit vnum compositione aliqua, non habet ens ex hoc quod analogum, compositionem admittam. Et vt exercitatione resolutio monstretur, si substantiam in ens vio resoluere, si in conceptum distinctum entis resolutio queritur, resoluetur in ipsam naturam substantie quatenus esse fundat, quod est sim plicissimum, cui ꝛ addit ipsa substantia et addunt transcendentia. Et si in conceptum confusum, quod est, resolues: quod etiam est simplicissimum, cui etiam predicta addunt. ℣ Sed occasio errandi multis, est, quia in resolutione distincta querunt resoluere in vnum analogia, sicut consueuit resolui in vnum vniuocatione. Ita quod querunt in analogia quasi vnum numero terminum sicut in vniuocis: cum tamen terminus in analogia sit vnus proportionabiliter tantum. Ita quod et singula resolubilia resoluuntur in conceptus simplices obiectiuos et mentales,

Universidad de Deusto
Biblioteca



tomnia in conceptum obiectiuum & mentalem simplicē & vnum proportionabiliter. Ita q̄ (vt vnico verbo rem absoluam) ens esse primo notum in quod fit omnis resolutio, in quod omnia addunt, per modum analogi interpretandum est: cum quo stare potest, q̄ ens sm perfectum adequatumq̄ conceptum non abstrahit a natura is predicamentalibus, sicut nec aliquod analogum a fundamentis analogiam. ¶ In hoc pendet tota vis claritatis rei huius: vt semper animaduertat sm analogorum modum hec dici. ¶ Plura nunc non mihi occurrunt ad propositum dicenda, imo prolixiora fuit acutissimo ingenio tuo: quo ex vnico verbo concepisses cuncta. Bene vale, et pro me orare dignieris. Rome die. 27. Februarij. M.ccccc.ix.

Finis.

# ¶ Thome de vio Caietani Cardinalis sancti Xisti, in librum diui Thome Aquinatis de ente & essentia, Commentarij.

T.c.33, ca.5.in prin.

Q Via paruus error in principio magnus est in fine secundum philosophum primo celi & mundi, ens autem & essentia sunt que primo in intellectu concipiuntur (vt dicit Auicenna in metaphysica) ideo primo ne ex eorum ignorantia errare contingat ad horum difficultatem aperiendam dicendum est quid nomine essentie & entis significetur, & quomodo in diuersis inueniantur, & quomodo se habeant ad intentiones logicas scilicet genera, species, & differentias.

Q Opus istud In signe in duas partes diuiditur principales: in proemium. s. & tractatum: incipientem ibi sciendum est &c. In proemio artem rhetorice seruando tria agit. Primo reddit auditores benuolos, vtilitatem & necessitatem diuersorum ostendens tali ratione, omnis errans circa principia omnium intelligibilium magis errabit circa alia: omnis errans circa essentiam & ens errat circa principia omnium intelligibilium: ergo omnis errans circa essentias & ens magis errabit circa alia, vtile igitur & necessarium est tradere nostram de essentia & ente ad vitandos multiplices errores qui ex eorum ignorantia accidunt, huius rationis maioris subintellecte probatio ponitur in litera

ca.5.in prin. sumpta ex primo celi tex.com.33. Minor autem probatur autoritate aui. primo sue metaph. ca.5. ¶ Ad euidentiam maioris & sue probationis scito, q̄ q̄ principium, est paruum in quantitate, ideo error in principio paruus appellatur, & q̄ principium est magnum in virtute (vtpote virtualiter continens omnia principiata) ideo error in principio paruus, in fine efficitur magnus. Crescit enim error sicut & dilatatur principium in suis principiatis: vt manifeste patet in principio diuij in quo modica deuiatio ad magnam distantiam deducit in processu.

Q5.f. Ad euidentiam Minoris occurrit dubitatio si hoc studio trita an. s. ens sit primo cognitum ordine originis ab intellectu nostro. ¶ In hac questione quinq̄ agam. Primo declarabitur in quo stat difficultas questionis, secundo ponetur opinio Scoti cum fundamentis suis, tertio ponetur opinio sancti Tho. & impugnabit simul opinio Sco. quato arguetur contra dicta sancti thome & respondebitur, quinto satisfiet argumentis principalibus.

Q Uo ad Primum notandum est q̄ vniuersale (q̄ rationem ab intellectu directe cognosci supponimus) duplicem habet totalitatem. est enim totum diffinibile, & est totū vniuersale. Differunt autem he totalitates tripliciter. Primo q̄ totalitas diffinitiua fundatur supra actualitatem rei: totalitas autem vniuersalis supra virtutem seu potestatem. Secundo q̄ illa est in ordine ad superiora (si habet ea) ista vero est in ordine ad inferiora. Tertio quia illa naturaliter est ista prior. Et sicut habet duplicem totalitatem ipsum vniuersale: ita habet duplicem cognitionē confusam & duplicem distinctam. Prima cognitio confusa est: qua cognoscitur vt totum diffinibile non resoluendo in partes diffinitiuas. Secunda cognitio confusa est qua cognoscitur vt totū vniuersale non componendo ipsum cum partibus subiectiuis. Prima distincta est: qua cognoscitur totum diffinitiuum resoluendo ipsum in singulas partes diffinitionis: & hec respondet prime confuse. Secunda distincta est qua cognoscitur totum vniuersale componendo ipsum cum suis partibus subiectiuis: & hec respōdet secunde confuse. Differunt autem ille due cognitiones confuse inter se tripliciter. Primo quia prima cognitio respicit obiectum: vt totum diffinibile secunda vero vt totum vniuersale. Tertio q̄ prima nullam notitiam distinctam eiusdem obiecti secum compatitur. Secunda vero compatitur secum notitiam distinctam eiusdem obiecti: in eo q̄ totum diffinibile vtpote nō sibi oppositam. Similiter ens signato animal in suis speciebus, & noui quid sit animal. tertio q̄ prima naturaliter est prior secunda. Ex quibus pono vtrobalem differentiam. Ex prima vocetur cognitio confusa actualis, secunda vero notitia virtualis confusa. Et merito: eo q̄ prima cognitione cognoscitur confuse id quod actualiter in obiecto reperitur, secunda vero cognoscitur confuse id quod virtualiter in obiecto includit. ¶ Ille vero due distincte cognitione differūt etiam tripliciter. Primo q̄ prima cognitione penetratur res, vt totum diffinibile, secunda vero vt totum vniuersale. Secundo q̄ prima compatitur secum eiusdem obiecti aliquam cognitionem confusam vniuersalem scilicet vtpote sibi non oppositam, secunda vero nullam confusam secum compatitur: cum notitia enim animalis cum suis speciebus non stat ignorantia animalis in se, & ex hac sequitur tertia differentia: q̄ secunda distincta infert primam: et non econuerso. Ex quibus ponio etiam hic verbalem differentiā & prima quidem vocetur notitia distincta actualis, secunda vero notitia distincta virtualis & merito: q̄ prima penetratur res sm id q̄ actualiter in ea inuenitur, secunda autem cognoscitur res sm id quod virtualiter in ea includitur.

Q Et his Dicio primo diffinitiones istarum quatuor cognitionum: deinde coordinationes quatuor earundem. Et quia priuatio cognoscitur & diffinitur per suum habitum: ideo a distinctis incipiendo dicitur q̄ cognitio distincta actualis est: qua penetratur id quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio confusa actualis est qua citra penetrationem cognoscitur id quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio distincta virtualis est qua obiectum penetratur sm id quod virtualiter in ipso includitur. Cognitio cōfusa virtualis est qua obiectum sm id quod virtualiter in ipso includitur non perfecte cognoscitur.

Q Coordinationes Harum cognitionum sunt iste. prima est. cognitionū cōfusarū actualiū: secūda, cōfusarū virtualiū: tertia, distinctarū actualium: quarta, distinctarū virtualiū. In prima est cognitio qua cognoscit substātia in seipsa non penetrando ea, & cognitio qua cognoscitur corpus vt corpus: & qua corpus animatum vt sic: & qua animal vt sic: & qua homo vt sic: semper absq̄ penetratione id est absq̄ hoc quod habeatur ratio formalis clara & resoluta. In tertia sunt cognitiones oppositę supradictis scilicet qua substātia & qua corpus & qua animal & qua homo quidditatiue cognoscuntur. In secūda sunt cognitiones quibus substantia: corpus, corpus animatum, et animal cognoscuntur non componendo cum inferioribus suis. In quarta sunt cognitiones his oppositę scilicet qua substantia iam cum suis inferioribus perfecta cognitione componitur, totum vniuersale scilicet cum suis partibus: & qua corpus similiter cum suis partibus subiectiuis penetratur, & sic de aliis. Cum autem vt ex dictis patet: ordo cognitionum confusarum actualium sit via ad originis priora ceteris, primum cognitum in ordine cognitionis confuse actualis: erit primum cognitum simpliciter & sic cū hic queramus: quid sit primum cognitum simpliciter ab intellectu nostro via originis: nihil aliud dubitamus nisi quid sit primum cognitum in ordine cognitionis confuse actualis. Stat ergo inter nos & Scotum difficultas in hoc: an in ordine cognitionis confuse actualis via originis primum cognitum sit eius: an species specialissima. Ex quo patet defectus Antonij trombete qui hanc questionem mouē do adducit opinionem sancti Thome ex prima parte. q. 85. artic. 3. etenim a fan. tho nulla ibi facta est comparatio inter cognitiones confusas actuales: de quibus est hic tota questio: sed comparauit ibi cognitiones distinctas actuales inter se. comparauit quo q̄ distinctam actualem superioris distincte virtuali eiusdem. comparauit & confusam virtualem superioris distincte virtuali eiusdē comparauit & confusam actualem distincte actuali eiusdē obiecti vt patet inuenti, & hec de primo.

Q Uo ad Secundum Scotus primo sent. di. 3. q. 2. ponit hanc conclusionem. Primum cognitum cognitione confusa actuali est species specialissima: cuius singulare efficacius primo mouet sensum. Et probat tribus rationibus. ¶ Pri-



¶ In hac secunda particula declaratur quid nomine essentie importetur. tali conclusione. essentia significat quoddam commune omnibus naturis omnium entium. Cuius talem declarationē insinuat: sicut ens significat aliquod commune omnibus existētibus: ita essentia (cum ab illo sumatur) significat aliquod commune omnibus generibus ꝛ speciebus: ꝛ sicut ens significat id quod est in quolibet genere ꝛ qualibet specie: ita essentia oportet quod significet id quo aliquid est in quocunꝙ genere ꝛ quauis specie. habent enim se ens ꝛ essentia vt quod ꝛ quo. cum autem nature rerum sint ille quibus res reponuntur in generibus ꝛ speciebus: sequitur qō essentia significat aliquod commune omnibus naturis rerum: vnde quemadmodum ens predicatur de homine bone ꝛ similibus q̄ sunt in ḡnibus: ita essentia p̄dicatur de humanitate ꝛ bonitate q bus in generibus reponunt: per nomē ergo essentie intelligitur natura rei sicut per nomē entis id qō habet naturam illam. ¶ Co. 11.

**Circa** Hanc particulam insurgit dubitatio valde difficilis: an ens ꝛ essentia significent immediate ipsa predicamenta seu naturas eorū an mediate. In hac dubitatione tria agā. Primo declarabitur titulus questionis. secūdo adducetur opinio Scoti ꝛ impugnabit. tertio ponetur opinio sancti tho. ¶ Pro primo sciro quod significare mediate in proposito est significare aliqd mediante aliquo superiori: sicut animal significat species suas mediante (scilicet natura sensibili) non enim animal significat hominē nisi quia homo est substantia animata sensibilis. Significare immediate est significare aliquid non per aliquam naturam seu realitatē superiorem. sed per seipsam primo: sicut animal significat gradum sensitiuum seu realitatem sensituam immediate: vt patet. Verterur ergo in dubium hoc. an ens significet aliquē gradum seu aliquam realitatem abstrahibilem a naturis predicamentalibus communem eis sicut superius essentiale suis inferioribus ꝛ sic mediatē significet predicamenta an immediate significet ipsas naturas predicamentales. hec de primo.

**Quo ad** Secundum Sco. vt colligitur ex primo sen. dist. 3. q. 1. et 3. dist. 8 q. 2. in. q. 1. 2. iij. 2 di. viij. q. ij. opinatur ꝙ ens significet decem predicamenta mediate. imaginatur enim ꝙ a quibuscūq; similibus sit abstrahibilis vna realitas obiectiua vtriusq; cōmunis ꝛ prior vtroq; ꝛ sic cum substantia ꝛ accidens habeāt similitudinē in ente ab eis est abstrahibilis vna ratio obiectalis vtriq; communis ꝛ prior: tā substantia q̄s accidente que nomine entis significatur. Quod vt melius intelligatur pono processum istarum abstractionum diffuse. Cum enim sor. conueniat cum platone in humanitate ꝛ non cum brunello: ab eis potest abstrahi humanitas communis ꝛ prior eis: ꝛ inde cum homo cōueniat cum brunello in sensibilitate ꝛ non cum planta ab eis potest abstrahi animalitas communis ꝛ prior eis. ꝛ inde cum animal conueniat cum planta in vegetabilitate: ꝛ non cum lapide: ab eis potest abstrahi vita communis ꝛ prior eis: inde cum vnum conueniat cum lapide in corporeitate ꝛ non cum intelligentijs ab eis potest abstrahi corporeitas communis ꝛ prior eis: inde cum corpus conueniat intelligentijs in substantialitate: ꝛ non cum accidentibus: ab eis potest abstrahi substantialitas communis ꝛ prior eis: inde cum substantia conueniat cum accidente in entitate reali ꝛ non cum entibus rationibus: ab eis est abstrahibilis entitas communis ꝛ prior eis. ꝛ cum hic realitas primo abstrahibilis sit illa quam significat ens immediate: oportet quod predicamentales res seu nature mediate sub entis significatione claudantur. ¶ Ad hanc positionem confirmādam multa possent adduci media: que ne digrediamur ad analogiam entis ꝛ comparationem transcendentium ad predicamenta: an scilicet sint eorum predicata quidditatiua vel nō: omittemus ꝙ nunc: quia infra speciales erunt de his questiones. ¶ Contra hāc opinionem arguo dupliciter. primo autoritate Arist. 8. meta. text. cō. 16. vbi soluens questionem quare quidditas sit vna: dicit ꝙ in substantijs separatis non est querenda alia causa: quia in eis non est nisi forma que statim seipsa est ens ꝛ vnum. quemadmodū ens statim seipso est substantia ꝛ quantitas ꝛ cetera predicamenta: nō expectans aliud faciens ipsum naturas predicamentales. ex qua autoritate arguitur sic. ens significat quandam realitatem priorē predicamentis: ergo expectat aliquid cōtrahens ipsum ad predicamenta consequentia nota. cōsequens autem est contra Arist. ergo a destructione cōsequētis ad destructionem antecedentis ens nō significat realitatem priorem predicamentis. ¶ Secundo arguitur autoritate Commenta. 10. metaphy. cō. 18. dicentis quod hoc nomen ens vnum significat id quod significat in predicamento substantie ꝛ quantitatis ꝛ qualitatis prima significatione sine medio ꝛ non mediante aliqua communi: quid clarius. ¶ Ratione nō arguo: quia oporteret egredi limites. hec de secundo.

poten. q. 9. art. 5. q. 6. circa fi. ca. 2. q. 3. ar. 4. & me. 1 quodl Dubio T. c. 16 Cō. 18.

**Quo ad** Tertium pono opinionem sancti Thome ex duabus conclusionibus elicitam. Quarum prima est ista. ens significat vnum conceptum formalem communem in representando substantie ꝛ accidentibus ꝛ creature.

**Secunda** Est ista. Ens significat vt conceptum obiectalem aliquod reale inuentum in omnibus generibus: distinctum secundum rationem a propijs conceptibus obiectalibus omnium generum: nullum gradium supra naturas genericas specificas ꝛ individuales exprimendo. ¶ Pro intelligēia terminorum nota quod conceptus est duplex: formalis ꝛ obiectalis. Conceptus (formalis) est idolum quoddam quod intellectus possibilis formar in seipso representatiuum obiectaliter rei intellecte: quod a philosophis vocatur intentio seu conceptus: a theologis vero verbum. ¶ Conceptus autem (obiectalis) est res per cōceptum formalem representata in illo terminans actum intelligendi. Verbi gratia. conceptus (formalis) leonis. est imago illa quam intellectus possibilis formar de quidditate leonina cum vult ipsaꝫ intelligere. Conceptus vero (obiectalis) eiusdē. est natura ipsa leonina representata ꝛ intellecta. Hec putandum est cum dicitur nomen significare cōceptum quod significat alterum tantum: significat enim leonis nomen conceptum vtrūq; (licet diuersimode). est namq; signum conceptus formalis vt medij: seu quo. ꝛ est signum conceptu entis ꝛ de significatione eius. ¶ Probo ergo conclusionem primam tali medio. omnia similia quacūq; similitudine etiā analoga seu imitatiua secundum id in quo assimilantur. possunt ꝙ eandem imaginem representari: sed deus ꝛ creature substantia et accidens habent similitudinem inter se saltem analogam. ergo secundum id in quo assimilantur possunt per eandem similitudinem representari. Sed assimilantur in esse. ergo eadem similitudine poterunt representari inquantum habent esse: similitudo illa est conceptus formalis entis. ergo ꝛc. processus clarus est: ꝛ propositiones ab omnibus sunt concesse: cum maior fuerit dilucidata: quam sic ex notioribus suademus. Vbicūq; inuenitur agens producere sui similitudinem in alio: si id aliud producat aliud simile sibi secundum id quo ipsum assimilatur ꝛ imo: oportet tertiū assimilari vtriq; ea ratione: quia quicquid est simile alicui in eo quod illud est alteri simile est simile vtriq;: sicut species sor. in oculo meo producta ab imagine sor. in speculo est similitudo representatiua vtriusq; et figure sor. in speculo a qua immediate est causata. ꝛ figure sor. in ipso a qua est mediate causata. Sed ita est modo quod inter habentia analogam similitudinem deum ꝛ creaturam: substantiam ꝛ accidens: reperitur huiusmodi habitudo in ordine ad conceptū formalem. igitur ꝛc. Fit autem hoc sic manifestum exemplariter. sapiēs tia diuina producit sapientiam humanam: que est quedam sui similitudo (imperfecta tamen) sapientia autem humana producit similitudinem sui in intellectu nostro: que nil aliud est q̄s sapientia in esse intentionali: sicut sapientia extra est sapientia in esse naturali. Cum autem similitudo ista sapientia intellectu representer sapientiam humanam. Pm id quo illa assimilat sapientie diuine: qz representat eā Pm propriā rationem formalē. sequitur de necessitate ꝙ hic vnica similitudo representat vtranq; humanam. s. ꝛ diuinam: vtpote que similis est vtriq; licet ab humana sit immediate exemplata: a diuina mediate. Ex hoc exēplo in terminis specialibus: intuere ꝓpositū nostrū in terminis transcendētibus qualis est ens. Cū em esse creature assimilet esse diuino a quo exēplatū est: ꝛ esse accidentale assimilet esse substātiali a quo emanat: similitudo producta in intellectu ab esse substātiali: siue accidētali inquantū assimilant erit olim representatiua imago. ꝛ cū cōceptus nō requiratur ad intellectionē nisi vt obiectaliter representet rem vnico cōceptu intellectus in deū ꝛ creaturā in eo ꝙ ens ferentur. ꝛ similiter in substantiam ꝛ accidens. Nec oportet ponere plures conceptus et multiplicare entia sine necessitate. Quod autem hic sint non solū Pm mentem san. tho. dicta: sed etiam Pm expressam sententiā patet in. q. de di. potentia dei. q. 7. ar. 5. in corpore. Vnde hanc rationem accepit in eadem. q. ar. 6. vbi circa finem corporis. q. adducit exēplū de speculo: ꝛ dicit expresse ꝙ sic se habet conceptus noster ad deum ꝛ creaturas sicut species rei vise in speculo: ita ꝙ deus se habet vt res producens similitudinem suam in speculo: creatura vt species in speculo: conceptus noster vt similitudo extracta a specie in speculo vtriusq; representatiua. Vnde nullus mentis compos potest hoc negare in eius via.

**Conclusio** Secūda habet tres partes. Quo ad primā declaratur sic. cōceptus obiectalis entis est id qō representatur per eius conceptum formalē: sed eius conceptus formalis representat id m̄quo assimilant omnia entia realia: qō oportet in eis esse. ergo cōceptus obiectalis entis est aliquid reale inuētum in oibus. scōa propositio assumpta licet patere possit ex dictis. tū declarat adhuc sicut cōceptus formalis aialis representat fundamentū similitudinis generice: ꝛ cōceptus formalis hois representat fundamentū similitudinis specifice. ꝛ vniuersaliter quelibet imago cōmunis pluribus in representando representat fundamentum similitudinis inter illa plura: vt patet in exēplo supra posito de specie in oculo causata a specie sor. in speculo: q̄m illa representat nō similitudinē inter species in speculo ꝛ sor. cū sit relatio: sed fundamentū illius similitudinis: puta qualitates et lineamenta que sunt in vtroq;. sic conceptus entis formalis representat fundamentū analogice similitudinis in esse inter oia entia realia existentis: qō in oibus esse absq; opere intellectus ex eo patet. vnde ꝙ similia sunt extra aiam: cū hoc fundamentū representatū sit cōceptus obiectalis entis vt dictū est. patet cōceptū obiectalē entis esse aliquid reale inuentū in oibus: quod erat in prima parte conclusionis positū. ¶ Scōa pars cōclusionis sequitur ex ista. si em cōceptus obiectalis entis inuenit in oibus: ꝛ nullus cōceptus obiectalis propius substantie aut accidētis inuenit in oibus. cōsequens est ꝙ nō oino sint idē: ꝛ ꝙ saltē ratione distinguant conceptus entis a propijs oim cōceptibus obiectalibus: qō erat scōa pars cōclusionis. ¶ Tertia pars eiusdē sic declarat. si cōceptus obiectalis entis esset aliqs gradus supra gradus specificos ꝛ genericos tūc cōsideratis pcise gradibus specificis ꝛ genericis essent eorū pcise passionibus nō esset in eis vt sic. inuenire passiones entis. hoc est falsum. ergo a destructionibus consequentis ꝛc. cōsequentia declarat: qz em aial dicit aliū gradum ab hoic. adeo homini Pm differentiale conceptū precise nō insunt passiones aialis. vt ostēdit falsitas istius reduplicatiue. homo inquantū rationalis est bipes. circunloquendo p̄ bipes passionē aialis propriā. ꝛ similiter si ens dicit aliū gradum a substātia. sequitur ꝙ cōsiderata precise ratione cōstitutiua substātie: substātia nō est vna nec vera nec bona ꝛc. q̄ noiant passiones entis ꝛc. Falsitas cōsequentis probatur sic. homo inquantū rationalis precise est vnū qd vnitate: q̄ est passio entis. homo inquantū rationalis dicit aliū gradum ab ente (Pm te cōtra quem arguo) ergo passio entis cōuenit alijs gradibus ab ente precise: vt sic acceptis: qō est oppositū consequentis. puma propositio assumpta habet ex Sco. in secundo sen. dist. 2. d. 3. q. 3. in. c. q. 1. q. 1. tenente vnitatē mediam minorē vnitate numerali ꝛ maiorez genericā esse passionē entis. ꝛ sequi naturā specificā ratione vltime differentie. Manifesta quoq; fit sic pro nunc eadē propositio. homo inquantū rationalis est indiuisibilis formaliter. supposito ꝙ rationale sit vltima differentia. ergo homo inquantum rationalis est vnus formaliter. Vnitas enim nil aliud est q̄s indiuisio. Sed de hoc (cum de vnitate nature agetur) amplior erit sermo. Nunc autem sufficiat ꝙ in gradibus specificis precise acceptis ꝛ similiter generic is est inuenire passiones entis: quod erat probandum. et consequenter quod ens non significat distinctum gradum a naturis specificis ꝛ genericis: quod erat tertia pars conclusionis.

**Sed tunc** Ex quo res significata per hoc nomen ens est aliquid inuentum in omnibus: et non est gradus distinctus contra specificos ꝛ genericos: declarandum superest quid sit. q̄s sic declarat. gradus quicūq; generic us vel specificus, vel differētialis, vel individualis habet in seipso multis modis concipi possit. ꝛ Pm ꝙ quilibet gradus est habens esse: nomine entis importat. ꝛ ad cōceptū obiectalē entis pertinet. Pm vero ꝙ absolute talis vel talis gradus consideratur nomine proprio significat: ꝛ conceptus obiectalis illius est. verbi gratia. humanitas ex sua propria perfectione formali: qua distinguitur contra reliquas vniuersi perfectiones. habet ꝙ per cōceptum formalem humanitatis representatur ꝛ cognoscat ꝛ significet humanitatis nosse. humanitas: vt sic etiam habet ꝙ sibi debeatur: seu conueniat esse quidditatiuum: ꝛ actualis existentie: ꝛ sic representatur conceptu formali entis tanꝙ pars sui obiectalis conceptus ꝛ entis nomine significatur. Similiter animal hec duo in se habet, et sic de aliis. Vnde conceptus obiectalis entis sunt nature generice ꝛ specifice vt habentes esse, sic enim fundant analogam similitudinem, de qua loq̄mur, ꝛ propterea ens ꝛ passiones eius in quolibet gradu precise accepto saluantur, quilibet enim gradus vt sic habet in se vnde sit ꝛ indiuisus sit ꝛ conformabilis intellectui et appetitui ꝛc, quod a ponentibus ens abstrahibile a gradibus specificis ꝛ genericis saluari non potest. ¶ Quod autem hec sint secundum doctrinam san. tho. diligenter inuestigem eius doctrinam censeo me constituo. Infra tamen cum de analogia entis agēt hoc ostendemus: pro nunc satisfaciant hec dicta, presertim ꝙ tam prima q̄s secunda pars conclusionis ex precedente conclusione sequitur: quam constat esse. o. tho. ¶ Tertia autem pars ab omnibus thomistis asseritur vnanimiter. Sic ergo patet qualiter ab omnibus entibus vtpote similibus abstrahibilis est conceptus entis: non modo scōstico. ꝛ patet qualiter sit verum quod hic. o. Tho. dicit: scilicet, essentia significat aliquid commune omnibus naturis omnium generum ꝛ specierum, non enim intēdit ꝙ essentia significet aliquam naturam communem omnibus naturis: sed ꝙ significet omnes naturas vt assimilantur in hoc ꝙ entia sunt, quelibet enim natura vt sunt (quibus res sunt) essentie rationem habent: sicut quelibet res habēt rationem entis vt sunt habētes esse seu que sunt. C. 2. q. 3.

¶ Et qz illud per quod res constituitur in proprio genere vel specie, est quod significamus per diffinitionem indicātem quid est res. Inde est ꝙ nomē essentie a philosophis in nomen quidditatis mutat, ꝛ hoc est quod philosophus in septimo metaphysice frequenter nominat, quod quid erat esse idest hoc per quod aliquid habet esse quid. Dicitur etiam forma Pm ꝙ per formam significatur perfectio, vel certitudo vnuscuiusq; rei, sicut dicit Auicenna in secundo metaphysice sue. Hoc etiam alio nomine natura dicitur accipiendo naturam secundum primum modū illorum quatuor modorum, quos Boetius de duabus naturis assignat secūdum scilicet quod natura dicitur esse illud quod quocunq; modo intellectu capi potest, non enim res intelligibilis est nisi per suam diffinitionem et essentiam, et si cetiam dicit philosophus in quinto metaphysice, quod omnis substantia est natura. Nomen autem nature hoc modo sumpte videtur significare essentiam rei secundum quod habet ordinem vel ordinationem ad propriam operationem rei, cum nulla res propria destituatur operatione. Qualitatis vero nomen sumitur ex hoc quod per diffinitionem significatur. Sed essentia dicitur Pm ꝙ per eam ꝛ in ea res habet esse. T. c. 1. caꝑ. 2. post me dium. T. cō. 5

¶ In hac tertia pte huius capituli declaraturus quomodo differant nomina essentie inter se: enumerat quinq; eius nomina, primo scilicet essentia: quidditas: quod quid erat esse: forma ꝛ natura, quorum ratio ꝛ differentia satis clare ac manifesto sermone in littera traditur, adeo vt addere non sit opus. Parus post ꝑn cipiuꝫ.

¶ Nota tamē circa id quod de Boetio affertur quod Boetius in libro de duabus naturis ꝛ vna persona christi, naturam quadrupliciter accipi dicit. primo omne intelligibile. secundo omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca



substantia.tertio principium intrinsecum motus. quarto specifica
2.di.37. essentia seu differentia.quos modos (si Boetium nō habes) vide
q.1.ar.3. si placet in scō sen.san. Tho. di.37.q.1.ar.1.primo modo accipit
hic naturam.s.Tho.qm sic cōis est essentijs substantialibus & ac-
Cap.2. cidentalibus genericis & specificis &c. Caplm.ij.

SEd qr ens absolute & primo dicitur de substātijs, & posterius, & sm quid de accidentibus, inde est qr essentia proprie & vere est in substātijs, sed in accidentibus est quodammodo et sm quid &c.

¶Expedito primo propositorū exequens in hac secūda parte tractatus qūo essentia in diuersis diuersimode inuenitur: qđ scdo loco propositum erat. Primo declarat qūo essentia inuenitur in substantijs cōpositis in tribus capitulis. scdo in substantijs separatis duobus capitulis.tertio in accidentibus vnico capitulo. Circa substantias cōpositas tria declarātur in illis tribus capitulis.
Cap. 5. 6. 7. In primo qđ sit entia substantiarū compositarum. In secundo quomodo differant inter se essentie substātiarum compositarum.
Cap.7. In tertio quomodo se habeant ad intentiōes logicas. Incipiens autem exequi in hoc capitulo quomodo essentia in diuersis diuersimode inuenitur. Primo hoc declarat in communi omnes essentias vniuersi admixcem comparando duabus comparatiōibus. secundo quid sit essentia substantiarum compositarum tribus cōclusionibus negatiuis & quarta affirmatiua.tertio mouet dubitationem quandam circa conclusionem affirmatiuam & soluit eam. Facit primo comparationem prima inter essentias substātiarum & accidentium tali conclusione. Substantia vere & proprie habet essentiam,accidens autem sm quid,quam sic probat. vniquodq; sicut est ens,ita habet essentiam:sed substātia est ens simpliciter: accidens vero est ens sm quid. ergo substantia habet essentiam
L.cō.2 simpliciter,accidens autem sm quid.maior ex dictis in precedenti capitulo patet:minor licet habeatur septimo metaph.in principio tamē sic probatur in litera:illud est ens simpliciter de quo ens absolute & primo predicatur,& illud est ens sm quid de quo ens posterius:& sm quid dicitur:sed de substantia ens dicitur absolute & primo.de accidente autem posterius & sm quid.ergo substātia est ens simpliciter,accidens vero sm quid. Questio.ij.

## Circa hanc

Particulam,dubitatur an ens per primo dicatur de substantia & posterius de accidente:an vniuoce de vtrōq;. In hac questione quinq; agenda sunt. Primo declarabitur titulus.secundo ponetur opinio Sco.tertio arguetur contra illam.quarto ponetur opinio.s. Tho. quinto respondebitur argumentis in oppositum. ¶Quo ad primum sciendum est:qr aliquid dupliciter cōtingit de aliquibus predicari per prius & posterius.Uno modo sm esse illius predicati. Alio modo sm propriam rationem eiusdem.Illud dicitur predicari analogice(sm esse) qđ perfectius habet esse in vno qm in alio, & sic omne genus predicatur per prius & posterius de suis speciebus:eo qr perfectius esse necessario habet in vna specie qm in alia. vnde Cōmen.12.metaph.com.2.dicit q prioritas & posterioritas speciei
Com.2 non impedit vnitatem generis, & hoc modo non querimus hic. per se enim notum est omnibus qr ens perfectiori modo est in substantia qm in accidentibus. & qr hoc modo predicatur per prius et posterius. ¶Illud vero dicitur pdicari analogice: seu per prius & posterius sm rationem propriam:qđ de vno predicatur sine respectu ad aliud.de altero vero non nisi in respectu ad aliud:verbi gratia:sanum predicatur de animali sine respectu ad dietam medicinam & viam.de isto vero predicatur non nisi in respectu ad animal.dicitur enim animal sanum absq; additione aliqua. vina vero non dicitur sana:nisi qr est signum sanitatis existentis in animali:& dieta similiter non est sana: nisi qr est conseruatiua sanitatis:& sic de alijs. ¶Cum enim diffinies sanum predicatum de animali non ponet in eius diffinitione respectum ad aliquid horum. Cum autem diffinies sanum predicatum de vina in diffinitione eius ponetur respectus ad sanitatem animalis cum ipsa animalis sanitate.& similiter in diffinitiōe diete & medicine in eo qr sane sunt. dices enim (vt iam dictum) qr vina est sana:in eo qr signum est sanitatis:dieta in eo qr conseruatiua:& medicina in eo qr causa.sa est illius:& hoc modo vertimur hic in dubium an ens predicetur analogice:vtra qr absoluere predicetur de substantia:de accidentibus vero non nisi relatiue ad substantiam:quod idem est:qr querere virum substantia in eo qr ens non includat accidens. accidens vero in eo qr ens includat substantiam: & in hoc pendet tota questio inter nos & Scotum: quoniam accidens in eo qr accidens includere substantiam ab omnibus conceditur.sed non accidens in eo qr ens.hec de primo.

## Quo ad secundum

Scotus primo sen.di.viij.q. 3.q.i.ar.2. ibidē. viij.q.6.pontit hāc cōclusionem:ens est vniuocum substantie & accidenti deo & creaturę:& probat eam sic.omnis intellectus certus de vno conceptu et dubius de diuersis.habet conceptum de quo est certus.alium a conceptu de quo est dubius:intellectus quilibet potest esse certus de deo seu de propria passione:qr sit ens.dubitando an sit ens finitum vel infinitum: siue an sit substantia vel accidens.ergo conceptus entis est alius a conceptibus istis. & ita neutrum est ex se: sed in vtroq; illorum includitur:igitur vniuocus. prima propositio patet ex terminis. minorem vero experientia docet. Scdm da differēcie. Tcō.2 t.cō.3 Cō.3. Prima rō

¶Secundo sic. ens non est vniuocum. ergo deus non est a nobis naturaliter cognoscibilis aliquo conceptu simplici.hoc est falsum.ergo a destructione consequentis &c.consequentia probatur. nullus conceptus est producibilis in intellectu nostro qui non cōtineatur essentialiter vel virtualiter in obiecto relucente in phantasmate:sed conceptus non vniuocus deo & obiecto relucente in phantasmate est non contentus tam essentialiter qm virtualiter in obiecto relucente in phantasmate. ergo nullus conceptus est producibilis in intellectu nostro : nisi sit vniuocus obiecto relucenti in phantasmate. hoc autem est creatura. ergo omnis conceptus simplex quem habemus de deo est vniuocus creature:& consequenter conceptus entis. maior patet. minor declaratur : quia obiectum creatum continet essentialiter conceptum increatum. vt de se notum est .nec virtualiter : quia prius non includitur virtualiter in posterius:sed econuerso. Secūda Vsq3 hoc ꝓ positus cōmen. huius doct. sequndo poste. Cā.cir ca me. vide cōse quētias arist. j. d.7.qō. 3.Ca.3.

¶Tertio sic, omnis inquisitio metaphysicalis de deo procedit considerando rationem formalem alicuius :& auferendo ab ea imperfectionem quam habet in creaturis :& reseruando illam rationem formalem : et attribuendo sibi omnino summam perfectionem : & sic potendo illam in deo .ergo omnis inquisitio de deo supponit intellectum habere conceptum eundem vniuocum quem accipit ex creaturis. Tertia

¶Quarto sic. ens non est vniuocum substantie et accidenti. ergo substantia non est a nobis naturaliter cognoscibilis. hoc est falsum : ergo &c.tenet consequentia : eo quod cum substantia non immutet immediate intellectum nostrum ad aliquam intellectionem sui: sed rantum accidens sensibile : sequitur quod nullum conceptum quidditatiuum habere poterimus de ea nisi aliquis talis possit abstrahi a conceptu accidentis : sed nullus talis quidditatiuus abstrahibilis est a conceptu accidentis : nisi ens vniuocum accidenti et substantie. Ilhoc autem quod in ista ratione assumit, scilicet quod substantia non immutet intellectum nostrum ad aliquam sui intellectionem. probatur sic:quicquid sua presentia immutat intellectum : absentia illius potest naturaliter cognosci ab intellectu quando non immutatur (sicut apparet ex secundo de anima) quod visus est tenebre cognoscitiuus quando lux non est presens :eo quod tunc visus non immutatur. igitur si intellectus naturaliter immutatur a substantia immediate ad actum circa ipsam :sequeretur quod quando substantia non esset presens posset naturaliter cognosci non esse presens:ita naturaliter cognosci posset in hostia consecrata non esse substantiam panis : quod est manifeste falsum. quarta t.cō.7.

¶Quinto : arguitur autoritatibus secundo metaphy. ter.commen.4. Probans Aristotelis causam entitatis et veritatis : maxime entia et vera assumit hanc propositionem : vnumquodq; maxime ipsum alterum dicitur : secundum quod alijs inest vnuocato . ens ergo vniuocum dicitur apud Aristotelem de causa entitatis . scilicet deo et alijs : aliter processus Aristotelis nullus esset . arguit enim sic. causa vniuoca entitatis et veritatis est maxime ens : et vere deus est huiusmodi .ergo. Auicenna quoq; primo metaphy. capitulo secundo dicit. substantia et quantitas non habent intentionem communem nisi entis cuius quedam sunt quasi species : et quedam quasi accidentia propria. Et capitulo quinto facit argumentum quod adductum est de conceptu certo : et dubio . Omnes inquit imaginantur certitudinem entis . dubitant autem virum sit agens vel patiens . Algazel in Metaphysica sua tractatu primo habet quod quidam homines putauerunt quod ens non predicat aliū conceptum a suis inferioribus dicentes q esse accidentis nihil aliud sit qm esse substantie. Multa alia argumenta adducuntur ad hoc:sed qr(vt patebit) non probant vniuocationem sed alietatem quinta t.c.4. algazel



conceptus entis omittor:& etiam qr ex dicendis:cuilibet ingenioso patebit respon. ad omnia. hec de secundo.

## Quo ad

Primum arguo primo sic, nullū vniuocatū in ratione sui vniuoci habet aliqd plus qm reliquum vniuocatū:substātia & accidēs sunt vniuocata per te in ente. ergo accidēs nō habet aliqd plus in ratione sui vniuoci.s. entis qm substantia:discursus bonus:cōsequio vero est falsa.ergo altera pmissarū, nō maior:qr illa habet se ut antepredicamentis :ergo minor: q est cōclusio aduersa partis. Falsitas conclusionis habet septimo metaphy.textibus & cōmentis secundo & tertio, vbi dicit qr in ratione accidētis inquantū ens ponit substātia, vnde Cōmen. dicit in cōmento tertio, qr sedens & stans nō dicunt esse entia sine substātia, patet aūt qr in diffinitione substātie:inquantū ens nō ponit accidens nec substantia: eo qr abstrahit apud eos ab illis. ¶Patet secūdo falsitas illius cōclusionis ex dictis Antonij trōbete qui in hac qstione fatetur in diffinitione accidentis inquantū ens cadere substantiā. Unde etsi ratio posset a Scoto sm apparentiā solui glossando Aristotelem (glossa destruēte tertiū) nullo tū pacto potest ab Antonio trōbeta soluere qr ab ipsa veritate coactus conceditur in quolibet suo falsitatem cōclusionis quā Scotus negaret. Prima ratio, Vtrū ad hoc ꝓ positus cōmen. huius doct. secundo poste. Cā.circa me. vide cōsequētias arist. j. d.7.qō. 3.Ca.3. Secum da diffinitiōe. Tcō.2 t.cō.3 Cō.3.

¶Secundo arguit sic: ens est vniuocū predicatū in qđ de pluribus differētibus spectē:in nulla differentia quidditatiue inclusus, ergo est genus.tenet consequentia ex diffinitione generis,& condition appolita a Scoto in primo sen.di.3.q.3. vltimā est particulā assumptam.ergo dicit ad genus & bene.& sm Aristo. quarto topi. Antecedēs quo ad primā partē & secūam Scoti ibidem est. Quo ad tertiaz autem probat sic. Si ens esset inclusum in aliqua differentia nō vltima:sequeret q addēdo differentiam nō vltimā generi:esset negatio:hoc est falsum.ergo &c.tenet cōsequētia:qr bis ens poneret eodē modo:semel ratione generis:& semel ratione differētie.verbi gratia,si ens includit quidditatiue in ratione animalis:dicēdo animal rationale erit negatio. est aūt prima pars rationis animalis sit ens.erit ratio propria animalis ens.a.b.c. Similiter est prima pars rationis rationalis sit ens: erit ratio rationalis ens.d.e.f.& sic dicendo animal rationale dices ens.a.b.c. ens d.e.f.& consequenter pones ens bis:& expresse negationem committes. ¶Hec est opus impugnare responsionem Scoti: vbi supra ad hoc argumentū.qr nō est ad propositum, ait enim qr sicut dicimus animal albū absq; negatione.eo qr ens clausum in ratione albedinis denominat accidentaliter ens clausum in ratione animalis:ita in proposito dicimus animal rationale : eo qr ens clausum in rationali denominat essentialiter ens clausum in animali absq; negatione. Tertia, 8 meta. t.c.16. Cap.5. Vbi ad 3.q. 3.Solutiōe qu. 1.contra vniuocationē eius. algazel

¶Hoc enim non est ad propositū:aliud enim est loqui de ente in sua ratione communi:in qua indistincte vniuocant supradicta:& aliud est loqui de ente particulariter accepto: licet enim pallium possit qr ens particulatum ad album et rationale denominet ens particulatum ad animal:non tamen potest intelligi quod prima pars rationis albi formaliter sumpti denominet primam partem rationis animalis. Ea enim est ens eodem modo sumptum: cum vniuocum sit:remanet ergo qr negatio est dicere apud Sco. animal rationale:imo animal alium eodem modo arguendo : vt prius vtendo loco nominum eorum rationibus quidditatiuis. ¶Quod si aliquis vim faciendo in verbis Scoti . forte dixerit ens non claudi in rationali quidditatiue vel albo : sed in rationalitate et albedine : tunc interim sequitur principale intentum nostrum:qr scilicet ens in nulla differentia includatur quidditative: quia rationalitas non est differentia sed differentie principium secundum veram Auicenne doctrinam:differentia enim predicatur de specie : rationalitas autem non.quare &c. ¶Tertio arguitur sic. Ens est vniuocum substantie et accidentis:ergo in ratione substantie expresse cadit ens : ergo in diffinitione hominis explicite cadit ens:hoc est inconueniens et contra Aristotelem et viā communem:ergo &c. Prima consequentia probatur : ex eo quod omne superius vniuocum explicite cadit in ratione sui essentialis inferioris : sicut animal cadit explicite in ratione hominis . Secunda consequentia probatur ex autoritate Aristotelis posita in secundo libro topicorum : illa scilicet quando aliquid ponitur in diffinitione alicuius loco illius: si ponatur eius ratio,clarior erit intellectus : cum ergo substantia ponatur in diffinitione hominis: et loco substantie,liceat ponere eius relationem:in qua explicite cadit ens:vt clarior sit diffinitio: sequitur qr ens debeat poni in diffinitione hominis explicite:vt clarior reddatur. Nec prohibet hoc communissimus ambitus ipsius entis : aut carentia differentiarum . Sicut nec ex his prohibetur ens tanq; predicatum vniuocum et quidditatiuum cadere in ratione substantie.Et confirmatur hoc per Scotum.qui in primo sententiarum distinc. tertia ponit ens esse primum cognitum cognitione distincta : eo qr ens cadat in conceptu quidditatiuo omnium tāq; primum pre dicatum quidditatiuum.hec de tertio. 1.d.3.q. 2.

## Quo ad quartum

Principale premoto differentiam inter vniuocum et equiuocum purum et analogum. Vniuocata sunt quoum nomen est commune:et ratio secundum illud nomen est eadem simpliciter. Pura equiuocata sunt quoum nomen est commune : et ratio secundum illud nomen est diuersa simpliciter . Analogata sunt quoum nomen est commune : et ratio secundum illud nomen est aliquo modo eadem:et aliquo modo diuersa seu secundū quid eadem : et secundum quid diuersa . Verbi gratia:animal et medicina sunt analogata sub sano:vnde habent illud nomen commune:vtrumq; enim illorum dicimus sanum:diffinitio autem eorum inquantum sana sunt,est aliquo modo eadem:et aliquo modo diuersa : animal enim inquantum sanum est habens sanitatem:medicina inquantum sana est causa sanitatis.sunt enim ee dē aliquo modo iste diffinitiones:quia in oibus includūtur sanitas:et sunt diuerse aliquo modo : quia diuersis modis sanitatem respiciunt:vnde analogum est mediū inter purum equiuocum & vniuocum:vnde analogum simplr & diuersum simpliciter cadit medium:sicut inter idem simplr & diuersum sm quid:& sicut medium sapit naturam idem sm quid & diuersum sm quid:& sicut enim quodammodo plures rationes et virtutes extremi : dicit enim quodammodo vnam:propter quod inueniūt quandoq; apud illustres philosophos:q analogum dicit plures rationes : & quandoq; q dicit vnam rationem . ¶Hora secundo q duplicia sunt analogata .Quedam secundum determinatam habitudinem vni ad alterum.Quedam sm proportionalitatem. Exemplum:substātia et accidens sunt analogata primo modo sub ente. Deus autem et creatura secundo modo:infinita enim est distantia inter deū et creaturam. Differunt autem hec plurimum: quoniam analogata primo modo ita se habent qr posterius sm nomen analogum diffinitur per suum prius:pura accidens inquantum ens per substantiam, Analogata vero secundo modo non:creatura enim inquantum ens non diffinitur per deū:vnde analogata primo modo habent nomen commune:et rationem secundum illud nomen secundum quid eadem & sm quid diuersam:per hoc qr analogum illud simpliciter.id est sine additione aliqua de primo dicitur : de alijs vero non:nisi dicatur exemplo de sano manifestum est . Analogata vero secundo modo habent nomen commune et rationem secundum illud nomen aliquo modo eandem et aliquo modo diuersam propter hoc qr illud simpliciter dicat de primo & de alijs relatiue ad primum:sed habēt rationem eandem sm quid propter identitatē proportionis que in eis inuenit:et sm quid diuersam: propter diuersitatem naturarū suppositarū illis proportionibus. Exēplum:forma & materia substātialis & forma et materia accidētium sunt analogata quedam sub nominibus forme et materie:habent enim nomen cōmune:puta formā & matertam & rationem secundū nomen forme siue materie eandē & diuersam hoc modo: qr forma substātialis ita se hz ad substantiam:sicut forma accidentalis ad accidēs:sic materia substantie ita se hz ad substantiā:sicut materia accidentis ad accidens : vtrobiq; enim saluatur identitas ꝓportionum cum diuersitate naturarum & vnitate nois: hunc modum analogie exprimit Cōmentator.xij.metaphy.commento xxvij.& clarius cum Aristot.primo ethic.cap.vij. Cō.28. 7.5. metap.cō. xij. circa medium. Cap.7.

## Ambus sic

Declaratis,pono duas cōclusiones. Prima est:ens analogice vtroq; modo analogie vt de substantia & accidente.Secūa cōclusio:ens dicitur de deo & creatura secundo modo tantū. Prima cōclusio probari pōt rationibus factis cōtra Scotum & maxime prima. Autoritatibus autem Aristot. tū meta.tex.cō.iij.& Cōmentatoris ibidem:expiest se enim ibi dicitur,qr ens non est vnum sed ad vnum.xij.quoq; metaph.tex.cō.xxvij.expresse dicit,qr principia predicamentorū non sunt aliquo mō eadē nisi sm ꝓportionē.Super qua autoritate potest argui sic : illa non sunt vniuoca que nullam identitatem habent nisi proportionis:sed principia propria substantie et accidentium sunt huiusmodi:ergo &c.minor expresse est in litera Aristot. maior est nota ex terminis:si enim nulla alia identitatem habēt nisi ꝓportionis:oportet qr careant vnitate vniuoca. Et hec autoritas est notāda contra Scotistas:eo q si concedant ens hīe entitatē T.c.2. T.c. 28

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



principia predicamentorū ponēs. ¶ Secunda conclusio non aliter pro nunc probetur q̄ auctoritate. s. Tho. in questionib⁹ de veritate. q. j. ar. ij. vbi examinans quomodo scientia sit analoga scīe tie diuine ⁊ scientie create: expresse fatetur: q̄ secundo modo sit analoga ⁊ nō primo modo. Unde cū ens dr̄ de deo ⁊ creatura: hoc modo dicit̄ proportionabiliter qui exprimitur: q̄ sicut deus se habet ad suum esse: ita creatura ad suum/ sed de his alias cū ex proposito tractabitur, diffusius loquemur, modo sufficiant hec pauca dixisse: ex quibus innotescere potest q̄ conceptus entis formalis est vnus inequaliter representans esse substantie ⁊ accidentis dei et creature: ⁊ q̄ conceptus obiectalis non habet nisi vnitatem proportionis determinate ex identitate termini vel vnitate proportionabilitatis et identitate proportionum. Ex quibus elici potest q̄ cum talis vnitas apud Aristot. quarto metaphy. text. com. ij. sufficiant ad obiectum scīe: ens non oportet poni vniuocum ad hoc modi habeant sibi conuenientia. hec de quarto.

De vnitate. q. 2. art. 2. In tract. de analogia.

T. c. 2. T. c. 6. Circa medium.

**Quoad** Quintum respondetur ordinate ad argumēta. ¶ Et ad primum dicitur, q̄ argumentum illud si aliquid probaret alietatem conceptus nō vniuocationem probat: sicut ipsemet Scotus dicit: et ideo gratis concedimus illud sicut etiam Auicen, qui tenet ens non esse predicatum quidditatium: cōcedit ens dicere alium conceptum: non tamen vniuocum ⁊ q̄ditatium. ¶ Ad secundum negatur consequentia. Ad cuius probationem dico: q̄ aliquod continere virtualiter aliud potest intelligi dupliciter. Uno modo sicut causa in virtute sua continet effectum. Alio modo sicut effectus continet virtutem cause participā do illam sic: hoc stante minor est falsa, etenim effectus quilibet virtualiter continet secundo modo deum. Nec oportet q̄ continens ⁊ contentum sit prius: imo necessario est posterius. Quod si mihi dicatur q̄ hoc est abuti vocabulis: quia apud omnes continere virtualiter non attribuitur nisi cause. Dico q̄ si fiat vis in verbo falsa est maior: eo q̄ datur triplex modus continendi: scilicet essentialiter virtualiter et participative: sicut effectus cōtinet in se causam.

Ad primum, 1. d. 3. q. 3. Ad secundū.

**Ad tertium,** ¶ Ad tertium: concesso toto antecedente negatur consequentia: sufficit enim analogia illius rationis formalis. ¶ Ad quartum, negatur consequentia. Ad probationem dicitur: q̄ falsum supponit: scilicet q̄ substantia non immutet intellectum per propriā speciem. Unde ad eius probationem dico, q̄ quantitas et accidentia in eucharistia agunt et patiuntur totum quod ageret ⁊ pateretur substantia si esset: sicut enim acceperunt modum essendi substantie: scilicet absq; subiecto: ita etiam agere ⁊ pati eius: ⁊ ideo ex multis hostijs sensatis generat̄ in intellectu species intelligibilis substantie panis: et eius quidditatiua cognito: sicut et ad nutritionē agunt ac si esset ibi panis: non enim minus ex illis accidentibus nutrimur q̄ ex alijs hostijs non consecratis: sicut non minus ex non consecratis generantur vermes et cineres q̄ ex non consecratis. Unde ad argumentum dico: q̄ panis absens immutat quoniam non est omnino absens: remanſit enim ibi accidens suum: quod est vice panis: quare non est simile de visu respectu tenebre. Hec est contra nos auctoritas Aristot. quoniam hec omnia habēt locum vbi est simpliciter absentia obiecti: quam hic non concedimus quo ad operationes.

**Ad ql̄tum.** T. c. 6. ¶ Ad quintum dico: q̄ quia medium comparatum vni extremorum: vt oppositum indut alterum extremum: vt dicitur quinto phy sic. tex. com. vj. ideo analogum comparatum equiuoco: quod diuersas rationes simpliciter sonat: vnitio cum appellatum est ab Arist. ibi: ⁊ merito: eo q̄ vtebatur analogo secundum id quod habet de vnitate: oportet enim ad verificandam illam maximā: q̄ causa et effectus non in sola voce cōueniāt: sed in ratione aliqua formali eadem aliquo modo in illis: vnde tex tus ille non est contra nos. ¶ Ad Aui. ⁊ Algazelem: dico q̄ nihil contra nos dicunt: quia alietatem non vniuocationem conceptus entis insinuant.

**Ad vltimum,**

¶ Substantiarum vero quedam sunt simplices et quedam composite, et in vtrisq; est essentia, sed in simplicibus verior⁊ et nobilior⁊ modo secundum etiam q̄ habent esse nobilius: sunt etiam causa eorum que composita sunt, ad minus substantia prima, et simplex, que deus est.

¶ Hic ponitur secūda cōparatio qua substantias inter se comparat tali cōclusione. Substantie simplices nobiliores ⁊ veriores modo habent essentiā q̄m cōposite. quam probat dupliciter. Primo sic: quorum esse est nobilius, eorū essentia est nobilior: substantiarum simplicium esse est nobilius q̄m compositarum: ergo essentia substantiarum simplicium est nobilior. ¶ Secundo sic: causa (supple) effectiua non vniuoca habet nobiliorem essentiam suo effectu: substantia simplex saltem prima est huiusmodi causa cōpositarum: ergo substantia simplex est perfectionis essentie q̄m composita.

**Ad euidentiam** Huius partis nota, q̄ vt habetur a sancto Tho. quarto sentent. dist. xj. quest. j. art. j. ad primum: simplicitas nec perfectionem simpliciter nec imperfectionem sonat: res enim ex eo q̄ simplex non habet perfectionem maiorem: sed ex eo q̄ taliter simplex: id est simplicitatem subsistentem habet. Unde materia prima est simplicissima: et forme accidentales sunt simplices: ⁊ tamen non sunt perfectiones substantijs compositis. Et ideo cum dicimus substātias simplices esse perfectiores cōpositis: intelligas nō de qbuscūq; simplicibus substantijs: sed de simplicibus subsistentibus in sua simplicitate: quales sunt substantie separate omnes.

4. dist. 11. q. 2. art. 1. ad primum.

Scot. in dist. 8. q. 1. ad primum. q̄s. q. 5. Wilfo q. 5. fectiones simpl.

**Propterea** Caueto hic opinionē Scoti in primo sent. distinc. viij. quest. j. dicentis simplicitatem esse perfectionem simpliciter. Ut autem veritatem tutari: ac falsum impugnare scias: notato quid sit perfectio simpliciter. ¶ Perfectio simpliciter (apud Anselmum monologion. xv.) est que in vnoquoq; melior est ipsa q̄m non ipsa. Glossa sic. (In vnoquoq; in quantum est individuum entis: id est, hoc ens non inquantum est individuum huius vel illius nature: puta, hic homo: aut hic angelus (melior est ⁊c.) quia cōparatum includit suum positum: ideo melior est: id est bonitatem seu perfectionem meliorem pont (q̄m non ipsa) id est q̄ quodlibet sibi incompossibile: ita q̄ (si non ipsa) nō teneatur contradictorie: sed incompossibiliter. Unde perfectio simpliciter exigit duas cōditiones: primo q̄ dicat perfectionem: secūdo q̄ illa perfectio in individuo entis sit melior q̄m quodlibet sibi in eo incompossibile. Propter defectum enim prime conditionis tam relatio q̄m negatio a perfectionibus simpliciter excluditur. Propter vero defectum secunde ratiocinari: ridere: latrare: et huiusmodi perfectiones simpliciter non sunt: quia ista etsi sint meliora in individuo huius vel illius nature: non tamen entis. Dicimus q̄ (si non ipsa) tenetur incompossibiliter et non contradictorie: quia aliter omne positiuum esset perfectio simpliciter: quia in individuo entis melius est positiuum quodlibet quolibet contradictorio formaliter sumpto. Nec superficierenus consideres primam conditionem: quoniam propter defectum eius simplicitas non dicit perfectionem simpliciter. Simplicitas enim nihil aliud est q̄m negatio compositionis: vnde non est perfectio: sed negatio imperfectionis. Propterea ⁊ deficit talis modus arguendi. In individuo entis quodlibet incompossibile simpliciter dicit imperfectionem: ergo ipsa simplicitas est melior in vnoquoq; q̄m non ipsa: et consequenter perfectio simpliciter. Oportet enim addere in antecedente: et ipsa dicit perfectionem. quod falsum est: q̄ negatium predicatum est.

Cōtra Scotū.

¶ Potes autem contra Scoti positionem arguere sic. Nulla perfectio simpliciter saluatur in relatione: vt relatio est: simplex: sed saluatur in relatione: vt relatio est (ad) siquidem est simplicissimum: nullam enim compositionem includit (⁊ vniuersaliter ſm Scotum omnis differentia vltima relationis) ergo ⁊c. maior patet: ex eo q̄ relatio vt relatio: nec perfectionem nec imperfectionem sonat apud nos et Scotum.

¶ Preterea, quod diuiditur per quantum ⁊ nō quantum non est perfectio simpliciter: patet ista: q̄ implicat q̄ aliquid sit nō quantum ⁊ perfectio simpliciter. Sed simplicitas diuidit per quantum et non quantū: ergo ⁊c. ꝓ minor: q̄ diuidit in simplicitatem relatiuam ⁊ absolutam. simplicitas aūt relatiua est nō quanta. ¶ Si dicat ad ista, q̄ relatio formaliter sumpta non est simplex: sed simplicitas p̄dicatur de ea denominative. Hoc nō euadit argumenta: q̄ simplicitas relatiua est passio relationis ſm hoc: aut mod⁹ intrinsecus. Impossibile est aūt q̄ alterum horum sit perfectio eo cuius est: vt arguatur sic. Nulla passio est maioris entitatis subiecto suo: simplicitas denominans relationem est eius passio: sicut vniuersaliter passio superioris est passio inferioris: licet nō primo: ergo simplicitas relationē denominans nō est maioris entitatis relationē: sed relatio non est quanta. ergo simplicitas relatiua nō est quanta: ergo nec perfectio simpliciter. Stat ergo assumptū vērū. s. q̄ simplicitas diuidit p quātū ⁊ non quantū. ¶ Similiter arguere potes: si dicant q̄ simplicitas sit modus: quod tamen minus cōsonum veritati videtur. Substantie ergo immateriales (nō ratione simplicitatis sunt perfectiores essentijs substantiarū cōpositarum) sed ratione simplicitatis subsistentis: et aduanatis in se tantam perfectionem: ita indiuise qua gaudent.



¶ Sed quia illarum substantiarū essentie sunt nobis magis occulte: ideo ab essentijs compositorum incipiēdum est: vt a facilioribus conuenientior⁊ fiat disciplina. In substantijs igitur compositis, forma et materia note sunt: vt in homine anima et corpus. Non autem potest dici, q̄ alterum eorum tantum essentia dicatur essentia. Quod enim materia sola non sit essentia, planum est: quia res per suā essentiam cognoscibilis est: et in specie ordinatur vel in genere: materia autē non est cognitionis principium: nec ſm̄ causam aliquid ad speciem vel ad genus determinatur, ſ3 ſm̄ id solum quo in actu aliquid est.

¶ In hac scēa pte capti q̄d sit essentia in substātijs cōpositis declaraturus: q̄ a nonnullis inchoandū est, ostendens hanc negatiuā ponit materia sola non est essentia substantie cōposite: quā duplici ratione probat. Prima est talis. Illud quod est essentia substantie composite est principium cognoscendi illam: sed materia sola non est principium cognoscendi illam: ergo materia sola non est essentia substantie cōposite: maior patet ex eo: q̄ vnūq̄q; per suā essentiā cognoscit q̄ditatiue: vnde oēs alie cognitiones ominf. mi

T. c. 20. nor habet ex. ix. metaphy. tex. com. xx. vbi dr̄ q̄ principiū cognoscēdi est actus ⁊ non potentia. ¶ Scōa rō est: essentia substātie cōposite est id quo res ponit in genere ⁊ specie: sed materia sola nō est id quo res ponit in gñe ⁊ specie: ergo materia sola nō est essentia substantie cōposite. Maior est euidens inducendo in singulis: sicut enim per suam naturam in specie humana collocatur: similiter in gñe animalis: ⁊ sic de alijs. Minor ꝓbatur: quia id quo aliquid in specie reponit: oportet q̄ actuale sit: eo q̄ est principiū distinguēdi ipsum ab alijs speciebus: et collocandi ipsum in tali gradu vniuersi: materia autem sola actualitatem non includit.

**Cōmentator. 7. meta. c. 21. ⁊ cō. 34.** ¶ Neq; etiam forma tantum substantie composite essentia dici potest: quamuis quidam hoc afferere conētur: ex his enim que dicta sunt patet q̄ essentia est id quod p̄ diffinitionem rei significatur, diffinitio autem substantiarum naturalium non tantum formā sed ⁊ materiam cōtinet, alter enim diffinitiones naturales ⁊ mathematice non differrent. Nec etiam potest dici q̄ materia in diffinitione substantie naturalis ponatur. sicut additum essentie eius, vel ens extra illam naturam, vel essentiam eius: quia hic modus ꝓprius est accidentibus, que essentiam perfectenon habent. vnde oportet q̄ in diffinitione sua substātiam vel subiectum recipiant. q̄d est extra genus eorum, patet ergo q̄ essentia comprehēdit materiam et formam.

¶ Hic ponitur secūda cōclusio negatiua tacta: essentia substantie cōposite nō est sola forma quā vnica ratione probat sic. Illud est essentia substantie composite: quod per eius diffinitionem significatur: sed sola forma per eius diffinitionem non significatur. ergo sola forma nō est essentia substantie composite. Maior est de se nota. minor probatur: quia diffinitiones naturales per hoc differunt a mathematicis: quia iste significant solam formam. idest formam absq; materia sensibili. naturales vero significant formam ⁊ materiam sensibilem. ¶ Sed ad hanc rationem potest dici: q̄ cum significari per diffinitionem contingat dupliciter. Uno modo: vt possit diffinire. Alio modo: vt subiectum rei diffinite: seu vt deferens rem diffinitam: per diffinitionem naturalem significatur sola forma vt res diffinita: ⁊ ideo quidditas est sola forma. materia autem significatur vt quidditatem deferens. ¶ Contra hanc responsionem subiungitur in litera talis ratio. Illud quod est ꝓprium accidentibus ex imperfectione sue essentie non conuenit specificis substantijs: sed recipere in diffinitione aliquid extra essentiam suaz est ꝓprium accidentibus ex imperfectione sue essentie. ergo hoc nō conuenit substantijs specificis. maior patet ex terminis, quod enim est ꝓprium alicui ex sua imperfectione non conuenit alteri habēti perfectionem oppositam illi imperfectioni. minor habetur ex se-

T. c. 14. T. c. 15. T. c. 16. ptimo metaphy. tex. cōmūn. xv. ⁊. xvj.

¶Sic iam ponitur quarta conclusio negatiua: essentia substantie composite absolute sumpta non est vniuersalis: vt species ⁊c. probatur sic. Uniuersale est vnum cōmune multis: essentia substantie composite ꝑm se non est vna communis multis: ergo essentia substantie composite ꝑm se non est vniuersalis ⁊c. Maior est

in vii. hꝫ capit. t.c. 46.

t.c. 27

Aristot. secundo Posteriorum. Minor vero probat. ex eo q̄. si ꝑm se essentia substātie cōposite esset vna ⁊ cōmunis: m quocunq; inueniretur illa essentia esse vna ⁊ cōmunis multis q̄ est impossibile: ⁊ cōsequentia pz ex eo q̄ omne q̄ cōuenit alicui ꝑm se sequitur ei in quocūq; ponaf: vt ex primo posteriorū apparet. Impossibilitas aūt p̄dicti adeo est manifesta: vt Auic. dicat sccō sue metaphysice, q; nullius sane mētis potest oppositum illius opinari. Quis enim est adeo fatuꝰ qui dicat essentiā sor. sibi cōmunem esse ⁊ Platonis? t.c. 11.

**Sed hic** Occurrit dubiū circa propositionē illā: supra quā fundat totus processus. Omne q̄ cōmunicat alicui ꝑm se conuenit ei in quocūq; ponatur: videtur enim multas habere instantias. Motus enim ꝑm se est velocitabilis in infinitum. ex sexto physicorum. ter. cō. xv. Motus autem in celo positus nequaq̄; : sed est velocitas: vt dicitur secundo celi. ter. com. xviii. ¶Similiter continuum ꝑm se est diuisibile in infinitum: ex sexto physicorum. ter. cō. iij. Continuum autem in re naturali positum non: cum omnium naturā constantium determinata sit ratio magnitudinis: vt dicitur secundo de anima. ⁊ ter. com. xij. ¶Similiter motus ꝑm se hꝫ contrarium: ex. v. Physicoū. ter. cō. xiij. ⁊. xiiij. Motus aūt in celo positus caret contrario: primo celi. ter. cō. xx. 14. ¶Ad hec Et similia dicitur prenotādo q̄ aliud est dicere. a. cōuenit aliquid ꝑm se: et aliud est dicere. a. non repugnat aliquid ꝑm se. Ad veritatē enim primi erigit q̄. a. vendicet sibi illud in primo vel sccō vel quarto modo p̄dicandi. Ad veritatem secundi sufficit q̄ ipsi. a. vt sic. non repugnet illud. Ad veritatem quoq; primi sequitur illud conuenire sibi in quocunq; ponatur. Ad veritatem sccī non. Multa enim sunt que nō repugnāt animali in eo q̄ animal: que tñ nō inueniuntur in quolibet animali. ¶Quicquid aūt cōuenit alicui in primo vel sccō vel quarto modo p̄dicandi ergi q̄. a. vendicet sibi illud in primo vel sccō vel quarto modo p̄dicandi per se inueniuntur in omni animali. Unde in proposito dico q̄ nulla instantiarum adductarum est contra propositionē assumptā: eo q̄ omnia que in illis dicuntur: intelligenda sunt per non repugnantiam ⁊ per conuenientiam. ¶Cum enim dicitur motum esse velocitabilem in infinitum: intelligimus motui vt sic non repugnare velocitatem in infinitum. ¶Similiter cū dr continuum esse diuisibile in infinitū: intelligit cōmuniter vt sic non repugnare diuisibilitatē in infinitū. ¶Similiter cum dr motum habere p̄tē: intelligimus motui vt sic non repugnare habere contrarium. ¶Quod si hoc non placet: dicito quod aliud est dicere. a. in eo q̄. a. conuenit aliquid: ⁊ aliud est dicere. a. in eo q̄. a. non conuenit aliquid: vt patet. Et q̄ quicquid conuenit. a. in eo q̄. a. cōuenit omni. a. ¶Quicquid autem non conuenit. a. in eo q̄. a. non oportet negari ab omni. a. Ridiculum enim nō conuenit animali in eo q̄ animal: ⁊ tñ non negaf ab omni animali. ¶Conuenit enim animali in homine. Et subiungitur q̄ ois propositiones in mīstantijs adducte sunt intelligende negatiue vt sit sensus. Motus est velocitabilis in infinitum. i. motus vt sic. non est determinate velocitatis. Similiter continuum est diuisibile in infinitum. i. continuum vt sic non est determinate diuisibile. Similiter motus hꝫ ꝑtem. i. motus vt sic non determinat sibi esse absq; contrario: ⁊ sic ꝑm vtrūq; modū respondendi: remanet propositio assumpta vniuersaliter vera. ¶Posserem ⁊ aliter dici ad has mīstantias. Sed q; magis ad formam propositionis attendo q̄ ad materiam. ideo impresentiarum pertranseo.

t.c. 15. t.c. 28 t.c. 3. t.c. 41 t.c. 8. 2 14. t.c. 20

¶Similiter etiam non potest dici q̄ ratio generis accidat nature humane ꝑm illud esse q̄ habet in indiuiduis: q; non inuenitur in indiuiduis natura humana ꝑm vnitatem: vt sit vnum quid conueniens cuilibet. q̄ ratio vniuersalis exigit.

¶Hic ponitur quinta conclusio negatiua. Essentia substantie cōposite ꝑm esse q̄ habet in singularibus nō est vniuersalis. probaf sic. Uniuersale est vnum in multis: essentia substantie cōpolite ꝑm esse q̄ habet in indiuiduis: non est vna in multis: ꝫ diuersa in multis. ergo essentia substantie composite ꝑm esse q̄ habet in indiuiduis non est vniuersalis: ⁊ consequenter: nec species: nec genus: nec differentia que vniuersalitatem supponunt.

¶Relinquitur ergo q̄ ratio speciei accidat nature humane secundum illud esse quod habet in intellectu. Ipsa enim natura habet esse in intellectu abstractum ab omnibus indiuiduantibus: et habet rationem vnius formem ad omnia indiuidua: que sunt extra animam: prout essentialiter est imago omnium: et inducens in cognitionem omnium inquantum sunt homines:

Universidad de Deusto
Biblioteca



& ex hoc q talem relationem habet ad oīa indiuidua, intellectus adinuenit rationem speciei, & attribuit sibi, vnde dicit Commen. primo de anima, q intellectus est q facit vniuersalitatem in rebus, hoc etiam Aue. in sue metaphysice octauo dicit.

Ex. 8.1 medio.

¶ Hic p locū a diuisione cōcludit serta cōclusio affirmatiua determinatiua q̄stiōe difficultatis. s. essentia ꝺm esse in intellectu est vniuersalis, gen⁹, species, differētia &c. p hāc sic. Unū in multis & de multis est vniuersale. natura ꝺm esse in intellectu est vna in multis & de multis, ergo est vniuersale. Probatio minoris. Uniformiter se habēs ad multa: vt essentialis eorū imago: est vnū in multis & de multis. natura ꝺm esse in intellectu est huiusmodi: quia habet esse abstractum ab omni diffōmitate indiuiduorum essentialiter eorū cognitionem gigneno, ergo &c.

**Ad euidentiā** huius cōclusiōis & rationis: q̄ termini multipliciter dicti ꝺm Aristo. doctrinā distinguēdi sunt. Nota primo distinctiones terminoū in cōclusione positoū. ¶ Esse in intellectu cōtingit dupliciter. Subiective & obiective. Esse in intellectu subiective est inherere ipsi sicut accidēs suo subiecto: vt albedo superficiei. Esse in intellectu obiective, est terminare actum intellectus. ¶ Intellectus est duplex in nobis: agens & possibilis, vt dicit tertio de anima. tex. cō. 17. Intellectus agens est ille qui abstrahit ſpēm intelligibilem a phātasmatibus. Intellectus possibilis est ille qui intellectionem recipit in se. ¶ Uniuersale dupler, in repesentando: & in p̄dicando. Uniuersale in repesentando in proposito est q̄ō repesentat rem nō repesentando cōditiones eius indiuiduales. Uniuersale in predicādo est illud q̄ō predicat de multis differētibus ꝺm esse. ¶ His visis, scito cōclusionē illā. s. natura ꝺm esse in intellectu est vniuersalis trifariā verificari. ¶ Primo sic: natura ꝺm esse obiectiuum in intellectu agēte: est vniuersalis in predicando. ¶ Secō sic: natura ꝺm esse subiectiuum in intellectu possibili est vniuersalis in repesentando. ¶ Tertio sic: natura ꝺm esse obiectiuū in intellectu possibili est vniuersalis in predicando.

t.c6.17.

**Sciendū** Est secundo q̄ res extra ꝺm q̄ est actu intelligibilis est obiectiue in intellectu agente: sic eſt terminat eius actionē: q̄ ad hoc positus est ab Arist. intellectus agens: vt faciat rē intelligibilē in potentia intelligibilem in actu: vt Cōmen. dicit tertio de anima. cō. 18. Fit aūt actu intelligibilis res extra ab intellectu agēte: nō per hoc q̄ recipiat: aut perdat aliq̄d ꝺm esse p̄ illius actionē: sed ex hoc q̄ eius ſpēs intelligibilis p̄ducit ab intellectu agēte. Per hoc eſt res extra repteſentatur nō repesentatis cōditionibus indiuidualibus: cū quib⁹ in potentia intelligibilis erat nō in actu. Uñ ipsa p̄ductio ſpēi intelligibilis est factio rei extra, intelligibilis in actu. Habet enim ratio illa duos terminos. Unū intra animā. s. ſpēm intelligibilē q̄ realiter p̄ducitur de nouo in intellectu possibili. Et aliū extra. s. rē. cuius est illa ſpēs que nihil reale est hoc acq̄rit. sed tm denoīatione extrinsecā. s. q̄ est abstracta ab hoc: & nūc: q̄ō est actu intelligibilis &c. ¶ Natura aūt extra ꝺm q̄ est actu intellecta est obiectiue in intellectu possibili: sic enim terminat eius actionem que est intelligere. Fit aūt & est actu intellecta res extra: non per hoc q̄ aliquid accipiat: aut amittat per actionē intellectus possibilis: sed ex hoc q̄ cōceptus eius formatur ab intellectu possibili: tunc eſt res intelligitur q̄ſi eius cōceptū formamus. Unde ipsa cōceptus formatio est factio rei extra, actu intellecte. Habet eſt & hec actio duos terminos. Unū intra animam. s. conceptū qui realiter fit: qui nihil aliud est q̄ō expressa similitudo rei: & presentē obiectiualiter facies intellectui possibili. Et alterū extra. s. rem q̄ ex producto conceptu extrinsece denominatur actu intellecta. ¶ Ex his patet q̄ sit differentia: & que sit cōuenientia inter rem obiectiue in intellectu agēte & intellectu possibili. Differentia siquidē est, q̄: ex hoc q̄ obiectiue in intellectu agēte fit: & est actu intelligibilis nō autem intellecta. Ex hoc vero quod est obiectiue in intellectu possibili que iam erat actu intelligibilis: fit actu intellecta. Conuenientia autem est: q̄ tam ex hoc quod est obiectiue in intellectu agente: q̄ ex hoc q̄ō est obiectiue in intellectu possibili habet quod sit repſentata absq̄ indiuidualibus conditionibus: & et consequenter quod sit abstracta ab hoc & nunc &c.

Cap. 1.

**Sciendū** Est tertio ex Auic. 5. meta. c. 1. q̄ vniuersale in p̄dicando: est id q̄ō in intellectu nō est impossibile p̄dicari de multis. & hoc tripliciter potest se habere. ¶ Primo q̄ illa multa sint actu in rerū natura: sicut homo obiectus intellectui est vniuersale respectu sor. & pla. ¶ Secō q̄ illa multa non sint: possint tñ esse: sicut domus eptāgula obiecta intellectui: est vniuersale respectu plurū eptangularū q̄ non sunt: possunt tñ esse. ¶ Tertio q̄ illa multa: nec sint: nec possint esse: sicut luna obiecta intellectui est vniuersale respectu pluriū lunarū quas impossibile est esse. Et Gabriel obiectus intellectui est vniuersale respectu pluriū Gabuelitū: quos implicat contradictionē esse. Uniuersale primo modo vocat a san. Th. prima parte. q. 13. vniuersale ꝺm rem & ꝺm rationē: q̄ res illa realiter est in pluribus: & nō solū vt obiecta intellectui. Uniuersale tertio mō vocat ibidē vniuersale seu cōmune ꝺm rōnem tm: q̄ res illa nō inuenit realiter in pluribus: & vt obiecta intellectui tm. Uniuersale secō mō ibi nō distinguit cōtra vniuersale primo mō. Posset tñ noīe, p̄pio dici vniuersale ꝺm rationē & ꝺm rem: in potētia. Nec solū noīa ibi imponunt a san. Tho. Sed & dicto: & ratio assignat valde subtilis q̄ sup quatuor ꝓpositiōes fundat. ¶ Prima est, vniuersalitas & p̄dicabilitas nō conueniūt rei ꝺm esse q̄ō habēt extra aīa. & patet illa ex dictis. ¶ Secūda est, res materialis q̄ sola p. ꝓpriā specie cognoscit a nobis ꝺm q̄ est in intellectu nr̄o obiectiue repſentat absq̄ cōditiōibus indiuidualibus. Patet illa etiā ex dictis. ¶ Tertia est, res immaterialis & deus ipse ꝺm q̄ est in intellectu nr̄o obiectiue repſentat p modū rerū materialiū. s. nō repſentatis ꝓprietatibus indiuidualibus. Patet illa: q̄: res ille nō cognoscunt a nobis ꝺm q̄ ipſis sunt: sed p modū rerū materialiū: nec p. ꝓprias species: sed p species rerū materialiū. ¶ Quarta est, res ois vt repſentata absq̄ cōditionibus indiuidualibus: nō magis repſicit vnū q̄ plura indiuidua. Patet illa: q̄: vt abstracta est: equaliter ad vnū & multa se hz. Nihil eſt fingi pōt: vnde abstractū vt abstractū vnū magis respiciat q̄ plura: vel ecōtra. (Unde & norāter Auic. apposuit in diffinitiōe vniuersalis illā particulā ꝺm q̄ est in intellectu). Multa eſt sunt vniuersalia q̄buoram ꝺm esse extra: q̄ ꝺm propriam rationē repugnat predicari de pluribus: vt de intelligentijs dicetur. Nulli aūt vniuersali ꝺm q̄ est in intellectu repreſentatū absq̄ propria & particulari exiſtēa seu ꝓprietate et hypostatica repugnat predicari de pluribus. Ex quibus formatur talis ratio. Res quelibet & sola equaliter se habens ad vnū et plura indiuidua est vniuersalis in actu in predicando. res quelibet sola vt repreſentata intellectui nostro est equaliter se habēs ad vnū & plura inferiora. ergo res quelibet & sola, vt repreſentata intellectui nostro est vniuersalis in actu in predicando. Maior patet ex diffinitione vniuersalis assignata ab Arist. primo perthermenias. Minor vero quo ad ſcām partē patet ex prima propositione: quo ad primam autem partem ex reliquis tribus.

t.p.q.13 art.9.c.

c.5.q.9

c.5. circa prin. pium.

**Ex his** Corollarie elicio q̄ ad hoc q̄ aliquid sit vniuersale in actu in predicando non exigitur actualis relatio nature obiecte ad particularia: sed sufficit q̄ō res ipsa sit in ea dispositione ꝺm quā intellectus ad libitū possit illā relationē sibi vere attribuere: nihil addendo preter ipsam actualem relationem.

primus sensus.

¶ Istis prelibatis: iam patere potest conclusio intenta secūdum omnes tres sensus assignatos. ¶ Et pro primo quidem sensu argui potest sic. Id quod intellectu non est impossibile predicari de multis: seu (vt Arist. ꝓ verbis vtar) aptum natum est predicari de multis, est vniuersale in predicando: sed res secundū esse obiectum in intellectu agēte est huiusmodi. ergo res ꝺm esse obiectiuū in intellectu agente est vniuersalis in predicando. Maior patet ex Auic. & Arist. Minor vero probatur sic. res abstracta a conditionibus indiuidualibus vt sic, est apta nata predicari de pluribus: res secundum esse obiectiuum in intellectu agente, est abstracta a conditionibus indiuidualibus. ergo &c. Premisse omnes ex dictis sunt manifeste.

In hoc capitul.

2.dil.3. q.1.

**Ex his** Habes quam male diterit Sco. secō sen. di. 3. q. 1. in rñsione ad primū: dicēdo q̄ natura ante actū intellectus possibilis nihil hz nisi q̄ cōuenit sibi extra aīam. Patet cōsequentia q̄ ꝺm sententiam Aristo. est actu intelligibilis abstracta ab hoc & nunc: & consequenter vniuersalis in actu ante actum intellectus possibilis. ¶ Pro tertio sensu arguere aliter non est opus: eo q̄ eodem modo procedendum esset. ¶ Scōs aūt sensus intelligēbus terminos ex rationibus terminoū clarus est. Natura nāq̄ ꝺm esse subiectiuū in intellectu possibili, habet aliud est q̄ō similitudo immaterialis sui repſentativa in illo existens. Similitudo aūt immaterialis a singularibus abstracta rē vniuersaliter necesse est repreſentet: eo ipso q̄ abstracta est. Si eſt rem vniuersaliter nō repſentet: sed particularibus cōditionibus immixtam: & non a materialibus conditionibus abstractam: non



esset vniuersalis: ergo in repreſentando est vniuersalis res ipsam ꝺm q̄ est subiectiua in intellectu possibili: id est species seu similitudo ipsius nature pro quanto repreſentat naturam ipsam non repreſentatis conditionibus q̄ō indiuidualibus. ¶ Et nota q̄ quia natura ipsa habet duas similitudines in anima: scilicet speciem intelligibilem & cōceptū: siue speciem impreſſam: & speciem expreſſam: ideo ꝺm vtrāq̄ speciem est vniuersalis in repreſentando. (Quare aūt oporteat duas ſpēs ponere: & q̄ō: ſi deus cōcesserit nobis vitam, alibi dicetur). Quis autem cōclusio secunda possit omnibus modis dictis verificari: attamen primus et tertius sunt ad propositum litere. Intendimus enim hic de vniuersali in predicādo quod intēctionē logicam sonat: & nō de vniuersali in repſentando q̄ō nulla intentione scīa logica dicit vniuersale: sed ex esse ꝓpio q̄ō ꝺm rem sonit. ¶ Literā sic glosare potes. Ipsa eſt natura habet esse in intellectu agente vel possibili tam obiectiue q̄ subiectiue abstractum ab omnibus indiuidualibus conditionibus. Et habet rationem vniformem (obiectiue in predicando: subiectiue in repreſentādo) ad omnia indiuidua que sunt extra. prout essentialiter est similitudo omnium obiectiue in essendo: subiectiue in repreſentando inducens in cognitionem omnium inquantum sunt homines: quia vt sic assimilantur. Et ex hoc q̄ talem rationalem, scilicet vniformitatis et similitudinis essentialis vel repreſentatiue habet natura ad omnia indiuidua intellectus adinuenit rationem speciei: id est secundam intentionem que est ſpēs: & attribuit ipsi nature vniformiter se habenti ad indiuidua ex hoc q̄ repreſentatur absq̄ omni indiuiduantium diffōmitate.

**Circa** Dicta est questio nō modica. An vniuersalia in actu sint extra animam. An fiant per opus intellectus quemadmodum dictum eſt. In hac questione primo declarabimus titulos. Secundo ponetur opinio Scoti. Tertio ponetur opinio sanc. Tho. Quarto rñdebitur ad argumenta in oppositum.

**Quo ad** Primum: quia hec questio diuersimode intellecta, diuersis modis a philosophis determinata est: in presentiarum peripatetica sententia supponēdo. s. q̄ vniuersalia non subsistant extra singularia declaranda est q̄ō intelligat.

¶ In noīe vniuersalis tria intelligim⁹. Primo vniuersalitatē que est relatio rōnis. Secūo rem que denominatur vel⁹ ab illa vtrare. Tertio aptitudinē ad essendū in multis que est quid mediū inter illa duo & est fundamentū, primum: quare res suscipiat illam relationem denominationē: ideo eſt rei intellectus attributa relationē vniuersalitatis. Q. res illa apta nata est esse in pluribus. Nō vertitur in dubiū an illa relatio que vocat vniuersale formaliter sit extra aīam: eam enim oēs ab intellectu fieri dicunt. Nec queritur an illa res que denominat vniuersalis q̄ vocat vniuersale obiectiue in potētia sit extra animam. Cōis enim sñia est q̄ q̄nq̄ res illa est extra aīam: q̄nq̄ non. Si eſt res illa est res realis: puta homo bos et huiusmodi: ponitur extra aīam. Si aūt res illa sit ens rationis non ponitur extra vt subiectum: predicatum; propositio: yllogismus et similia. Sed dubitatio est an (aptitudo ad essendum in multis) sit extra animam: ita q̄ absq̄ omni tēpore intellectus inuentā res apta nata esse in multis que vocatur vniuersale in actu obiectiue. An solum extra animam sit res. Aptitudo autem ad essendum in multis inest rei per opus intellectus. Et q: aptitudo illa complet rationem vniuersalis in actu obiectiue sumendo vniuersale: licet nō formaliter: ideo querere an extra animam inueniatur totum hoc. s. res apta nata esse in pluribus: est querere: an sit extra animam vniuersale in actu obiectiue.

Ille duplex, seq̄tur.

**Et debes** Scire ad euidentiam terminorum q̄ sicut albū accipitur dupliciter. scz formaliter & subiectiue: ita vniuersale accipitur dupliciter. s. formaliter & subiectiue. Subiectiue enim accipi non potest: eo q̄ vniuersalitas in nullo est subiectiue cum sit ens rōnis. Uniuersale formaliter est ipsa vniuersalitas que relatio rōnis est. Uniuersale obiectiue subdiuiditur in vniuersale obiectiue in actu: & in vniuersale obiectiue in potentia. Uniuersale obiectiue in actu est totum hoc. s. res vla apta nata esse in pluribus. Uniuersale obiectiue in potentia est res ipsa vna formaliter non adiungendo sibi aptitudinem ad essendum in pluribus. Ex his patet in quo stat difficultas: & patet in quo quid nominis terminorum in titulo questionis positorum. Intendimus enim nō de vniuersali formaliter nec de vniuersali obiectiue in potentia: q: in his cōuenimus: sed de vniuersali obiectiue in actu. Propterea eā loquimur de vniuersali in actu absq̄ additione obiectiue intelligi volumus ne in equiuoco laboremus. Hec de primo.

Sco. & met. q. 16. et. 2. diſſi. 3. q.1.

**Quo ad** Scōm Sco. super. 7. meta. q. 16. sequendo fundamēta sua: q. s. natura extra animam sequant̄ vnitas formalis & cōitas: opinat rem vnam aptam natam esse in pluribus extra animam. Et per hoc dicit vniuersale in actu esse in rerū natura absq̄ omni tēpore intellectus. Adducit quoq̄ ad hoc multas rationes: quas in medium afferre esset limites intentionis nostre excedere: propterea eas afferam: ex quarum solutione relinquetur debilitas illi⁹ opinionis. ¶ Arguit primo per locum a diffinitione ad diffinitum sic. ¶ Circumscripto quocunq̄ actu intellectus res est apta nata esse in pluribus. ergo datur vniuersale in actu extra animam: tenet consequentia q: vniuersale obiectiue in actu: vt distinguitur contra singulare & predicabile diffinitur (primo perihermenias). Uniuersale est q̄ aptum natum est esse in pluribus. Antecedens probatur. q: si nō: ergo aptitudo ad essendum in pluribus repugnat sibi: nec conferri sibi posset saltem ab intellectu: q: tunc pari ratione posset dare sorti talem aptitudinem. ¶ Preterea vniuersale in actu est propium obiectum intellectus: igitur precedit actum intellectus. tenet consequentia, ex Scō de anima: vbi dicitur q̄ obiectū est prius actu. ¶ Preterea obiectum scientie realis est ens extra animam: vniuersale in actu est obiectum scientie realis. igitur vniuersale in actu est ens extra animam. ¶ Preterea relatio mensure est realis (quinto meta.) sed illa fundat in aliquo vniuersali: probat. q: oportet esse aliq̄ vnum mensurā aliarū specierum: sed non vnum numero ꝺm Arist. ergo vniuersale. ¶ Preterea. operatio seu passio realis primo & adequate inest vniuersali: vt intelligere hoī. ex ꝓpio posteriorū. igit̄ dat vniuersale extra aīam. ¶ Preterea contrarietas est oppositio realis: & eius extrema sunt vniuersalia nō singularia, ergo dant̄ vniuersalia extra aīam. ¶ Si vniuersale fit ab intellectu quomodo reo p̄dicat de re: & quomodo vniuersale est vbiq: & semp incorruptibile & eternū: & quomodo materia & forma ꝓmier ad q̄dditatē vniuersalis phy sicī: & quomodo vniuersaliū tm est diffinitio: & quomodo genera & species: & vniuersaliter predicamenta sunt extra extra animam. ¶ Preterea, si nihil esset in re nisi singulare, nulla esset vnitas realis: nisi numeralis que est propria singularis: consequēs est falsum. ergo &c. Hec de secundo.

Primo

**Quo ad** Tertiū scito nos sequtes. s. Tho. ac p hoc cōmunē peripateticoū doctrinā oppositā in hac re p ferre sententiā. Dicimus nāq̄ q̄ illoꝝ trium q̄ in vniuersalis noīe intelligunt: vnū tm q̄ō est extra aīa. s. res ipsa vna formaliter reliquis duobus opus intellectus cōsequentibus: q̄ō & probat similimodo arguēdo (quo supra argum eſt). Quicūq̄d sequit̄ naturā ratione sui: simpliciter p̄dicat de indiuiduo illius nature, sed aptitudo ad essendū in pluribus aperte sequit̄ naturā: puta humanitate ratione sui. ergo aptitudo ad essendū in pluribus p̄dicat simpliciter de indiuiduo humane nature. eligit ista esse vera. scz. est aptus natus esse in pluribus: q̄ō est impossibile. Maior manifesta fiat supra ex eo q̄ oia que conuenit naturā ratione sui: non separant̄ ab ea posita in indiuiduo: & cōsequenter p̄dicant̄ de eo: q: (esse in) tundat dici de. ¶ ℣. ois aptitudo fluens ab aliqua natura inuenit in qualibet singulari natura inferioū ad illam: sed aptitudo ista. s. ad essendū in pluribus, fluit ab aliqua natura: puta ab humanitate, ergo aptitudo ad essendū in pluribus inuenit in qualibet natura humana. ꝓcessus bonus, & cōclusio falsa: ergo altera p̄missarū non maior q̄ ex terminis patet, ergo minor: q̄ est cōclusio aduersarioū. Falsitas cōclusionis, p̄bat sic. illa aptitudo attribuēda nō est cuilibet humanitati: q̄ in qualibet humanitate impossibilis est reduci ad actū. patet ista: q: aliter ociose data esset talis aptitudo. Aptitudo eſt, ꝓpter actū: sed aptitudo ad essendū in pluribus est huiusmodi. s. q̄ in qualibet humanitate posita impossibilis est reduci ad actum: q: impossibile est vt humanitas sortis actu sit in sorte & Platone: aut migret de sorte in Platonem. ergo aptitudo ad essendū in pluribus nō est attribuēda cuilibet singulariter humanitati. Dicamus igit rem vnā esse extra animam. Aptitudinez aūt ad essendum in pluribus conuenire rei ꝺm esse q̄ō habet in intellectu: q: conuenit ei sub solitudinis conditione posite. Solitarie eſt accepta natura apta nata est in multis (saltem ꝺm rationem) esse. Solitudo autem cum importet separationem nature a ꝓprietatibus indiuidualibus, non conuenit rei nisi in intellectu agēte vel possibili obiecte.

opinio sancti Tho.

Jn hoc eo. c.q. 5. circa fi.

Scōm

**Et aduertas** Ad maiorēnse positionis euidentiā q̄ hic accidit similis defectus Scoto illi qui positus est (supra). Cum eſt aptitudo ad essendū in pluribus sit idem quod non repugnantia ad essendum in pluribus: arguit sic. Nature puta humanitati inquantum humanitas non repugnat esse in pluribus, ergo humanitati inquantum humanitas conuenit aptitudo seu non repugnantia ad essendum in

hoc eo. ca. q. 5. circa fi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



pluribus:ꝛ cõsequẽter humanitas est vniuersalis absqꝫ oge intellectus. Apparet aũt manifeste pctũ in hoc pcessu cũ ex negatiua inferꝝ affirmatiua de ꝑdicato infinito reduplicatione addita. Prima em̃ ꝓpositio ḡ est negatiua veritatẽ habet. Scõa vero ḡ affirmatiua est:est impossibilis:qõ pater ex eo ꝙ humanitas in ꝯtum humanitas abstrahit a repugnãtia ad essendũ in pluribus ꝛ non a repugnãtia ad essendũ in pluribus sicut abstrahit ab albo ꝛ non albo. Si em̃ humanitas vindicaret sibi in ꝯtũ humanitas non repugnantiã ad essendũ in pluribus, nullo pacto humanitati posset cõuenire repugnantia ad essendũ in pluribus:ꝛ sic nec p se nec p accidẽs posset repugnare humanitati esse in pluribus:qõ est manifeste falsum. Humanitati em̃ sortis ratione adiuncte hecceitatis repugnat esse in pluribus:cõsequentia tenet: qꝛ oppositũ eius qõ cõuenit alicui (fm ꝙ ipsum) nullo modo potest inueniri in illo: vt habes ex primo posteriorũ. ¶Quamuis igit̃ nature ratione sui non repugnet esse in pluribus: non tñ vendicat sibi ratione sui nõ repugnãtiam ad essendũ in pluribus: ꝛ cum eã non vendicet sibi fm esse qõ habet in singularibus, relinquit ꝙ vendicabit eaꝫ sibi fm esse qõ habet in intellectu sortis. Et qꝛ ad hoc ꝙ aliquid sit vniuersale in actu, exigit ꝙ vẽdicet sibi non repugnantiã ad essendũ in pluribus: cũ in diffinitione eius ponat: qõ enim ponit in diffinitione ꝑ se competit diffinito: ideo res ratione sui nõ potest esse vniuersalis in actu: sed ꝯpetit primum est obiecta intellectui agenti vel possibili, fit vniuersalis in actu: ꝙ vniuersalis erat in potentia. Quomodo aũt fiat huiusmodi reducto potẽtie ad actũ (tam dictũ est) .s. ꝙ ab intellectu agente fit ꝓ productionẽ speciei intelligibilis: ab intellectu vero possibili per formationẽ conceptus. ¶Quod si aliquis fuerit vniuersale in actu cõstitui per negationẽ repugnantie ad essendum in pluribus: ꝛ nõ exigere affirmationẽ non repugnãtie: aduertat se errare propter tria. ¶Primo propter hoc ꝙ in diffinitione vniuersalis affirmatiue cadit ipsa aptitudo seu non repugnãtia ad essendũ in pluribus. ¶Scõo qꝛ si ad vniuersalem sufficit negatio repugnantie ad essendũ in pluribus: ad singulare quoqꝫ sufficiet negatio repugnãtie ad essendũ in vno solo. Sicut est vniuersale se habet ad multa, ita singulare ad vnũ tantum: ꝛ si sic est: tũc humanitas in ꝯtum humanitas, erit vniuersalis ꝛ singularis: de ea em̃ vt sic, negatur vtraqꝫ repugnantia. ¶Tertio qꝛ cum vniuersale in actu distinguaꝫ contra singulare: sicut singulari repugnat esse in pluribus: ita vniuersali in vno tantum: humanitati autem de qua negaꝫ repugnãtia ad essendum in pluribus non repugnat esse in vno tantum, ergo negatio talis repugnantie non sufficit ad constituendũ vniuersale in actu. Et potest hec ratio formari contra principale sic. Uniuersale in actu repugnat esse in vno tãtum: humanitati inquantum humanitas nõ repugnat; esse in vno tantum: aliter non posset saluari in vnico tantum indiuiduo, ergo humanitas vt sic, non est vniuersalis in actu. Similiter dicas de quacunqꝫ alia natura. ¶Hec de tertio.

**Quo ad** primum. ¶Quartũ respondendũ est argumẽtis in oppositum. Et primi quidem negatur antecedens. Ad cuius probationẽ dicit negando consequentiã. Non em̃ valet res circũscripto actu intellectus: nõ est genus, ergo sibi repugnat esse genus. Stat em̃ ꝙ abstrahat ab vtroqꝫ: sic aũt est in ꝓposito. Natura em̃ ipsa circũscripto actu intellectus abstrahit ab aptitudine ad essendũ in pluribus ꝛ a repugnantia ad essendũ in pluribus: vt ex dictis patet. ¶Ad secundũ dupliciter respondet ꝛ vtroqꝫ modo bene. Primo negatur consequentia. si sermo sit de intellectu agente: qꝛ potentia actiua non presupponit obiectum suum: sed facit illud. Si autem sermo sit de intellectu possibili: concessa consequentia primo non sequitur, ergo vniuersale i actu est extra animam: quia fit per actum intellectus agentis. Secundo dicitur quod cum vniuersale in actu nominet duo, scilicet rem et aptitudinem ꝛc. res ipsa est obiectum: aptitudo autem est modus obiecti seu conditio sine qua res nõ est obiecta. Sufficit autem quod res ipsa que est obiectum precedat actum intellectus: et non oportet quod modus eius precedat. ¶Obiectum enim, ait Aristo. est prius actu non modus obiecti. Unde ad formam argumenti negatur consequentia: qꝛ etsi posteriotati antecedentis non obster aptitudinem esse medium obiecti: obstat tamẽ illationi consequentis ex eo. priotas em̃ modi non potest inferri ex posteriotate obiecti. ¶Per hoc idem respondetur ad tertium: quod scilicet res obiecta scie reali est extra animam: non modus rei obiecte: vniuersale autem in actu nominat vtrũqꝫ scilicet rem ꝛ modum: ꝛ ideo vniuersale in actu non sequitur esse extra animam: ex eo quod res de qua est scientia est extra. ¶Ad formam argumenti dicitur, quod vera existente maiore committitur fallacia figure dictionis: mutatur enim res obiecta in modum rei seu in rem cum modo.

**Sed cõtra** Istas responsiones stat Sco. ubi. Et primo contra primam sic. Quicquid est per intellectum agentem est prima intentio, ergo nullum vniuersale est in genere substãtie, cõsequenter nulla de ꝓdicatio in quid superiorum de inferioribus. ¶Preterea, vniuersale precedit sensum vt alias probatum est, ergo precedit intellectum agentem. ¶Preterea. intellectus agens et possibilis sunt vna potentia: alias quilibet homo haberet duos intellectus: sed vnius potentie est vnum obiectum: quare si precedit actum vnius, precedit actum alterius. ¶Preterea. secundum hoc nõ esset generatio vniuoca sine actione intellectus agentis. ¶Dicetur forte quod non habeat aliquam vnitatem realem generans et genitum: sed similitudinem. ¶Contra. quia proximum fundamentum similitudinis est vnus quinto metaphysice: sed non generans neque genitum, ergo aliquid commune vtrique.

**Contra secundam** Uero responsionem arguit: derante non erit vniuersale in actu: et ita scientia habitualis non esset obiecti vniuersalis in actu. ¶Preterea, obiectum inquantũ est prius actu non intelligitur sub hoc modo, ergo vel sub opposito modo: sed non sub nullo, ergo ꝛc. ¶Preterea. aut ille modus est factus ab intellectu: aut non: si non, habetur intentum, si sic, ergo non est necessarius in obiecto: quia prius obiectum est intellectum sine illo modo causato per intellectionem obiecti.

**Ad has** Instãtias respõdet presupponẽdo sepe iã dictum ꝙ vniuersale duo dicit: rem ꝛ aptitudinẽ seu vniuersalitatẽ. Uniuersale pro re posita in predicamẽto est predicabile scibile obiectũ intellectus: diffinibile, ꝛ huiusmodi. Uniuersale aũt pro aptitudine est modus seu cõditio rei predicamentalis predicabilis scibilis diffinibilis ꝛc. neqꝫ intellectus agẽs: aut possibilis facit rem: sed modũ tantũ. ¶Ad primã ergo cõceditur ꝙ vniuersale ꝓ eo ꝙ fit ab intellectu agente nõ est in predicamento substãtie: vlterius aũt consequẽtia nulla habet apparentiã. ¶Ad secundã negaꝫ antecedẽs. visus em̃ est etsi sit coloris vniuersaliter: vt habes a. s. Tho. prima scẽe. q. 26. ar. 3. nõ tñ est coloris vniuersalis. ¶Ad tertiã similiter negaꝫ antecedẽs, necessariũ em̃ est vt dicit tertio de aia. tex. cõ. 17. in aia nostra esse duos intellectus. s. agentẽ ꝛ possibilẽ: q nõ possunt esse eadẽ potentia: cũ potẽtia actiua ꝛ potẽtia passiua nõ sint eadẽ apud Arist. ¶Ad quartã negaꝫ cõsequentia, ꝛ dicit ꝙ respõsio illa ibi data est optima sane intellecta. Ad improbationem eius dicit ꝙ similitudo fundaꝫ supra res ipsas: puta duas albedines vel humanitates tanqꝫ fundamentũ: ꝛ ꝙ vnitas nõ est fundamentũ similitudinis: sed conditio fundamenti: fundaꝫ em̃ similitudo, ꝓprie dicta supra duas res habẽtes illã conditionẽ .s. mutuam negationẽ distinctionis formalis, puta duas albedines: ꝛ hoc modo intelligendus est Aristo, 5. meta. Et dato ꝙ vnitas esset fũdamentũ: adhuc non sequeret dari aliqd cõmune vnũ vtriqꝫ: dicam em̃ ꝙ similitudo non fundaꝫ supra vnũ qõ est generãs: neqꝫ supra vnum quod est genitum: sed supra vnũ quod sunt generãs ꝛ genitum. Jam autem declaratum est supra committi fallaciã consequẽtis si sic procedaꝫ: generãs ꝛ genitũ sunt vnũ formaliter, ergo habent aliquid vnum commune vtriqꝫ.

**Ad primum** Eorum q contra secundã respõsionẽ adducunt, dicit ꝙ precise loquendo de intellectu possibili secatur vniuersale quẽadmodum sciẽtia, ita ꝙ sciẽtia in actu est vniuersalis in actu: scientia in potentia est vniuersalis in potẽtia: ꝛ scientia in habitu est vniuersalis in habitu: quod aũt ad intellectum agentem: dicitur ꝙ nullo intellectu considerante: dummodo producta sint species intelligibilis: datur vniuersale in actu: eo ꝙ Philosopho dormiente rosa: cuius species intelligibilis in illius intellectu conseruat: denominatur representata absqꝫ hoc ꝙ nunc actu intelligibilis ꝛc. ¶Ad secundum dicitur ꝙ obiectum vt prius actu nullum sibi vendicat modum. abstrahit enim ab omni esse et modo quidditas. ¶Ad tertium dicitur ꝙ modus ille fit ab intellectu agente: ꝛ cum infertur, ergo non est necessarium: negatur consequentia: quia potentia actiua non presupponit conditionem sui obiecti: sed facit. Dicitur secundo ꝙ dato ꝙod non fieret ab intellectu agente: fit ab intellectu possibili: et similiter negatur illa consequentia. Ad probationem dicitur ꝙ falsum assumit scilicet quod prius intellectus intelligit rem: deinde facit eius modum: simul enim vtrumqꝫ fit: intellectus enim formando cõceptam rem absqꝫ hoc ꝛ nũc aliud

Primo

Scõo. 2. d. 3. q. 1. ꝙinta via contra ad. Tertio

t.c.20

in hoc c.q.5.

Ad primum.

Ad secundũ.

Ad tertium.



se facit: neqꝫ põt imaginari ꝙ prius faciat rem: deinde absqꝫ hoc ꝛ nunc. sicut sor. simul generat hominem hunc ꝛ non prius holem: deinde hunc. ¶Ad quartum negatur qꝫ relatio mensure fundet in aliquo vniuersali: fundaꝫ em̃ neqꝫ in vniuersali: neqꝫ in singulari, vt sic: sed in natura vna formaliter que in singulari reperit: ꝛ sic nõ est vnum numero: vt sic mẽsura aliquum. sed vnũ formaliter.

Ad 4. principale.

Ad 5.

Ad 6.

Ad 7.

t.cõ.

Ad 8.

hoc.c. q.5.

¶Ad quintum dicit ꝙ nihil aliud cõcludit nisi ꝙ vniuersale pro re est extra animam: sic enim accepto vniuersali inest primo passio seu realis opatio. homo. n. est cui primo conuenit ridere. nõ hõ vniuersalis: alioquin risibile nõ inueniret in hole non vniuersali: puta sorte. ¶Ad sextum dicitur similiter ꝙ extrema cõtrarietatis sunt res ipse nõ res particulares vt sic. neqꝫ vniuersales: aliter res non vniuersales. s. hec albedo ꝛ hec nigredo non essent contrarie.

¶Ad septimũ dicitur ꝙ stant ista duo simul: vniuersale predicaꝫ de rebus: ꝛ vniuersale fit ab intellectu: eo ꝙ vniuersale pro re est id qõ predicaꝫ: ꝛ quo ad hoc non fit ab intellectu. vniuersale aũt pro aptitudine est cõditio rei que predicaꝫ: ꝛ talis fit ab intellectu: predicatio. n. nõ debet rebus nisi habẽtibus cõditionẽ aliquã inmẽtionalẽ. Unde ꝛ Arist. 7. mera. tex. cõ. 46. ait. ꝙ substãtia non dicit de subiecto: qꝛ loquebaꝫ de ea fm suã naturã. Un predicamẽtis vero vbi de substãtia indura accidẽtia intentionalia loquebaꝫ dixit substantiã dici de subiecto. ¶Ad id vero qõ ibi addit vtꝫ oia illa verificaꝫ de vniuersali pro re: fz exponenda est affirmatiua propositio negatiue, vt sit sensus: vniuersalia sunt vtqꝫ ꝛc. i. nature ipse denominate vniuersales nõ terminant sibi locum neqꝫ tempus. Similiter dicitur ad id qõ subiungitur ꝙ forma ꝛ materia pertinent ad quãtitatem vniuersalis. i. rei physice que denominaꝫ vniuersalis. Similiter vniuersalium tñ est diffinitio. i. rerũ que denominate sunt vniuersales. Similiter res denotate genera species ꝛ dẽ sunt extra animã: conditiones aũt earũ sunt per opus intellectus.

¶Ad octauum dicitur ꝙ per ly singulare duo intelligere possumus: qñqꝫ intelligitur ipsa singularitas: qñqꝫ totum. s. res singularis. primo modo accipiendo singulare concedit consequentia: sed antecedens nõ est verũ. scõo modo antecedẽs peripatheticum est: sed consequentia nihil valet (supra enim tam dximus) in singulari multas vnitates existere ꝛ non tantum numeralem.

¶Et quãuis hec natura intellecta habeat rationem vniuersalis fm ꝙ comparatur ad res que sunt extra animã, qꝛ est vna similitudo omniũ. tamen fm ꝙ habet esse in hoc intellectu vel in illo est species quedam intellecta particularis, ꝛ ideo patet defectus Commentatoris in tertio de anima: qui voluit ex vniuersalitate forme intellecte vnitatẽ intellectus cõcludere, qꝛ non est vniuersalitas illius forme fm hoc esse qõ habet intellectum, sed fm ꝙ ad res refertur vt similitudo rerum. Sicut etiam si esset vna statua corporea representans multos homines, constat ꝙ illa ima go vel species statue haberet esse singulare ꝛ proprium fm ꝙ esset in hac materia, sed haberet rationem cõitatis fm ꝙ esset commune representatiuum plurium.

Cõ.5.

¶In hac scõa parte capituli huius Auer. errorẽ removere intẽdit q̃ in tertio de aia. com. 5. ex vniuersalitate forme intellecte voluit declarare vnitatẽ intellectus hoc modo. qõ est vniuersale suã vniuersalitatẽ retinẽs est indistinctũ numero forma intellecta. i. natura fm esse in intellectu subiective est vniuersalis suã vniuersalitatẽ retinẽs. ergo est indistincta numero: agit̃ subiectũ eius qõ est intellectus possibilis nõ est distinctus numero: ꝛ sic vnus intellectus in oibus hoibus cõcludit. Maior videt exse nota. qꝛ vniuersalitati opponit distinctio numeralis. Minor vero ex eo patet ꝙ species intelligibilis repsentat vniuersale. Hec ratio (etsi alteritus principiũ exigat pro sui dissolutione ꝛ pro sui probatione) attñ ꝗtũ ꝑtinet intẽtionis est ex dictis sic destrui. Uniuersale est aliqd duplex. s. in essendo ꝛ in repsentando. Uniuersale in essendo esset sic data natura hois separata vt idea Platonis: ꝛ de tali vniuersali vera est maior: sed falsa minor. Uera quidẽ maior qꝛ tali vniuersali cũ fm esse vniuersalitatẽ formaꝫ fm esse quoqꝫ repugnabit distinctio numeralis, vnde impossibile est imaginari plures hoies vniuersales. Falsa aũt est minor. qꝛ species intelligibilis nõ est vniuersalis in essendo cũ sit in singulari subiecto. s. intellectu possibili q̃ indiuiduũ quoddã est (licet immateriale). Uniuersale vero intelligendo (vt dictũ fuit) est qõ rem vniuersalẽ representat: ꝛ de tali vniuersali falsa est maior: licet minor sit vera, ꝛ maioris quidẽ falsi

hoc eo. capto.

tas ex eo cognosci potest. qꝛ tale vniuersale vniuersalitatẽ nõ habet fm suũ esse quo respicit subiectũ, vnde vnitas vel pluralitas numeralis in accidẽtibus oritur: sed habet vniuersalitatem fm representationẽ que respicit obiectũ: vnde non representat obiecta distincta numero: sed vnum ꝛ idẽ obiectũ omnino representant oẽs species cuiuscũqꝫ rei: puta species humanitatis in re ꝛ in me: sicut eadem sortis facies a pluribus per plures species: idem omnino representantes videntur. Winouis autem sic intellecte veritas ex supradictis liquet: species enim intelligibilis representat naturã nõ representãdo conditiones particulares eius vt dictum est. hec est sententia litere in hac parte.

¶Et qꝛ nature humane fm suam absolutã consideratio nem conuenit ꝙ predicet de sorte, ꝛ ratio speciei non conuenit sibi fm suã absolutam. s. humane nature cõsideratione, sed est de accidẽtibus que cõsequuntur eã fm quoddã esse qõ habet in intellectu, ideo nomen speciei nõ predicaꝫ de sorte, vt dicat, sor. est species, qõ de necessitate accideret si ratio speciei conueniret homini fm esse qõ habet in sorte, vel fm suam absolutam considerationem. s. inquantum est homo, quicquid enim conuenit homini, inquantũ est homo, predicatur de sorte.

¶In hac parte tertia capituli huius tales obiectionem ex supradictis excludere intendit: quia qõ predicatur de predicato predicatur et de subiecto: sed species ꝑdicatur de homine quod est predicatum respectu sortis: ergo species ꝑdicatur de sorte: et sic sortis erit species: conclusio est falsa: maior vera ex antepredicamentis habetur. Huius obiectionis peccatum vnde oriatur ex supradictis distinctione eorum que cõueniunt nature manifestat. simul ex hoc in simũ ꝙ conuenientia tradita fuerit doctrina (cum ex ea difficultates accidentes dissoluitur). ¶Cũ enim dictum sit ꝙ triplicia sunt que de natura predicãtur: quedam scilicet absolute: ꝛ quedam fm esse in intellectu: et quedam fm esse in singulari: ea que conueniunt nature fm esse in intellectu, non conueniunt ei absolute neqꝫ fm esse in singulari: cum opposita sint: et ideo in predicto processu error accidit: quia denominatio specifica homini secundum esse in intellectu conuenit: et concluditur de homine fm esse in singulari: dum infertur: ergo sortes est species. Ut aũt ad formam argumenti dici possit inmutatalem distinctionem. Predicari de predicato contingit dupliciter. Uno modo vt predicato id est secundum quod illud predicatur de altero: sicut animal predicatur de predicato sortis: scilicet hoc: fm id fm quod homo ꝑdicatur de sorte: fm idem enim homo recipit predicationem animalis: et predicatur de sorte, secundũ suã naturã: ꝛ hoc modo maior est vera: minor autem falsa. Alio modo contingit predicari de predicato non vt predicato: id est non fm illam rationẽ qua illud predicatum de suo subiecto predicatur: sicut in proposito: species nõ predicatur de homine inquantum homo est predicatum sortis. i. non predicatur de homine fm illud esse quo homo predicatur de sorte: eo ꝙ homo predicatur de sorte fm suum esse quidditatiuum absolute: species autem predicatur de homine non secundum eẽ esse quidditatiuum: sed fm esse quod in intellectu habet: ꝛ hoc modo maior est falsa: minor autem vera semper: ergo altera premissarum est falsa. Et hoc est quod in litera dicitur, ꝙ ratio speciei non cõuenit homini fm suam absolutam cõsiderationem fm quã In hoc cap. q. 5. fi. conuenit sibi predicari de sorte: quia sic oportet etiam conuenire sorti (vt supra dictum fuit) sed conuenit ei fm esse in intellectu fm quod esse predicatur de sorte.

¶Et tamen predicari conuenit generi per se cum in eius diffinitiõe ponatur. Predicatio enim est quoddam quod completur per actionem intellectus componentis et diuidentis, habens tamen fundamentum in re, ipsam vnitatem eorum quorum vnũ de altero dicitur. Unde ratio predicabilitatis põt claudi in ratione huius intentionis que est genus que similiter per actionem intellectus completur, nihilominus id cui intellectus intentionem predicabilitatis attribuit, cõponens id cũ altero nõ est ipsa intẽtio generis, sed potiꝰ id cui intellectus intentionẽ generis attribuit, sicut qõ significaꝫ hoc nomine aial. sic ergo patet quod essentia vel natura se hz ratione speciei, quia ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca



speciei non est de illis que conueniunt ei ſm suam absolutam considerationem: neq; de accidentibus q̄ consequuntur ipsam ſm esse quod habet extra animam: vt albedo vel migredo, sed est de accidentibus que consequuntur eaꝫ ſm esse quod habet in intellectu: ꝛ per hunc modum conueniunt sibi ratio generis vel differentie.

¶ In hac quarta parte capituli huius respondere intendit cuidā tacite obiectiōi que talis est, quod per se predicatur de speciebus conuenit ipsis speciebus: sed (ly genus) per se predicatur de speciebus: puta homine ꝛ boue, ergo ly genus conuenit ipsis speciebus: ꝛ sic homo erit genus ꝛ similiter bos. Maior est ex termini nota, implicat enim q̄ aliquid per se predicetur de aliquo in quocunq; modo perientatis ꝛ non conueniat illi. Minor probatur sic, illud in cuius diffinitione ponitur predicari de speciebus p se predicatur de illis. sed (ly genus) est in cuius diffinitione ponitur predicari de speciebus, ergo genus per se predicatur de speciebus. Maior sylogismi huius patet ex eo q̄ quelibet pars diffinitionis in recto in primo modo per se tatis conuenit diffinito. Minor aūt ex Porphyrio patet sic dicēte: genus est predicabile de pluribus specie differentibus. ¶ Similiter omnino potest argui de specie respectu individui, cum etiam in diffinitione speciei ponatur predicari de individuis, ꝛ sic videtur q̄ male dictum sit: solum non esse speciem. Huius obiectionis in litera motuum tantum tangitur cum dicitur: ꝛ tamen predicari per se conuenit generi cum in eius diffinitione ponatur. ¶ Responsio autem in residuo ponitur in quo ad plenam materie huius discussionem duas distinctiones immit. Prima est, predicari dupliciter capitur, s. formaliter ꝛ fundamentaliter seu materialiter. Secunda est, genus dupliciter accipitur, s. formaliter ꝛ fundamentaliter seu materialiter. Et debes scire vt terminos intelligas q̄ in hac propositione, homo est animal, sunt tria, s. ly homo: ly est: ꝛ ly animal: que extra animā nihil aliud sunt q̄ natura humana importata per ly homo: ꝛ natura sensitiua importata per ly animal: ꝛ unitas seu connectio earum inter se importata per ly est, hec enim tria intellectus apprehendens in secūda sua operatione formar hanc propositionem: homo est animal: qua formata reflectendo se super illa tria vt terminant actum sui componentis adinuenit ꝛ attribuit eis quasdam relationes: ꝛ (ly homo) attribuit relationem subiecti: ꝛ (ly animal) relationem predicati: ꝛ (ly est) relationem predicationis. Unde predicatio formaliter est illa relatio adinuenta ab intellectu: fundamentaliter vero seu materialiter est connectio rei predicate cum re subiecta. Similiter cum intellectus apprehendit naturam sensitiuaꝫ ꝛ reflexerit se super illam vt stat sub actu eius: videritq; eam vt sic indifferenter se habere ad species in quibus primo inspexerat: naturam illam saluat: attribuit nature sensitiue seu animali obiecto relationem generis: ꝛ sic genus formaliter est illa relatio: genus autem fundamentaliter seu materialiter est natura ipsa: pura sensitiua: ꝛ sic patent termini distinctionum.

Capitulo de genere.

**Ex his** Tria deducuntur. Primum est q̄ eſi genus fundamentaliter, puta animal non includat in diffinitiōe sua predicationem fundamentalem: quia in diffinitione animalis non ponitur connectio eius cum homine vel boue: nec; predicationem formalem: quia in diffinitione rei non ponitur res secunde intentionis: consequens est q̄ genus formaliter sumatur quando diffinitur a Porphyrio.

Capitulo de genere.

**Secundum** Est q̄ cum in diffinitione generis forma liter non cadat predicatio fundamentalis de specie: puta homine: q: relato generica non est connexa realiter rei que denominatur species: consequens est q̄ p̄dicari de pluribus positum in diffinitione generis sit accipiendum formaliter scilicet pro relatione predicationis, vna enim relatio potest cadere in diffinitione alterius: ita vt conceptus relationis que est predicatio de pluribus ꝛc. cadat in cōceptu relationis que est genus. Et hinc habes q̄ conformiter sanc. Tho. dicat asserēs genus

De hoc vid cō. huius doc. sti. Por. phy. in c. de genere. in pincip.

de speciem diffiniri pro secundis intentionibus in concreto.

**Tertium** Deducendum est q̄ aliquid dicitur predicari de specie dupliciter. ¶ Uno modo vt res denominata predicabilis de speciebus: ꝛ sic animal p̄dicatur de homine ꝛ boue. Alio modo vt id quo res denominatur predicabilis de speciebus: ꝛ sic genus in cuius diffinitione ponitur predicari de speciebus predicatur de ipsius speciebus. Sicut aliquid dicitur disgregatiuum visus dupliciter. Uno modo vt res denominata disgregatiua visus, hoc enim modo nix dicitur disgregatiua visus. Alio modo vt id quo res denominatur disgregatiua visus; quemadmodum albedo dicitur disgregatiua visus: cum intₒdiffinitione eius ponatur disgregare visum. Et sicut stant ista duo simul scilicet q̄ res diffinita per disgregare visum est albedo ꝛ non nix, res autem denominata disgregatiua visus, est nix ꝛ non albedo: ita precise in proposito stant ista duo simul: scilicet q̄ res diffinita per predicari de speciebus est relatio generica: res autem denominata predicabilis de speciebus est natura: que subest illi relatiōni: puta animalitas q̄ res diffinita per predicari ꝛc. est genus formaliter non materialiter: res autem denominata predicabilis est genus materialiter non formaliter. Unde in litera dicitur q̄ ratio predicabilitatis clauditur in hac intentione: que est genus: id tamen cui intellectus intentionem predicabilitatis attribuit non est ipsa intentio generis sed res: cui etiam ipsa intentio generis attribuitur. ¶ Ex quibus patet responsio ad obiectionem: q: loquendo de eo quod per se predicatur de speciebus vt res denominata predicari, vera est maior: sed falsa minor, loquendo autem de eo quod per se predicatur vt ratio denominandi falsa est maior: licet minor sit vera. Unde cum semper altera premissarum sit falsa nihil concluditur. Hac distinctione nunc assignata in terminis simplicibus sic vti poteris, predicabile de speciebus dupliciter: formaliter ꝛ denominatiue: quod predicatur de homine ꝛ boue denominatiue est animal: quod autem predicatur formaliter de homine et boue est genus. de predicabili denominatiue falsa est minor, de predicabili formaliter falsa est maior. Hec dicta cum applicaueris ad speciem respectu individuorum ad, differentiam: proprium et accidens et reliqua huiusmodi solues multas obiectiones et illucescet tibi veritas multarum propositionum: que obscure apparent, residuum capituli est Epilogus, per se patent ꝛc.

Capitulum quintum.

**Nunc restat videre** ſm quem modum essentia sit in substantijs separatis. s. in anima intelligētijs ꝛ causa prima. Quamuis autem causę prime simplicitatē omnes philosophi concedāt: tamen compositionem materie ꝛ forme in intelligentijs ꝛ animabus quidam nituntur ponere: cuius positionis fuisse dicitur Auicebron autor libri fontis vite. ¶ Hoc autē dictis philosophorum reperitur esse cōtrarium: q: eas substantias a materia separatas nominant: ꝛ absq; omni materia esse probant: cuius demōstratio potissima est ex virtute intelligendi que in eis est. Uidemus enim formas nō esse intelligibiles in actu nisi ſm q̄ separantur a materia ꝛ a conditionibus eius: nec efficiūtur intelligibiles in actu nisi per virtutem substantie intelligentis ſm q̄ recipiuntur in ea, ꝛ ſm q̄ aguntur per eā, vnde oportet q̄ in qualibet substantia intelligente sit omnimoda immunitas a materia, ita q̄ nec habeat materiam partem sui, neq; etiam sit sicut forma impressa materie vt est de formis materialibus.

¶ Hic incipit tractatus secundus huius operis intendēs in duobus capitulis tradere notitiam de essentijs substantiarum simplicium quemadmodum tradita est de essentijs substantiarum compositarum. Facit autem ser in presenti capitulo. Primo declarat q̄ essentia in simplicibus non significat compositum quid ex materia et forma: sed formam tantum, secundo comparat illas essentias essentijs substantiarum compositarum, tertio ostendit tales substantias esse compositas ex esse ꝛ essentia, quarto declarat intelligentias habere esse effectiue a deo, quinto ostendit eas esse compositas ex actu q̄ potentia. sexto de multitudine eorum agit. Premissa igitur primo concordi sententia philosophorum de simplicitate omnimoda prime cause: et quibusdam dissentientibus circa immaterialitatem intelligentiarum adductis. Contra hos talem conclusionem ponit. ¶ Omnis substantia intellectualis est immaterialis id est incomposita ex materia et forma et independens a materia: quam sic probat, omne patiens vel agens vel recipiens vel habens in se intelligibile in actu est immateriale: omnis substantia intellectualis est patiens vel agens vel recipiens vel habens in se intelligibile in actu: ergo omnis substantia intellectualis est immaterialis. Maior quo ad tres sui partes ex eodem medio probatur scilicet ex hoc q̄ intelligibile in actu oportet esse



T.c.11. immateriale. tertio de anima. tex. cōment. 11. ꝛ. 15. agens aūt rem
T.c.15. immaterialem oportet esse immateriale: eo q̄ agens non potest esse ignobilius suo effectu. ꝛ dicitur. 3. de anima. tex. commen. 18. ꝛ tex. commen. 40. recipere aūt q̄ immateriale nō potest res immaterialis: vt patet tertio de anima. cōmēto quinto, vnūquodq; recipit per modū recipientis: ꝛ per idē innotescit q̄ habere non potest res immaterialis immateriale cognoscibile in seipsa. Minor aūt ab omnibus cōceditur. Frustra esſ esset substantia intellectualis nisi aliquid intelligeret: cū vnumquodq; sit propter suā
T.c.17 operationem, vt dicitur secundo celi. tex. com. 17.

¶ Nec potest dicere aliquis q̄ intelligibilitatem non ſm pediat materia quelibet: sed materia corporalis tantum. Si enim hoc esset ratione materie corporalis tantum cuꝫ materia non dicatur corporalis nisi ſm q̄ stat sub forma corporea: tunc oporteret q̄ hoc haberet materia a forma corporali. s. impedire intelligibilitatem. Et hoc non potest esse q: ꝛ ipsa forma corporalis actu intelligibilis est: sicut ꝛ alie forme sed q̄ a materia abstrahuntur. Unde in anima intellectiua ꝛ intelligentia nullo modo est compositio ex materia ꝛ forma: vt hoc modo accipiatur materia in eis sicut in substantijs corporalibus: sed est ibi compositio forme ꝛ esse. Unde in commento none propositionis libri de causis dicitur q̄ intelligentia est habens formam ꝛ esse: ꝛ accipitur ibi forma pro ipsa quidditate vel essentia simplici.

¶ Et quomodo hoc sit planum est videre. Quecunq; enim ita se habent adinuicem q̄ vnum est causa esse alterius: illud quod habet ratiōnem cause potest habere esse sine altero: sed non conuertitur. Talis aūt inuenit habitudo materie ꝛ forme q̄ forma dat esse materie: ꝛ ideo impossibile est esse aliquam materiam sine forma: tū non est impossibile esse aliquam formam sine materia. forma enim non habet in eo q̄ forma dependentiam ad materiam: sed ſi inueniantur aliquę forme que non possunt esse nisi in materia: hec accidit eis ſm q̄ sunt distantes a primo principio qō est actus purus ꝛ purus. Unde ille forme que sunt propinquissime primo principio sunt forme per se sine materia subsistentes: non enim forma ſm totum genus suū materia indiget vt dictum est, ꝛ huiusmodi forme sunt intelligentie: ꝛ ideo non oportet vt essentie vel quidditates harum substantiarum sint aliud q̄ ipsa forma.

¶ Intendens in his verbis declarare quomodo essentia in substantijs simplicibus significet formam tm̄ tali ratione hoc ꝓbat. Quecunq; ita se habēt q̄ vnū est causa esse alterius: ꝛ non econuerso: illud qō habet rationē cause: potest esse sine altero: sed forma ꝛ materia ita se habēt q̄ forma causat esse materie ꝛ non econuerso, ergo forma pōt esse sine materia: ꝛ materia nō sine forma. Tūc vltra essentia intelligentiarū non est cōposita ex materia et forma, ꝛ nō potest esse materia tantū. ergo est forma tantum.

**Et nota** Quod maior propositio potest dupliciter intelligi. Uno modo sic, quod id quod est causa alterius ꝛc. idem numero possit esse sine altero: ꝛ sic non assumitur a nobis quia est falsa ꝛ extra propositum. Falsꝫ quidem: quia subiectum causat esse proprie passionis et non econtra, ꝛ tamen subiectum non potest esse sine propria passione. Extra propositum vero: quia nolumus concludere quod forma que est in materia sit sine materia: sed quod aliqua forma non exigit materiam.

¶ Alio modo intelligitur maior sic. quod id quod habet rationē cause secundum suum ordinem potest esse sine altero ideſt secundum aliquod sui ordinis potest reperiri sine altero. et sic est vera, et ad propositum. Uera quidem: quia causa cum independens sit a causato: consequens est, vt aliquod pertinens ad suum ordinem possit habere esse extra causatum. Ad propositum vero: quia intendimus concludere quod forma secundum suum genus non dependet a materia: ita quod aliqua forma potest inueniri separata. Unde et in minori notanter non assumitur forma materialis seu habens esse in materia: sed forma sine additione aliqua ad insinuandum quod loquimur de forma vt forma est: non vt talis vel talis. Patet autem minor illa ex nono metaphysic. tex. commento. 13. ꝛ. 45. vbi habetur quod actus est prior potentia sim
T.c.13. 2.15. pliciter et independens ab ea. Ex eo enim quod forma essentialiter est actus: materia autem essentialiter potentia: si actus secundum totam suam latitudinem non dependet a potentia. consequens est quod forma secundum totum suum ordinem non dependeat a materia. Materiam autem cum essentialiter sit potentia: necesse est dependere a forma, sine qua actualitas non inuenitur, et sic patet minor, quia a forma absolute in eo quod forma dependet materia in suo esse: sicut potentia ab actu: et non econuerso. Quod vero alicui actui conueniat: quod non inueniatur nisi receptus in aliqua potentia, hoc est ex eius imperfectione: et non habet hoc in eo quod actus, et similiter quod alique forme non sint nisi in materia, hoc habent ex sua imperfectione: que attenditur penes distantiam a primo principio deo glorioso: ꝛ propinquitatē ad primam materiam. vnde tales forme nō solū causant esse materie: sed ꝛ ipse causate sunt quodāmodo a materia. Cause esſ sunt sibinuicē cause. vt dicit secundo phyſi. tex. com. 30. Essentia igitur substantiarum intellectualium est immaterialis ꝛ forma tantum. Questio. viij. T.c.30

**Circa** Hanc partem occurrit questio, ꝛ hec est octaua: an materia possit esse sine forma. In hac q̄stione tria facienda sunt. primo ponetur Scoti opinio, secūdo ponetur opinio san. Tho. tertio respondebitur rationibus in oppositum.

**Quo ad** Primū Scotus in scō sen. dist. 12. q. 2. opinatur Sco. 2. posse materiā esse sine forma. Arguitq; ad hoc dist. 12. q. 2.
probandum multipliciter. ¶ Primo sic, non minus dependet accidens a substantia q̄ materia a forma: sed accidens potest esse sine substantia, vt patet in sacramento altaris, ergo materia potest esse sine forma. ¶ Preterea, absolutum distinctum et prius alio Scō. absoluto potest esse sine illo absq; contradictione: materia respectu forme est huiusmodi, ergo potest esse sine forma. minor est evidens. maior probatur, quia prius in eo quod prius non dependet a posterior et accipitur hic ex quinto metaphysi. tex. commen. 16. priora sunt que possunt esse sine alijs, alia non sine ipsis. T.c.16. ¶ Preterea, quicquid absolutum facit deus in creaturis mediante causa secunda: que non est de essentia causati: potest

Universidad de Deusto
Biblioteca



facere sine illa:sed materiam deus facit mediante forma que non est de essentia eius,ergo potest facere sine illa. ¶Preterea quicquid deus immediate creat immediate conseruat vel conseruare potest.sed materiam deus immediate creat. ergo immediate conseruare potest.ergo sine omni forma. ¶Preterea cum nihil deus extra se necessario velit ex hoc q̄ vult materiam esse non est necesse q̄ velit materiā esse nisi propter necessariā connexionē vtriusq;: sed inter materiā ⁊ formā nō est talis necessaria connexio:ergo ⁊c. quarto

¶Quod autem non sit talis necessaria connexio inter materiam et formam probatur:q̄ tunc sequeretur q̄ materia determinaret sibi necessario aliquam determinatam formam.probatio cōsequentie. quod determinat sibi genus forme determinat sibi aliquam speciem in genere illo:⁊ quod determinat sibi species determinat sibi esse in aliquo individuo illius speciei,omne enim quod de necessitate est homo necessario est hic vel ille homo: consequens autem est falsum.materia enim nullam sibi determinat formam : ergo relinquitur q̄ materia non determinat sibi genus forme ad hoc q̄ sit. ¶Confirmatur.quicquid contingenter se habet ad quodlibet generis absoluti: contingenter se habet ad id genus absolutum: sed materia contingenter se habet ad quamlibet formam : ergo materia contingenter se habet ad genus forme. ¶Probatur adhuc q̄ si materia sibi determinat de necessitate genus forme quod etiam de necessitate determinat sibi vnum individuum solū illius generis:q̄ vnum essentiale ⁊ vnū singulare est impossibile dependere a pluribus essentialiter eiusdem generis : materia autem est vna essentialis ⁊ singularis:ergo impossibile est q̄ dependeat a pluribus formis eiusdē generis:⁊ sic si necessario determinat sibi genus forme necessario quoq; determinabit sibi aliquam vnam formam:qđ falsum est. ¶Hec de primo.

primo q̄o. 66. ar.1.⁊c. pō.q.4 artic. 1. quoli. q̄o.3.

**Quo ad** primum dicendum est cum Scō.s.Tho.in prima parte.q.66.ar. primo et ⁊ in quoli.q.3.arti.1.confirmat id quod hic dicit.scilicet materiam non posse esse sine forma duabus rationibus. ¶Prima est ducens ad impossibile sic.si materia existeret absq; omni forma:materia simul non esset ⁊ non esset:hoc implicat contradictionem.ergo. probatur consequentia quo ad secundam partem : quia quo ad primam ab aduersarijs conceditur. Impossibile est effectum formalem separari a forma : sed existere est effectus formalis forme.sic enim diffinitur : forma est que dat esse rei. ergo impossibile est ponere existentia sine forma. sicut enim impossibile est esse album sine albedine : ita esse in actu sine actu:actus autem primus cuius est dare esse idem est quod forma. Ex illa ergo propositione : materia existit absq; omni forma , sequuntur duo contradictoria simul vera : ex eo enim quod materia existit sequitur quod sit in actu.ex eo autem quod est absq; omni forma : sequitur quod non sit in actu. ¶Huic rationi dat Sco. quandam responsionem: que quia non nisi chimerica : ⁊ tanquam indigna de qua verba fiant:omittatur.quolibet enim proferente contraria solicitum esse stultum est : ait Arist.a quo didicimus in libro nono Metaphysi. quid sit actus ⁊ quotuplex. ¶Secunda ratio.s.Tho.ad hoc idē est ista. omne individuum determinatum ad genus completum vel incompletum in rerum natura per se existens est in aliqua certa specie per se vel reductiue : materia sola neq; per se neq; reductiue est in aliqua certa specie : ergo materia sola non potest esse individuum quodcunq; in rerum natura. Minor est ex se clara. non enim facile esset fingere in qua determinata specie esset materia sola.Maior probatur ex eo quod individuum omne tam completum quam incompletum:si per se existit in rerum natura separatum (quod dico propter individuum generis:vt hec substantia: hoc animal ⁊c.) non continetur sub genere per se vel reductiue immediate : sed mediante specie.inter genera enim ⁊ individua mediat species : ⁊ inter principia generis et principia individui mediant principia speciei partiformiter. ¶Insuper hec maior potest probari ad hominem assumendo dicta Sco.5.arguit.ibi enim ipse expresse assumit quod quicquid determinat sibi genus aliquod determinat sibi aliquam certam speciem illius generis. primo top.ca. nono. T.c.11.

¶Et poteo etiam ex dictis Sco. ibi arguere ad hominem et probare oppositum intenti sui sic. ¶Quicquid determinat aliquod genus.determinat sibi aliquam certam speciem illius generis: materia sola determinat sibi genus substantie. ergo determinat sibi aliquam certam speciem substantie saltem reductiue. ergo materia sola esset in aliqua certa specie substantie. hoc est falsum :minor est omnium ⁊ processus bonus : ergo ⁊c. ¶Hanc veritatem approbat Aristo. (vt ipse Sco. confitetur) loco allegato, 2. disti. 3.q̄. 2. Sed quia dicit ex falso fundamento Aristote.hanc conclusionem

tenuisse.scilicet ex hoc quod deus non potest agere sine causis secundis : ostendo in hoc Scotum errare ex dictis Commen. secundo enim Physi.Commen.12.Auer. ex eodem precise fundamēto quod sanctus Tho.addit in prima ratione tenet istam conclusionem. vbi nullam fieri mentionem de connexione causalitatis prime cause apparet : sed tantum de actu et potentia: ita quod ex natura actu et natura prime materie que est pura potentia concludit Auer. quod duo contradictoria essent simul vera : vt deductum est ⁊c. ¶Auicenna quoq; in secundo Metaphysice sue. capitulo tertio tenet conclusionem Scoti esse impossibilem : ⁊ tamen posuit expresse materiam esse creatam. Unde hec tanquam destructiua Metaphysicalium principiorū vitanda est. ¶Hec de secundo. C5. 12. 1.phy. ca.55.⁊ septuagesimo

**Quo ad** tertium respondeo. Ad primum negatur antecedens . plus enim dependet potentia pura ab actu quam actus imperfectus ab actu perfecto. ¶Sed contra hoc instat Antonius trombeta sic. magis dependet posterius a priori quam prius a posteriori : sed accidens est posterius substantia : materia autem est prior forma : ergo magis dependet accidens a subiecto quam materia a forma. ¶Forte diceretur (ait) quod materia non est prior : sed posterior forma. Contra : nam licet materia sit posterior forma ordine perfectionis : est tamen prior ordine generationis : et consequenter prior simpliciter. vt arguatur sic : quandocunq; sunt aliqui duo ordines : quorum vnus simpliciter est prior altero : quicquid est in ordine prioris est simpliciter prius quocunq; existente in ordine posteriore : sed ordo originis ⁊ ordo perfectionis ita se habent quod ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis (⁊ hoc in natura limitata) ergo quicquid est primo ordine est primo simpliciter quocunq; posteriore ordine perfectionis : sed ita est quod materia est prior ordine forma : licet forma sit prior perfectione: ergo materia est simpliciter prior forma.processus bonus:⁊ maior probatur:quod scilicet ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis.nam prima generatione sunt posteriora perfectione. natura enim semper procedit de imperfecto ad perfectū:ergo quicquid est imperfectius est simpliciter primo quocunq; perfectiori: sed materia prima est imperfectior forma : ergo materia prima est simpliciter prior forma. Tunc vltra. est simpliciter prior forma.Omne primo in suo priori potest esse sine posteriori : ergo ⁊c. ¶Ad hoc respondetur triplici responsione : ad insinuandum argumenti multiplicem defectum. ¶Primo dicitur quod forma : licet sit posterior materia ordine generationis : est tamen prior etiam ordine generationis materia existente. Magni enim refert dicere materiam ⁊ materiam existentem : sicut superficies est prior albedine : albedo tamen est prior superficie habente esse album. vnde in proposito cū sermo fit de materia existente:si enim poneretur materia sola in rerum natura oporteret ipsam existere. patet falsum assumi. ¶Secundo dicitur quod aliud falsum ibi assumitur.scilicet quod ordo generationis sit simpliciter prior ordine perfectionis stando infra limites nature finite. cum enim actus sit prior potentia simpliciter : tam si ponatur deus finitus quam infinitus.vt patet ex nono Metaphy.tex.Commen.15.⁊.12. tertii Commen. 30. ⁊ prioritas actus sit prioritas perfectionis. consequens est quod fm Aristote.et veritatem ordo perfectionis sit simpliciter prior ordine generationis. Amplius id. quod est prius natura ratione ⁊ tempore est simpliciter prius. ordo perfectionis prior natura ratione et tempore ordine imperfectionis qualis est ordo generationis qui se tenet ex parte cause materialis:ordo igitur perfectionis est prior simpliciter.media quoq; positio est Arist.octauo physi.tex.cō.75.vbi expresse loquitur in natura finita ad probandum.l.motū circularem esse primū. Unde ad probationem:concesso q̄ prioza generatione sunt imperfectiora ⁊ quod natura procedit de imperfecto ad perfectum negatur consequentia.ergo ordo generationis est simpliciter prior : licet enim agens naturale prius attingat imperfectum quam perfectum:oportet tamen prius agens in se perfectum esse: vt dicitur in 12.metaph.tex.com.40. ¶Hic aduerte tu,q̄ oportet mendacem esse memorem in questione de primo cognito.Antoni. trombeta quas impugnat propositiones has nunc assumit ⁊c. T.c.15. T.c.30. t.cō.71 ⁊c. 40. q.1.nō.

¶Tertio dicitur quod dato toto processu:vltima consequentia nihil valet,falsum est enim quod omne prius possit secundum rem absolu a posteriori quolibet(vt ad secundū dicetur). ¶Sed contra primam responsionem que ponit materiam non habere priam existentiam:sed eam mendicare a forma instatur sic. Cuicunq; conuenit actu causare pro aliquo signo conuenit ⁊ existere



pro eodē signo:sed materie prime in primo signo quo recipit formam:conuenit causare.ergo pro tunc sibi conuenit existere:sed pro illo signo non habet existentiam forme.ergo propriam. ¶Et cōfirmatur.huta materia actu causat compositum ⁊ recipit formā quando existit:aut quando nōn existit.non quando non existit,ergo quando existit.ergo pro tunc conuenit sibi propria existentia: quia existentia forme sequitur totum compositum. ¶Et confirmatur secundo : quia causa non mendicat a suo effectu.materia autem causat existentiam compositi ⁊ forme.ergo non mendicat existentiam ab eis ⁊c. ¶Ad hec dicitur q̄ sufficit cause pro quolibet instanti temporis quo actu causat habere existentiam:nec apparet necessarium quod pro quolibet signo nature insit existentia sibi quo inest causalitas:ordo enim nature talis est in eodē instanti temporis:quod.s.materia recipit formam;ex quibus resultat compositum cui iam esse actualis existentie aduenit:quo ipsum compositum primo:forma secundo:⁊ materia tertio existunt. ¶Ad formam autem prime instantie negatur maior. Ad primā confirmationem dicitur.quod materia causat quando existit:quia pro omni instanti quo causat existit( quando )enim est terminus temporalis. ¶Ad secundam confirmationem dicitur quod licet causa vt causa non mendicet a suo effectu:tamen causa materialis mendicat a suo effectu qui est eius causa in altero genere causę:eo q̄ cause sunt sibijnuicem cause.quinto metaphy.tex.com.2. T.cō.2 dis. 3. ¶.4.

¶Oportet autem has responsiones a scotistis admitti:quia cū Sco.ponat secundo sen.distin.3.q.3.existentiam esse vltimum actum posteriorem tota coordinatione predicamentali : licet non distinctum realiter a re:cuius est oportet essentiam materie ex natura rei habere habitudinem ad suam existentiam vt potentiam ad actum. Et tunc potest argui sic:essentia materie vt distincta contra suam existentiam causat ex natura rei in genere cause materialis suam existentiam recipiendo eam,ergo sibi pro illo signo conuenit existentia:⁊ sic habet existentiam antēq; recipiat eam: similiter stando in illo signo:aut essentia materie recipit ex natura rei suam existentiam quādo est aut quando nō est ⁊c. ¶Ad secundum principale negatur maior. Ad eius probationem dicitur,quod non sola dependentia:sed necessaria connexio aliquorum potest esse causa inseparabilitatis eorum. Ad id quod adducitur ex quinto metaphy.dicitur quod vniuersalis affirmatiua nō conuertitur simpliciter,ista enim est vera:quecunq; possunt esse sine aliis ⁊ alia non sine ipsis sunt priora:sed non conuertitur:quecunq; sunt priora possunt esse aliis:⁊ alia sine ipsis. Ad se cundū. ⁊c. 6.

**Et nota** quod maxima illa scotica:omne prius absolutum ⁊c.non potest saluari(etiam sequendo viam Sco.)quod pro nunc ex duobus manifestatur. Primo ex eo quod partes essentiales simul sumpte sunt priores toto:et tamen apud Sco.non possunt esse sine toto. ¶Secundo ex eo quod predicamentum quantitatis est absolutum prius predicamento qualitatis presertim quo ad quartam speciem eius:⁊ tamen non potest fieri quantitas continua sine figura. Si enim quantitas sine figura fieri dicatur aut finita aut infinita:non infinita:quia illa nō dabilis:⁊ si forte imaginetur dari adhuc cū oporteat esse lineatam: aut ergo linea recta aut curua:⁊ sic esset figura:si finita,ergo figurata:figura enim est que termino vel terminis clauditur:⁊ similiter aut habet lineas rectas aut curuas:aut circulares ⁊c. ¶Ad tertium quicquid sit de maiori:negatur minor:forma enim ⁊ finō sit de essentia materie:est tamen de essentia materie existentis. Ad ter tium. Ad quartum. Ad quintum.

¶Ad quartum dicitur:quod cū medium sit duplex effectiuum et formale:quicquid immediate deus causat effective potest absq; media causa effectiua conseruare:non autem absq; media causa formali quale medium est forma respectu materie. ¶Ad quintū negatur quod inter materiam ⁊ formam non sit necessarium connexio. Ad cuius probationem negatur consequentia:cuius probationis falsa est maior:per id autē quod additur.s.fm quod necessario est homo:necessario est hic vel ille homo nihil aliud habetur:nisi q̄ quia materia necessario determinat sibi genus forme:ideo materia nō potest esse sine hac vel illa forma:quod est intentum nostrū. Non enim valet consequentia.a.necessario est homo:ergo.a.necessario est hic vel ille determinate:sed vage.⁊ sic cōceditur:materia necessario determinat sibi formam.ergo necessario determinat sibi hāc vel illam formam nō determinate sed vage. ¶Ad cōfirmationem cū dicitur quicquid cōtingenter se habet ad quodlibet generis absoluti:cōtingenter se habet ad genus ipsum:eodē modo respondetur:distinguendo cōtingenter se habere ad quodlibet determinate vel vage. Primo essi modo falsa est maior.Secō vero falsa est minor:materia esi non contingenter:

sed necessario se habet ad quālibet formam indeterminate ⁊ vage. ¶Ad aliā probationē dicitur q̄ vnū essentialiter vnū ⁊ singulare negatiue sicut est materia prima,potest essentialiter dependere in esse a pluribus eiusdē generis indeterminate et vage fm q̄ illa plura habent vnam rationē cōmunem sicut in proposito oēs forme conueniunt in hoc q̄ dant esse actuale. Beneficre hoc argumentum cōtra Scotum de quātitate ⁊ figura ⁊ forte persuadebis sibi infirmitatem eius:quantitas enim continua determinat sibi genus figure:nullam tamē sibi figuram vendicat. ¶Hec de quarto.

¶In hoc ergo differt essentia substātie composite ⁊ substantie simplicis:quod essentia substantie composite:non tantum formam nec tantum materiam:sed complectitur formam ⁊ materiam,essentia vero substantie simplicis est forma tantum. Et ex hoc causantur due alie differentie:et vna est quod essentia substantie composite potest significari vt totum vel vt pars : quod accidit propter materie designationem , vt dictum est,⁊ ideo non quomodolibet predicatur essentia rei composite de ipsa re composita. Nō enim potest dici quod homo sit quidditas sua. Sed essentia rei simplicis que est sua forma:non potest significari nisi vt totum cum nihil sit ibi preter formam : quasi formam recipiens ⁊ ideo quocūq; modo sumatur essentia substantie simplicis de ea predicatur. Unde Auicen. dicit q̄ quidditas substātie simplicis est ipsummet simplex:quia non est aliquod recipiens ipsam. Auito meta.c. 5.post. mediū.

¶In hac secunda parte capituli comparat essentias substantiarum simplicium essentijs substātiarum compositarum triplicem differentiam inter eas assignando. Prima differentia est q̄ essentia substantie simplicis significat formam tantum:essentia autem substantie composite significat compositū quid ex materia ⁊ forma,vtraq; pars differentie patet ex supradictis. Secūda differentia est.quod essentia substantie cōposite potest significari vt totū ⁊ pars:non autem essentia substātie simplicis. Unde oritur quod quia predicatum nō debet habere rationem partis:quod essentia substantie composite quādoq; predicatur de ea:⁊ quādoq; non, cum.s.significatur vt pars. Essentia autem substātie simplicis:q̄ vt pars denotabilis non est:semper predicatur de eo cuius est.

**Ad euidentiam** huius differētie notandum:quia pīo aspectu apparet falsa ex eo q̄ se.patet:quod in positis nominibus substantijs separatis possunt significari earum essentie in abstracto ⁊ in concreto:⁊ consequenter vt totū ⁊ pars:possum enim dicere,gabriel ⁊ gabrielitas:deus ⁊ deitas ⁊c.Sed licet ita appareat:diligēter tamen inspicienti oppositum lucescit. ¶Considerandum enim quod loquimur de essentijs rerum ⁊ conditionibus earum:que eas sequuntur:⁊ non de illis que ex solo opere intellectus fiunt.essentie enim substantiarum compositarum ex eo quod duas partes realiter habent: seu ex eo quod sunt forme in materia.ex se habēt: vnde intellectus fundet in eis significationem per modum partis ⁊ per modum totius. Cum enim significat formam illam in habente seu deferēre:significatur: vt totum ⁊ concretum vt homo.cū autem significat illam non vt in habente seu deferente : sed per se significat in abstracto ⁊ per modū partis:vt humanitas. Essentie autem substantiarum immaterialium:quia dicunt formas non receptas in materia:ideo ex se non habent quod significentur in concreto et in abstracto:vt totum ⁊ pars ⁊c.non enim est ibi deferens nec delatum. Sed quia intellectus noster intelligit res simplices ⁊ altissimas per modū rerum compositarum:ideo vt dicunt Commenta.12.metaphysi.cōmēto.39.⁊ san.Tho.prima parte.q.13.fuit necesse:vt in illis formaret abstractum ⁊ concretum:et intelligeret eas per modum totius et partis.Differentia ergo posita hic est cum additione intelligenda:sic quod essentia substantiarū compositarum ex se habet quod significabilis sit per modum totius ⁊ partis:essentia autem simplicium ex se non habet quod significetur per modum totius ⁊ partis:sed ab intellectu tantum.et ideo diuersitas que inter abstractum ⁊ concretum in substantijs compositis est ex parte rei:⁊ reducitur ad distinctionem que est inter subiectum deferens et formam delatam. Diuersitas autem que est inter abstractum ⁊ concretum in substātijs separatis nō est id Capitulo. 39.⁊ q.13.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ex parte intellectus: vt Com. ibi dicit. Et propter hoc dicit Auicē. q̄ quiditas simplicis est ipsum simplex: ꝛ quiditas compositi non est ipsum compositum.

cap.39. fl.5. meta. ca.5

**Circa** hanc particulam est vnum dubium: an verum sit q̄ in substantijs separatis idem sit quiditas ꝛ id cuius est. 1. natura ꝛ suppositum. Est aūt rō dubitandi: q̄. 8. Tho. in quolib. 2. qō. 2. arti. 2. T.c. 20 7. 21. T.cō. 9 1. qō. 9. arti. 3. libet. 2. q. 2. ar. 2. dicit q̄ cū apud Arist. 7. Meta. ter. Com. 20. 7. 21. in his quibus admiscet aliq̄ accidens: natura ꝛ suppositum distinguantur: ꝛ in intelligentijs aliqua puma aliq̄ accidens sit in omnibus excepta puma. natura ꝛ suppositum distinguuntur siue quiditas ꝛ id cuius est. ¶ Ex alia parte. 3. de anima. Com. 9. dicit in separatis a materia idem est q̄ quid est: ꝛ id cuius est. Et in prima parte. 8. Tho. q. 3. ar. 3. expresse hoc dicit q̄ ꝛ apparet hic autoritate Auicenne.

**Ad intellectum** huius difficultatis est notādum q̄ cuz nomine nature intelligatur id q̄ per diffinitionem significatur: nomine autem suppositi inditiduum habens illam quiditatem ſm triplicem gradum substantiarum in vniuerso tripliciter inuenitur differentia suppositi a natura. ¶ In substantijs siquidem materialibus suppositum differt a natura dupliciter. ſm rem: ꝛ vltra hoc ſm rationem. Differt primo modo intrinsece: q̄ aliquid reale suppositum sibi intrinsecum includit quod non includit natura. ſ. principia indiuiduationis. Si enim sortes diffiniretur: an eius diffinitione poneretur hec materia que non ponitur in diffinitione nature humane. Differt secundo extrinsece: q̄ aliquid reale extrinsecum sibi includit suppositum. ſ. esse actuale existentie: q̄ō non includit natura. existentia enim primo est actus suppositi: cuius est fieri: que tamen caderet in diffinitione sortis si diffiniretur. Differt tertio ſm rationem: vt patet.

In eo. capitulo.

¶ In substantijs autem separatis aliqs a puma suppositum differt a natura duobus modis tantum. ſ. extrinsece ſm rem ꝛ ſm rationem. nichil enim reale intrinsecum sibi includit suppositum in eis quod non includat natura. q̄ non indiuiduatur per aliquod positiuum contrahens naturam specificam: quod sit velut differentia indiuidualis supposito intrinseca sicut est in substantijs materialibus. Sed q̄ in eis (vt patebit) existentia differt realiter a natura que puma (vt dictum est) est actus suppositi: ideo suppositum in eis differt extrinsece a natura. addit enim extrinsece realitatem existentie. Differt secunda ſm rationem: vt patet. ¶ In deo vero glorioso suppositum vno modo tantum differt. ſ. ſm rationem: q̄ nec natura diuina indiuiduatur per additum: nec existentia sua distincta est realiter ab eius essentia: vnde patet q̄ vtraq̄ pars distincta est realiter ab eius essentia: vnde patet q̄ vtraq̄ pars distincta est realiter ab eius essentia. Est aūt rō dubitandi: q̄. 8. Tho. in quodlib. 2. qō. 2. arti. 2. libet. 2. q. 2. ar. 2. dicit q̄ cū apud Arist. 7. Meta. ter. Com. 20. 7. 21. in his quibus admiscet aliq̄ accidens: natura ꝛ suppositum distinguantur: ꝛ in intelligentijs aliqua puma aliq̄ accidens sit in omnibus excepta puma. natura ꝛ suppositum distinguuntur siue quiditas ꝛ id cuius est. ¶ Ex alia parte. 3. de anima. Com. 9. dicit in separatis a materia idem est q̄ quid est: ꝛ id cuius est. Et in prima parte. 8. Tho. q. 3. ar. 3. expresse hoc dicit q̄ ꝛ apparet hic autoritate Auicenne.

**Secunda differentia est. q̄: essentie rerum compositarum ex eo q̄ recipiuntur in materia designata, vel multiplicantur ſm diuisionem eius: contingit q̄ aliqua sint idem specie ꝛ diuersa numero. Sed cum essentia simplicium nō sit recepta in materia non pōt ibi esse talis multiplicatio. Et ideo nō oportet q̄ inueniantur plura indiuidua vnius speciei in illis substantijs. Sed quotquot sunt indiuidua tot sunt species: vt Aui. dicit expresse.**

¶ Hic ponitur tertia differentia in ordine vocata scōa inter eas que oriuntur ex puma: ꝛ dicitur q̄ differunt etiam in hoc essentia substantie composite ꝛ essentia substantie simplicis. q̄ essentia substantie composite est plurificabilis numero in eadem specie sicut essentia humana distinguitur numero in socrate ꝛ platone. Essentia autem substantie simplicis. i. separate a materia: non est plurificabilis in plura indiuidua eiusdem speciei: sed quodlibet indiuiduum constituit vnam speciem ꝛ distinguitur specifice ab alio. Et fundamentum eius est in duabus propositionibus. Quarum prima est. Cum actus sit q̄ō diuidit ꝛ separat. 7. Meta. text. com. 49. omnis diuisio aut est formalis aut quantitatiua: vt Arist. inquit. 3. Metaphy. ter. Com. 11. ꝛ Commentator. primo Phy sicorum. cō. 6.

Ca. 49 T.c. 11. Cō. 6.

¶ Secunda est. forme specifice sunt indiuisibiles formaliter. Ex his enim deducitur q̄ forme specifice que recipiuntur in materia diuiduntur ad diuisionem materie per quātitatem ꝛ sic fiunt multa indiuidua eiusdem speciei. Forma autem specifica non recepta in materia omni diuisione caret ꝛ formali quidem [illegible] eo quod



species specialissima est: quantitatiua autem ex eo quod non est recepta in materia quam sequitur quantitas: ꝛ ideo non possunt esse multa indiuidua in eadem specie: multitudo enim diuisionem sequitur.

**Circa hanc** partem occurrit questio: an quelibet species substantiarum separatarum vnū tantum habeat indiuiduum. In hac questiōe tria sunt facienda. Primo ponēt opinio Scoti cum fundamentis. secundo ponēt veritas peripatetica. tertio respondebitur argumentis in oppositum.

**Quo ad** primum Scotus secundo sentētiarum di. 3. q. 7. opinatur plures esse intelligentias eiusdem speciei talibus medijs. ¶ Primo sic. omnis quiditas quantum est de se est cōicabilis: intelligentia est aliqua quiditas. ergo quiditas intelligentie est de se communicabilis. ergo potest inueniri in pluribus. Maior probatur. q̄ si quiditas omnis non esset cōicabilis: vel communicabilitas repugnaret ei ratione perfectionis quiditatiue aut imperfectionis: non ratione perfectionis: q̄ communicabilitas (ſm fidem catholicam) conuenit quiditati diuine que summe perfecta est. Nec ratione imperfectionis: q̄ communicabilitas conuenit quiditatibus substantiarum cōpositarum: que sunt imperfecte. Cum ergo ratione neutrius repugnet sibi: restat maior vera. ¶ Preterea omnis quiditas intelligibilis sub ratiōe vniuersalis ablēs contradictione est plurificabilis numero: quiditas separata est intelligibilis sub ratione vniuersalis ablēs contradictiōe. ergo est plurificabilis numero. Maior probatur ex eo quod implicat intelligi sub ratione vniuersalis. ꝛ esse de se hoc: est enim vniuersalitas opposita hecceitati: sicut implicat intelligere essentiam diuinam sub ratione vniuersalis. quia est de se hoc.

Scō. 3. di. 3. q. 7. puma.

Secūdō

Tertiō

¶ Preterea. deus potest hūc angelum in hac specie annichilare. isto annichilato deus potest speciem hanc reparare in aliquo alio indiuiduo non in eodem (ſm istam opinionem) q̄. ſm istos homo non posset resurgere idem numero nisi anima intellectiua remanente eadem numero. ergo in eadem specie erūt plura indiuidua saltem successiue. ¶ Preterea. anime intellectiue distinguuntur numero in eadem specie: ꝛ tamen sunt immateriales. ergo ꝛc.

Quarta.

¶ Preterea Aug. in enchiridion. ca. 29. dicit q̄ q̄ tota natura seu species humana ruerat: ideo misertus deus ad eam saluandā venit: non aūt venit ad saluandam naturā angelicam: q̄ tota nō ruit. Ecce q̄ Augu. dicit totam naturā angelicam non lapsam esse per peccatum q̄ō non potest esse verus si tot sunt species quot sunt indiuidua: sic enim multe nature angelice lapse totaliter essent: humana autem tantum vna: cum humana non sit nisi vna.

Quinta

¶ Preterea. Damascenus in elementario. cap. 12. dicit q̄ ſm vnamquāq̄ speciem fecit deus angelos.

Sexta

¶ Preterea. arguit ad idem in quolibet. q. 2. q̄ predicta opinio est damnata Parisius in pluribus articulis. Primus est. si quis dixerit deum non posse multiplicare formas sine materia: error. Secundus. si quis dixerit formam non recipere diuisionem sine materia: error. Tertius. q̄ q̄ intelligētie nō habent materiam deus non possit eiusdem speciei facere plures: error. ¶ Ō si dicatur inquit Anto. rromberta q̄ ista sententia non est damnata vbiq̄ data q̄ Parisius sic sit. ¶ Contra. nam sententia damnata in aliqua vniuersitate famosa vbiq̄ est damnata aut suspecta de heresi non solum autoritate diocesani: sed etiam autoritate domini Pape (vt patet extra de hereticis. capitulo ad abolendam.) Hec de primo.

quolib. 2. q. 2. articulus parisi.

Ad secundū.

**Quo ad** secundum veritas peripatetica ab Arist. Commentatore ꝛ san. Tho. accepta est q̄ quelibet intelligentia constituat vnam speciem: ita q̄ non possint ibi inueniri plura indiuidua eiusdem speciei. Et san. Tho. quidem in questionibus disputatis de spiritualibus creaturis. arti. 8. ꝛ in scō contra Gent. capi. 93. ꝛ in prima parte. q. 50. arti. 4. ꝛ alibi probat hoc multis rationibus: quarum duabus nunc vtendum est. ¶ Prima ex earum immaterialitate sumitur: vnde omni principio distinctiuo numeraliter carent: ꝛ formatur ratio sic. Omnis species habens plura indiuidua habet in se distinctium numerale: intelligentia non habet tale principium distinctiuum. ergo nullus propositionez habes supra immediate ante questionem. Et nota q̄ hec ratio est sumpta ex. 12. Meta. ter. Com. 49. vbi sit hec consequentia. Celum. 1. primum principium est vnum specie ꝛ plura numero. ergo est materiale: vnde expresse datur intelligi quod immaterialitas est sufficiens causa nō plurificationis numeralis. Sed quia Sco. expresse dicit loco prealegato, quod opinio sua est contra Aristote. ideo omittam autoritates. ¶ Secunda ratio san. Tho. est sumpta ex ordine vniuersi fundata super tres propositiones. Quarum prima est: vniuersum habens tres partes, scilicet sobo. 8. Tho. 1. q. 50 ar. 4.



stam generabilium ꝛ corruptibilium: corpora celestia: et substātias immateriales habet pro bono intrinseco ordinē, hec habentur. 12. T.c.52 tex. cō. 52. ¶ Secda propositio est. q̄ ordo est dupler. ſ. per se ꝛ per accidens. Ordo per se inter essentialiter ordinata: vt species que T.c.10. sunt sicut numeri. 8. meta. te. cō. 10. Ordo per accidēs est inter in- T.c.11. diuidua eiusdem speciei: vt dicitur tertio metaphy. tex. cōmen. 11.

¶ Tertia propositio est. q̄ ea pars vniuersi in qua est ordo per se purus est potior: ea in qua est ordo per se admixtus ordini per ac- T.c.52 cidens ex. 12. meta. tex. cō. 52. vbi cōparatur prima pars vniuersi filiisfamilias quibus nihil ordinatum per accidens inest. Superbis propositionibus sundat talis ratio. Id quod caret ordine p accidēs non habet plura indiuidua eiusdē speciei: suprema pars vniuersi caret ordine p accidēs: ergo non habet plura indiuidua eiusdem speciei. maior ex terminis patet. minor licet ex Arist. habeatur loco allegato (qi isti tñ negant Arist. in hac parte sicut et alibi) ratione probatur sic. Non nimus excludit ordinem per accidens suprema pars vniuersi q̄ media pars: cum suprema sit perfectior ꝛ bonitas vniuersi in ordine consistat: ꝛ ordo per accidens sit imperfectum quid ꝛ deficiens ab ordine per se. ergo ordinatum per accidens est inordinatum: eo q̄ per accidens est conditio diminuens ratione ordinis: sed media pars excludit ordinē per accidens vt patet: corpora enim celestia nō habent plura indiuidua eiusdem speciei: nō enim est nisi vnus sol vna luna ꝛc. ergo suprema pars vniuersi a fortiori excludit ordinem per accidens. Hec de secundo.

Scō. 3. di. 3. q. 7. puma.

Scōa.

Tertia

Quarta.

Quinta

Sexta

Ad se- cundū.

**Quo ad** tertium respondetur argumentis Scot. Et ad primum quidē vt terminos theologicos admissca mus: q̄ argumētum theologicum est: dicitur q̄ communicabilitas est triplex. Quedam cū diuisione essentie: sicut vniuersale cōmunicabile est particularibus. Quedā vero ablēs diuisione alicui essentie ꝛ esse per identitatem: sicut essentia diuina cōmunis est tribus suppositis. Quedam per assumptibilitatē ad hypostaticam vnionem: sicut natura humana communicabilis est oībus suppositis diuinis. Si in premissis Sco. assumit communicabile primo modo falsa est maior. patet in essentia diuina. Si secundo modo falsa etiam est maior: nulla enim essentia creata est illo modo communicabilis. Si tertio modo falsa quoq̄ est maior. vt patet de essentia diuina. Si autem accipiatur cōmunicabile neutro illorum modorum: sed pro communicabili in communi non descēdendo determinate ad hoc vel illud communicabile cōcesso toto argumento non concluditur q̄ quidditas angelica sit cōmunicabilis: sicut vniuersale particularibus. Committitur enim fallacia consequentis a superiori ad inferius affirmative. Unde probato adducta nihil contra nos facit. Communicabilitas primo modo repugnat intelligentijs propter earū perfectionē. Cōmunicabilitas secundo modo repugnat intelligentijs propter earū imperfectionē. Cōmunicabilitas tertio modo conuenit eis ex earū imperfectione: q̄ esse distinguitur realiter ab earū essentia. ¶ Ad secundum dicit distinguendo maiorem. Aliquid enim esse intelligibile sub ratione vniuersalis conuenit dupliciter. Uno modo ex parte rei ꝛ intellectus (vt verbis. 8. Tho. vtar.) Alio modo ex parte intellectus tantū. Primo modo maior est vera ꝛ minor falsa. Secundo modo maior est falsa licet minor sit vera: cū enim vniuersalitatis fundamentū ex parte rei sit inuentio illius quidditatis in pluribus indiuiduis simul vel successiue. Fundamentū vero ex parte intellectus sit representatio illius quidditatis nō representatis cōditionibus indiuiduatiōis vt sic. aliud est vniuersale vtroq̄ modo. ſ. ex parte rei ꝛ intellectus: q̄ vtroq̄ fulcit fundamēto: sicut humana essentia est intelligibilis sub ratione vniuersalis ex parte rei: quia ipsa est realiter diuisa ꝛ inuenta in multis: et ex parte intellectus: quia representatur ablēs hic ꝛ nunc. Illud autem est vniuersale ex parte intellectus tantum, quod altero tantum fulcitur fundamento scilicet representatione ꝛc. ita quod eius vniuersalitas ex hoc solo habetur quod obiectiue in intellectu ponitur: cui obiicitur res secundum conditiones quidditatiuas non indiuiduales vt sic: ꝛ hoc modo quidditas intelligentie est vniuersalis. Licet enim indiuiduale ꝛ specificum esse ibi idem habeat principium: quia tamen representatur vt talis res non vt hoc: quia nō representatur secundum q̄ in se est: sed secundum modum rerum compositarum: in quibus aliud est natura ꝛ aliud est indiuiduum illius nature: ideo est vniuersalis vt obiecta est tantum. Et hoc eodem modo est predicabilis quidditas intelligentie de pluribus licet nec actu nec aptitudine: ſz vt obiecta est intellectui: vt ab Auicē. habes. 5. metaphy. quinimo ipsa quidditas diuina hoc modo communis ꝛ vniuersalis secundum rationem est, vnde et

Tertiō

Quarta.

Quinta

Sexta

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad sextum.

Ad septimū. De articulis Parisiensib⁹.

Reuocati sūt articuli parisiēses, vt tangūt doctri. s. Th. Uide de istis articulis capitulū. 2. di stin. 2. q. 2. ad s. cōtra primas conclusiones.

numerum pluralem apud grammaticos habet. ¶ Ad probationem autem maioris sic negatē patet responsio: cum enim dicitur q̄ implicat quidditatem esse de se hanc ꝛ vniuersalem et predicabilem de pluribus: hoc est verum accipiendo vniuersale ex parte rei ꝛ similiter predicabile. Uniuersale enim secundum rationem tantum est vnum in multis: ꝛ de multis vt obiectum est tantum. Uniuersale autem ex parte rei est in multis secundum rem: licet vnitatem habeat vt obiectus est. Hec si vis plene intelligere memento eorum que dicta sunt in. q. de vniuersalibus. ¶ Ad tertiū dicitur quod in casu illo repararetur necessario idem numero angelus: ex eodem enim gabriel est hic ꝛ gabriel. Nec est verum q̄ apud nos deus non possit idem numero reparare: licet dicamus quod si in resurrectione non resumeretur eadem anima numero que non annichilata esse debet: si resurrectionis ratio saluanda est: non esset idem homo numero cum quo stat idem numero posse reparari a deo. ¶ Ad quartum dicitur quod non est simile de intelligentijs ꝛ animabus intellectiuis quo ad hoc: quia anime sunt partes speciei corporibus vnibiles: non autem intelligentie: sed de his infra erit amplior sermo. ¶ Ad quintum respōdet san. Tho. quod natura humana ꝛ angelica possunt dupliciter accipi. Uno modo secundum esse nature: ꝛ sic natura humana est vna: angelica vero plures. Alio modo accipiuntur secūdum esse vie. ſ. vt viatrices ad beatitudinem supernaturalem: ꝛ sic sicut natura humana est vna: ita tota latitudo angelicorum specierum est vna natura: eo quod sicut omnes homines vno modo tendūt ad patriam. scilicet per liberum arbitrium flexibile remediabiliter: sic omnes angeli vno modo tendūt ad beatitudinem. scilicet per liberum arbitrium flexibile irremediabiliter. semel enim flexum reuertī amplius non potest. appiehendunt enim immobiliter. Et propterea Augu. vt theologus loquens ad quem pertinet consideratio de homine ꝛ angelis in esse vie ꝛ patrie vocauit omnes angelos vnius nature. ¶ Ad sextum dicit quod Wam. fonte opinionem illorum quos in hoc non sequimur imitans dixit illa verba. Uel per speciem intellexit speciem subalternam non specialissimam: ꝛ hoc mihi placet magis: cum non constet ipsum contrarie opinionis esse: ꝛ tunc large speciei nomen accipiendum est: si veritatem habere debet. ¶ Ad septimum dicitur primo: quod argumentum procedit ex malo intellectu articulorum Parisiensium. illi enim sunt contra Auerroystas: qui animam intellectiuam non multiplicabilem numero dicunt: quia est forma immaterialis. vnde sensus primi articuli est. si quis dixerit deum non posse multiplicare formas sine materia idest sine dependentia a materia: error. Similiter secundi. si quis dixerit formas non recipere diuisionem sine materia idest sine dependentia a materia: error. Similiter tertij quod quia intelligentie non habent materiam: deus non posset eiusdem speciei facere plures: error. non habent materiam idest dependentiam a materia vel non posset idest ex impotentia dei procederet. ¶ Uel dicatur secundo quod articuli Parisienses inquantum tangunt vel tangere videntur doctrinam sanc. Tho. reuocati sunt per dominum Stephanum episcopum Parisiensem apud Bertillacum anno domini. 1325. die Iouis ante sacras cineres: vt patet in literis que incipiunt. Magistra rerum experientia certis indicēs euidenter demonstrat. ¶ Dicitur tertio quod cum sanctissimus Urbanus Papa doctrinam sancti Tho. approbauerit in extrauaganti que incipit (Laudabilis deus in sanctis suis et in sui mirabilitate mirabilis.) mirum est quomodo isti audeant contra romane ecclesie approbationē reducere articulos Parisienses. Sunt autem verba domini Pape in calce extrauagantis ad vniuersitatem Tholosanam: ista Uolumus insuper et tenore presentium vobis iniungimus vt dicti beati Thome doctrinam tanquam veridicam et catholicam secteminī eamq̄ studeatis totis viribus ampliare. Datum apud Montem Flasconem ꝛc. Hec verba attendant aduersarij: ꝛ videant quanta temeritate contra mandatum summi Pontificis catholicam sancti Thome doctrinam impugnare nituntur.

Cap. 1.

¶ Huiusmodi ergo substantie quamuis sint forme sine materia: non tamen in eis est omnimoda simplicitas nec sunt actus puri sed habent permixtionem potentie: ꝛ hoc sic patet. Quicquid enim non est de intellectu essentie vel quidditatis hoc est aduenies extra: et faciens compositionem cum essentia, quia nulla essentia sine his que sunt partes essentie intelligi potest. Omnis autem essentia vel

Universidad de Deusto
Biblioteca



quiditas intelligi potest sine hoc q̄ aliquid intelligatur de esse suo facto. ¶Possuz enim intelligere quid est homo vel fenix: z tñ ignorare an esse habeant in rerum natura: ergo patet q̄ esse est aliud ab essentia vel quiditate.

Respondetur argumentis in oppositum. Et ad primum dicitur premittēdo q̄ arguens non vidit sancti Thomam in fonte: vt enim apparet ex secundo contra gentiles: vbi ex intentione septem rationibus fundat suam opinionem seu positionem: ratio assumpta ab arguente non nominatur inter illas: vnde peccauit imponendo nobis hoc esse totum fundamētum positionis nostre: licet illa ratio ex dictis sancti Thome primo sententiarum: distinctione octaua questione quarta articulo secundo elici possit (vbi tamen de hac re non tractat) et est formanda sic ratio [illegible] particulariter sumpta est indifferens ad esse et non esse: ergo distinguitur realiter a suo esse. Hec valet responsio sua dicens: quod in antecedente oportet addere quod essentia habeat propriā realitatem aliam a realitate existentie (quod hoc est voluntarium.) Distinctio enim realis est inter materiam et formam: quas philosophi non dubitant habere eandem realitatem existentie: cum eis ponant vnum per se fieri. ¶ Ad argumentum ergo contra hanc rationem factum dicitur quod falsum est: quod esse sit indifferens ad esse et non esse et essentia ad essentiam et non essentiam: nihil enim est indifferens ad aliqua duo: quorum alterum sibi determinat in sua diffinitione: constat autem quod esse est de intellectu esse: et essentia de intellectu essentie. Quod autem esse rose in hyeme non sit sed in vere: hoc ideo est: quia essentia rose cui semper sua predicata quidditatiua adsunt ad actum essendi non peruenit: et non ideo quia ipsum esse sit indifferens. Cum autem addit quod essentia est indifferens ad essentiam et non essentiam: quia non est ab eterno: non videtur intelligere vocem propriam. Ex negatione enim actus essendi ab eterno bene sequitur quod rosa sit indifferens ad esse et non esse: sed non quod sit indifferens ad rosam et non rosam: vt enim dicunt Alpharabius, Auicenna, Algazel. et Albertus: siue rosa sit: siue non sit: semper est rosa et semper est substantia corporea ⁊c. (si aliquo termino mensure in his vti licet.) ¶ Ad secundum negatur vtraq̄ premissa: et maior quidem supposita ostensa est esse falsa: minor vero ostenditur in Christo: in quo humanitas absq̄ creata existentia actuali est. ¶ Ad tertium negatur maior ad intellectum arguentis: non enim requiritur ad distinctionem realem quod vtrumq̄ eorum habeat propriam existentiam. ¶ Ad quartum dicitur, quod sicut esse est duplex: scilicet existentie et essentie: ita duplex est realitas essentie et existentie: et licet nulla res componat cum sua realitate essentie: tamen cum hoc stat, quod componat cum realitate existentie: vnde essentia hominis absolute in rea li predicamento, substantie scilicet reponitur: posita autem in rerum natura fit realis realitate existentie. ¶ Ad quintum dicitur eodem modo: quia etiam verum convertitur cum ente ⁊ res: vnde simpliciter homo dupl̄ est verus: scz veritate essentie: ⁊ existentie, homo verus veritate essentie nō cōponit cum tali veritate que nihil aliud est q̄ fundamentalis cōformitas ad sua predicata quidditative: componit autem cum sua veritate existente: id est cū esse quod fundat hanc veritatem: homo est similiter dicitur de affirmatione. ¶ Ad sextū negatur antecedēs: cuius probationis vtrūq̄ assumptum est falsum. Tum enim quot modis vnum oppositorum dicitur, tot dicatur ⁊ reliquum (in primo topicorum) sicut ens dupliciter dicitur: scilicet ens quidditatiuum ⁊ existentie: ita non ens seu nihil dicitur dupliciter: scilicet nihil q̄ditatiue ⁊ nihil existenter: homo em̄ absolute sumptus cum sit in predicamento substantie est ens quidditatiue: non tamen extra nihil oppositū actuali existentie: ⁊ ideo aliud est nihil oppositum enti predicamentali seu essentie: et aliud quod opponitur existentie actuali ⁊c. similiter alia est negatio essentie: ⁊ alia est negatio existētie. ¶ Ad septimum negatur consequentia: non enim idem est dicere homo in potentia componit cum homine in actu: et essentia cōponit cum existentia, puma enim est falsa: quia idem non componit cum seipso: secunda autem est vera: quia extrema realiter distinguuntur: vnde non est eadem proportio existentie ad essentiam: et hominis in actu ad hominem in potentia. Inter puma enim est proportio potentie receptiue ad actum: et distinctio realis vtrorūq̄ extremo posito extra causas suas: inter secunda vero non: sed est proportio eiusdem ad seipsum secundum diuersas sui dispositiones simul incompossibiles scilicet esse in potentia et esse in actu.

Ad octauum negatur antecedens: existentia enim substantie est substantia: et existentia accidentis est accidens (⁊ vt supra patet) existentia substantie non est materia nec forma nec compositum: sed actualitas omnium eorum: et sic est reductiue in genere substantie. ¶ Sed contra hoc instat arguēs sic: omne quod est reductiue in genere reponit (principium ipsius: sed esse nō est principium substātie: ergo nō est in genere substātie reductiue. ¶ Ad hoc dicit q̄ cum esse sit vltima actualitas rei: ⁊ vltimū in generatione sit primum in intentione: esse erit in genere substantie vt principium formale vltimatum ipsius substantie: per hoc enim res reponitur in gen. e substātie: q̄ est capax esse substantialis: et sic differentie in omnibus generibus (vt infra declarabitur) sumuntur ab ordine ad ipsum esse. ¶ Ad nonum negatur consequentia. Ad cuius probationem dicit: q̄ primum suppositum male intellectum adducitur. Dicit q̄ Arist. vij. metaphysice, textu cōment. xv. quē ar-

Ad secundū.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum. Cap. 12

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octauū. in hoc de cap

Cap. 6. p. 1.

Ad nonum. T.c. 11.



In hoc eodem capito.

guens adducu non dicit q̄ ex per se potentia ⁊ per se actu resultet vnum tertium: sed q̄ ideo res habens partes est vna: q̄ altera est actus: altera vero potentia: ⁊ intelligendum est (sicut supra declaratum fuit) si ad compositionem realem referatur. f. q̄ altera pars est pura potentia: eo q̄ ex duobus actibus non fit tertium per se vnum: modo quidditas rei ⁊ existentia eius non se habēt sicut pura potētia ⁊ actus: nec sunt partes vt patet, vnde autoritas illa nō est ad propositū. Relinquitur ergo falsum esse q̄ ex esse ⁊ essentia fiat tertium per se vnum: ⁊ consequēter probatio consequētie quo ad primam partem nihil valet: quia non sunt ibi duo composita. ¶ Ad probationem vero consequentie quo ad secūdam partem dicitur q̄ non inconuenit generationē habere duos terminos formales diffomiter, vnum primo: alterum secundario. terminus formalis generationis primus est forma: secundarius autem esse, sicut per oppositum creatiōis terminus formalis primo est esse: secundarius vero forma. et hoc modo conceduntur argumenta.

¶ Quod si mīdat probare q̄ esse sit terminus generationis primo, respōdetur ⁊ dicitur q̄ id quod assumit scilicet eo modo quo aliquid est ratio essendi est ratio generandi: falsum est: licet enim sit verum q̄ id quod est ratio essendi sit ratio rei q̄ generetur: non tamen est verum q̄ eo modo quo est ratio essendi sit ratio generādi. ⁊ ratio est: quia res per generationē non exit de non esse omnino ad esse: sed de priuatione ad formā, vt dicitur. j. physicorū. creationis enim est proprium vt res transferat de non esse omnino ad esse: quo fit vt esse quod est primo ratio essendi: merito sit ⁊ primo ratio prime productionis que est creatio, ⁊ forma que est secūdario ratio essendi: sit prima ratio secunde productionis: generationis scilicet vnde ⁊ primo physicorum principia generationis ponuntur forma ⁊ priuatio. ¶ Per idem patet ad aliam formā, eiusdem ratiōis. falla enim est maior, alius namq̄ est modus quo res generatur: ⁊ alius quo est, est enim per formam secundario, per se autem primo: generatur vero econuerso. ¶ Ad decimum patet responsio ex dictis. falsum enim est antecedens.

T.c. 66 n. 1.

Ad decimum

## Circa secundum

Dubium sciendum est communem philosophorum sententiā esse intelligentias alias a prima non esse actus omnino puros: sed admixtionem in se potentie habentes. verūz diuersitas inter eos magna est de modo quo hec duo actus scilicet ⁊ potentia eis insunt. ¶ Et vt reliquos omittamus: ne limites intentionis nostre egrediamur: Sco. in primo sententiarum, distinctio. 8. q. secunda, opinatur omnem creaturam esse compositam ex actu ⁊ potentia hoc modo quia quelibet creatura cum non sit nihil: oportet quod habeat aliquam actualitatem. ⁊ cum sit definita ad tale genus vel speciem seu gradum perfectionis: oportet quod habeat in se negationem alterius perfectionis possibilis reperiri in latitudine entis: ⁊ sic sit possibilis, quicquid enim est ens ⁊ caret aliqua perfectione in ente possibili est simpliciter possibile. ⁊ sic quelibet res est composita ex actu ⁊ potentia obiectiua: ex eo enim quod est habet in se actum: ex eo vero quod est ens possibile habet in se potentiam: possibile namq̄ a potentia dicitur. Cum autem solus deus sit actus non possibilis. f. nō potens terminare actionem alicuius agentis sui factiui: intelligentie apud ipsum erunt composite ex actu ⁊ potentia obiectiua tantum: quia nullam in earum substantia receptiuam formam ponit.

Ly. intelligētie sint cōposite ex actu ⁊ potentia. sco. i. d. 8. q̄. 3. e. unda.

## Sanctus Thomas

Autem ex fundamentis in dubitatione precedenti positis opinatur intelligentias ⁊ quamlibet creaturam esse cōpositas ex actu et potentia: sicut ex duabus rebus distinctis realiter: esse scilicet et essentia, nec oportet repetere probationes: sed soluere rationem Sco. quam ibidem facit contra hoc. Arguit enim sic: si in qualibet creatura est compositio ex duabus rebus accipio alteram illarum rerum componentium: et quero an sit simplex: an compositum. Si simplex: ergo non quelibet res creata est composita. Si compositum, iterum queretur de partibus eius: ⁊ sic in infinitum.

Ly. 3. sco. dist. 8.

¶ Ad hoc facillime respondetur, proc: nec enim argumentum ex malo intellectum positionis nostre, cui: namq̄ dicitur q̄ quodlibet aliud a deo est compositum (ly quodlibet) distribuit non nisi pro his que vere sunt ⁊ propie esse habent: que apud Arist. et veritatem sunt sola substantia, omne ergo suppositum tam substātiale q̄ accidentale (si sic loqui licet) est compositum ex actu ⁊ potentia realiter distinctis: quidditate scilicet ⁊ esse, sc: tis enim q̄ditas vt declarauimus distinguitur realiter a suo esse: ⁊ huius albedo distinguitur realiter a sua propria existentia: vt ex dictis patere potest. Non enim sumus adeo insensati vt dicamus omnes

Videtur.

Septimo metaphysice. t. c. 27. i. j. pec. c.

¶ Et quia in intelligentijs ponitur potentia ⁊ actus: non erit difficile inuenire multitudinem intelligētiarum: quod esset impossibile: si nulla potentia in eis esset. Unde dicit Commen. in tertio de anima, quod si natura intellectus possibilis esset ignorata non possemus inuenire multitudinem in substantijs separatis. est ergo distinctio earum adinuicem secundum gradum potentie et actus: ita quod intelligentia superior: que plus propinqua est primo habet plus de actu et minus de potentia: et sic de alijs, et hoc completur in anima humana: que tenet vltimum gradum in intellectualibus substantijs. vnde intellectus potentialis eius se habet ad formas intelligibiles sicut materia prima: que tenet vltimum gradum in esse sensibili ad formas sensibiles, vt Commentator tertio de anima dicit: et ideo Philosophus comparat eam tabule rase: in qua nihil est depictum. Et propter hoc: quia inter alias substantias intelligibiles plus habet de potentia: ideo efficitur intantum propinqua rebus materialibus vt res materialis trahatur ad participandum esse suum: ita q̄ ex anima et corpore resultat vnum esse in vno cōposito: q̄uis illud esse prius est anime: non sit dependens a corpore: et ideo post istam formam que est anima: inueniuntur alie forme plus de potentia habentes ⁊ magis propinque materie: intantum q̄ esse earum sine materia nō est: in quibus etiam inuenitur ordo et gradus vsq̄ ad primas formas elementorum: que sunt propinquissime materie: vnde nec aliquam operationem habent nisi secundum exigentiam qualitatum actuarum et passiuarum et aliorum: quibus materia ad formam disponitur.

c. magistro car ca si. Ca. 5.

Tertio de aia. T.c. 14.

¶ In hac sexta ⁊ vltima parte huius capituli de multitudine intelligentiarū agens primo, proponit duas cōclusiones. ¶ Quarū prima est: q̄ sm̄ fundamenta predicta nō est difficile inuenire pluralitatem intelligentiarum. ¶ Secunda est: q̄ absq̄ talibus fundamētis impossibile est inuenire in eis pluralitatem: et hoc quidem non nisi autoritate Commen. iij. de anima. commen. xiiij. Probatio vero prime conclusionis est: quia quādocūq̄ est aliquod medium per participationem vtriusq̄ extremi plurificatur penes maiorē participationem vnius ⁊ minorē alterius. verbi gratia, imponāt nomē coloris medius ⁊ vocent. a. tunc. a. quia est inter albedinē ⁊ nigredinem mediū per participationē multiplicatur in plures species: puta palliū: croceū: citrinum: propter maiorem appropinquationem ad albedinē ⁊ recessum a nigredine: ⁊ ecōuerso. sed intelligētia est quid mediū sm̄ prehabita inter duo extrema. f. actum purum ⁊ puram potentiā: participās naturā vtriusq̄: q̄ habet actum coniunctum potentie: ergo intelligētias plures esse ex hoc fundamēto facile perpendi potest. f. ex eo q̄ sunt composite ex actu ⁊ potentia.

## Ad horum

Euidentiam est sciendum q̄ in latitudine entis sunt duo extrema scz deus gloriosus actus purus omnino: ⁊ materia prima pura potētia omnino: reliqua omnia sunt intermedia: vtpote habentia actū ⁊ potentiā: ⁊ attenditur eorū essentialis seu specifica multitudo penes appropinquationem ⁊ elōgationem ab extremis: quia enim aliquid magis sapit: amat actum q̄ aliud: ⁊ illud q̄ aliud: ideo plura sunt et dignitas in eis est penes maiorem appropinquationem ad extremum nobile. f. actum purū: quanto em̄ res est actualior ⁊ min⁹ potentialis: tanto nobilior: dcō igitur forme intermedie precipāt actū ⁊ potentiā. Sz inter eas quedā sūt actualitatis fortis sunt: vt adeo propinque sint actui puro: quod per se absq̄ materia subsistat: t. vtpote ab ea valde elongate: non tamen sine admixtione potēs

Universidad de Deusto
Biblioteca



tie:cui⁹ puritas est ratio materie quod sit extremum:et inter has tanta latitudo est secundum maiorem et minorem participationē actus et potentie:vt vltima earum tantum potentialitatis habeat quod materiam informet (anima:scilicet intellectiua.) hec enim inter omnes formas subsistentes elongata est maxime ab actu puro propter quod contingit quod adeo appropinquat alteri extremo: vt materiam ipsam recipiat:et ad eius esse trahatur. Alle autem forme tanum potentialitatis habent:q̄ a materia dependent in esse et fieri:inter quas etiam magna latitudo inuenitur: dū quedam quibusdam actualiores sunt. ¶Quod ex operibus cognoscere potes(operatio enim fecit cognoscere formam) vnde forme elementorum que sunt maxime potentiam habentes: vtpote materie propinquissime nullius sunt principia operationis nisi per materiales qualitates: scilicet caliditatem: frigiditatem. Forme vero mixtorum vtpote elevationes a materia alium modo operantur: sicut adamas trahit ferrum non ratione caliditatis aut frigiditatis: sed ex nature proprietate. Forme autem animalium longe actualiores dignoscuntur: cum seipsa mouere et alia discernere intuemur.

**Ex his** Non solum percipitur q̄ facilis sit aditus ad pluralitatem intelligētiarum cognoscendam: sed etiā quod impossibile est fugere illam absq̄ hoc fundamento. Quomodo enim latitudo potest inueniri in eo quod actu ⁊ potentia carete? Commune est nar q̄ omnibus extremis: si extrema sint: latitudinem in seipsis nō cōpatur: essent enim vltima et nō vltima: vt de se patet: et ideo oportet media esse: illa in quibus latitudo queritur que vtriusq̄ extremi naturam sapiant. Et quia intellectualem naturam: quam ex hoc q̄ intellectualis est: scimus actualitatem habere: non cognosceremus habere potentiam admittam nisi videremus animam nostram illam habere: cum potentia equiuoce dicatur de potentia rerum intellectualium: et de potentiarum sensibilium: ⁊ sine potentia non potest intelligi multitudo substantiarum intellectualium: ideo Commentator ait: q̄ si non esset nota natura intellectus possibilis: non possemus intelligere pluralitatem in substantijs abstractis.

**Notanda** Sunt in hac litera tria. ¶Primum est hoc quod ex dictis Commentatoris adducitur q̄ si non esset nota natura intellectus possibilis non possemus scire pluralitatem in substantijs immaterialibus. ¶Secundum est: q̄ sanctus Thomas non dicit animam intellectiuam esse adeo potentie participem: vt forma materialis sit: sed vt materia trahatur ad participandum esse ipsius anime. ¶Tertiū est: quia dicit animę ⁊ corporis esse vnū ⁊ idē esse: quod est vndependens a corpore, me ⁊ corporis esse vnū ⁊ idē esse: quod est independens a corpore.

Tertio de ala c.5.fi.

**Primo** Dicto videtur obuiare, pcessus Aristot. xij. metaphysice: textu commen. xliij. vbi ex pluralitate motuum pluralitatem intelligentiarum concludit: ⁊ nullo modo meminit actus ⁊ potentie. ¶Sed hoc recte intelligentibus non obstat. Aliud est enim concludere numerum motuum: et aliud est concludere pluralitatem substantiarum intellectualium: licet esti idem subjecto sint motores orbium: ⁊ substantie immateriales: differunt tamen ratione: adeo vt ad diuersas scientias pertinet secūdum Commentatorem. xij. metaphy. com. vj. ⁊ ideo ex pluralitate motuum quamuis pluralitas motorum vt sic concludi possit: nonstamen pluralitas substantiarum intellectualium vt sic. Intendunt igitur Auerroes et sanctus Tho. q̄ intelligentiarum inquantum intelligentie sunt multitudo non nisi per notam naturam intellectus possibilis discernitur a nobis: licet earum inquātum motrices sunt orbium ex suorum effectuū numero pluralitas inferatur. ¶Vel dicito q̄ venatio illa suppositā notitia habita in libro de anima: vbi radicaliter innotuit pluralitas substantiarum intellectualium possibilis querit ex numero motuum quot sunt. Sz autem ibi supponatur motores propios orbium habere potentiam admixtam: potest persuaderi ex eo quod supponitur ibi scilicet motores propios orbium esse proportionatos suis orbibus: ita vt vnus vnum tantum moueat orbem. Et si stella adderetur vel non moueret vel tardius: vt dicitur secundo celi. textu comment. lxxj. Talis enim proportionis seu commensurationis cum alterum extremum sit res materialis: scilicet orbis: reliquū extremum a potentia omnino denudarum putandum non est: amb a sano intellectu non est intelligibile.

L. cō. 43.

Cō. 6.

L.c.71.

**Propter** Secundum intelligendum est inueniri duplicem rerum ordinem in vniuerso: intelligibilium: scilicet et sensibilium. Ordo sensibilium materialis est: materiam sibi necessario vendicans: omnes enim substantie sensibiles materiam habent licet diuersimode: vt dicitur. viij. metaphysice, ter. commen. iij. et. xij. Ordo intelligibilium immaterialis est et a materia non dependens. Intelligibile enim est vnumquodq̄ per separationem a materia: vt dicitur. iij. de anima. text. comment. xj. Cum ergo materia sit sub aliqua forma sensibilis ordinis: cuius modi est omnis forma habens omnes vires suas sensibilibus organis affixas: non egreditur limites proprios: ipsa enim ad illud genꝰ pertinet. Cum vero sit sub forma intelligibilis ordinis: extra limites suos ascēdit: et trahi dicitur ad id quod capacitatem eius transcendit: scilicet esse rei a se non dependentis: et quia supremū infimi attingit infimum supremi secūdum doctrinam Dionysij in libro de celesti hierar. cap. ideo supremum inter sensibilia: homo scilicet seu materia eius contingitur infime forme intelligibilis ordinis: scilicet anime intellectiue: et eius esse participat: ⁊ propter hoc dicitur quod materia trahitur ad esse eius: eleuatur enim materia ad superius.

T.c 7.c 12.t.14 T.c. 11.

**Ad euidentiam** Tertij adducēde sunt rationes sancti Thome: vt magis veritas elucescat. Scot. in quolib. quest. ix. ar. iij. senten. distinc. xliij. quest. prima. sex motiua contra hoc facit: quorum aliqua recitantur ab Antonio Trombeta in quest. vtrum corruptum per potentiam diuinam possit idem numero redire: in qua tam ipse q̄ Sco. vbi supra sanct. Tho. opinionem non suam attribuunt de eo quod ibi querit: et hoc quia locuti sunt non tota lege perspecta: et iuxta Aristot. ad pauca respicientes de facili enunciant. ¶Arguit ergo primo in proposito sic: esse anime et hominis est idem: ergo anima coniuncta corpori non est perfectio: ex ipsa extra corpus: consequens est contra sanctum Thomam primaparte quest. lxxxix. vbi dicit: animam habere perfectionem statum in corpore q̄ extra: consequentia autem probatur: quia nihil habens idem esse: ex hoc solo est perfectius quod aliquid communicat alteri: licet alterum perficiatur ex hoc: communicare enim licet supponat perfectionem in communicante: non tamen dat illam ei: modo anima in corpore si semper retinet idem esse: nihil in corpore plus habet: nisi quod communicat esse suum corpori: ergo ex hoc non est perfectio: seipsa separata. ¶Et confirmatur: quia ex hoc solo quod causa non communicat aliquid nullam imperfectionem acquirit: ergo anima non est imperfectio: separata: si idem esse retinet: nihil enim amittit nisi sui communicationem corpori. ¶Preterea: anima habet idem esse cum homine: ergo homo non est perfectio: in essendo ipsa anima in essendo. Antecedens est falsum: consequentia vero probatur: quia quecumq̄ habent omnino idem esse sunt eque perfecta in essendo vel saltem id cui communicatur illud esse non est perfectius in essendo communicante. ¶Preterea. Homo vt homo est tertium ens realiter distinctum ab vtraq̄ sui parte: scilicet anima et corpore: ergo habet proprium esse aliquid ab esse partium: et consequenter non est idem esse anime et hominis. Tenet consequentia: quia distinctum ens debet habere distinctum esse. ¶Preterea: esse hominis in morte corumpitur: esse autem anime non corumpitur: ergo esse anime et hominis non sunt idem: consequentia plana est: et antecedens probatur: quia sicut generatio terminatur ad esse compositi: scilicet hominis: ita corruptio ad non esse ipsius. ¶Preterea. Homo post mortem non manet: ergo nec esse eius. Tunc vltra: esse hominis non manet post mortem: ergo esse anime et hominis non est idem: cum esse anime remaneat: procesus totus clarus est: excepta prima consequentia: que probatur: ex eo quod nullius actuale esse inuenitur: cum illud cuius est non inuenitur. ¶Preterea. In homine est alia forma preter animam: ergo in eo est aliud esse preter esse anime: consequentia est nota: quelibet forma habet proprium esse: antecedens vero alias probatum est.

v.cē ale. sit etiā ipse cor pons scot. qu. q.9. 4. d.44.q. prima.

Primo

Secūdo

Tertio

Quarto.

Quinto.

Sexto.

**Antecp̄ ad argumenta** Hec respōdeatur aduertas primo fundamentum sanc. Tho. vniuersaliter esse: in omni composito non inueniri nisi vnum esse substantiale actualis existentie: de quo nunc dicemo est: eo q̄ vnam tantum formam substantialem in composito tenet: ab vna enim forma non est nisi vnum esse substātiale. ¶Sz inter esse hominis ⁊ esse aliorum hec diuersitas est: quod licet tam esse hominis quam aliorum sit primo actus suppositi (vt quod) in homine: tamen totum compositum mendicat illud esse a forma: cuius est primo actus vt proprij et completi principij: in alijs vero compositio forma mendicat illud a composito. Et est ratio disparitatis: quia in solo homine qui supremum tenet locum inter sensibilia: ordo inferiorum sensibilis: scilicet trahitur ad ordinem superiorem intelligibilem et immaterialem. Unde esse hominis cum anima intellectiua fluat: immateriale et altioris ordinis q̄ homo est: sicut ⁊ ipsa anima: ⁊ ideo homo mēdicat illud ab anima cui est proprium: ⁊ note ad suum pertinens genus: et inde est quod post mortem hominis anima remanet: esse etenim proprium independens erat a composito corrupto: ⁊ sic illud retrahendo ad se subsistit. Ceterorum vero esse cum sint eiusdem ordinis cum compositis quibus attribuuntur: sicut ⁊ forme a quibus fluunt: forme ipse mendicant a compositis sicut ⁊ fieri ita quod tandiu illo gaudent quandiu in cōpositis sunt. vnde corruptis cō positis ipse (cū sine existentia remanere nō possint) desinūt fiatim.

Ter hominē et alia cō posita mate rialia.

Oppositū mō do ordo ens simpliciter et ordo ens secundum quid.

**Aduerte** Secūdo pro solutione argumentorum tres propositiones. ¶Prima est: q̄ cū dupler sit perfectio rei: prima. s. ⁊ secunda: res creata potens causare: etsi non efficiatur perfectio ꝑm defectionem primam: ex hoc quod actu causat: efficitur tamen perfectio: ꝑm perfectionem secundā. patet hoc ex tribus. Primo ex eo quod est magis in actu res actu causans re in potentia causante: operatio enim est actus secundus cause, perfectio autem actualitatem sequitur sicut imperfectio potentia litatem. Secundo patet ex eo quod vnumquodq̄ est perfectius coniunctum suo fini q̄ separatum ab illo: res autem actu operās coniuncta est suo fini intraneo: qui est operatio: iuxta illud secundi de celo et mūdo. tex. commē. 17. vnumquodq̄ est propter suam operationem. Tertio patet idem quod vnumquodq̄ quanto est similius deo, tanto perfectius est: res autem actu causans est similior deo quam non actu causans: quia non solum assimilatur deo secundum hoc quod est: sed etiam secundum hoc quod est cōmunicare se alijs.

L.cō.17.

Libro de hebdomadibus. 3. q̄s. 5. artic. 1. primi. 3.q.6.artic.3.c. triplex Plectio rei.

¶Secunda propositio est: res est perfecta simpliciter non propter perfectionem primam: sed propter vltimam hoc traditur a Boetio in libro de hebdomadibus dicēte: intueor in rebus aliud esse q̄s sunt. ⁊ aliud esse quod bona sunt: ⁊ declaratur a. s. Tho. prima parte. q. quinta. artī. primo ad primum.

**Ad cuius** Intellectum nota q̄ vt idem dicit prima parte. q. 6. ar. tertio triplex est perfectio rei. s. prima ꝑm quam res constituitur in suo esse sicut prima perfectio hominis est esse suum substantiale. ¶Secunda vero est ꝑm quam est potens proxime ad suas perfectas operationes: sicut vires anime ⁊ habitus eas informantes: quibus homo in pfectā operationem potest exire. ¶Tertia autem perfectio est secundum quam contingitur suo fini: sicut speculatio que hominem substantijs separatis vnit. Manifestum est autem non esse hominem simpliciter perfectum: qui sola nature bonitate gaudet: aut qui a proprio fine procul est, vnde ordo entis simpliciter ad ens secundum quid oppositus est ordini perfecti simpliciter ad perfectum secundum quid: secundum namq̄ esse substantiale homo ens simpliciter dicitur, perfectus autem ꝑm quid, ideo enim qui nullam aliam perfectionem habet: nisi quia est homo perfectus non asseritur simpliciter: sed cum additione dicimus q̄ est perfectus secundum esse substantiale. Secundum vero esse accidētale quale est habituum ⁊ operationum: ens secundum quid homo dicitur: perfectus autem simpliciter: nihil enim tunc sibi deficit eorum que ad perficiendum hominem exiguntur. Patet ergo intenta propositio: q̄ scilicet res est perfecta simpliciter ex vltima perfectione. ¶Tertia propositio est ista: realis pars essentie perfectio est in toto existens q̄ separata: et declaratur sic: vnumquodq̄ est perfectus cum est in complemento sui esse specifici q̄ cum deficit ab illo: pars autem essentialis quando est in toto: est in complemento sue speciei: ad cuius integritatem essentialiter ordinatur: cum autem est separata ab eo: tam cum esse completo speciei non est natura specifica materiam et formam aggregante: perfectio igitur est in toto pars essentialis q̄ separata. ¶Ex quibus ad propositum descendendo dicimus perfectionem statum habere animam intellectiuam in composito q̄ extra: eo quod quando est coniuncta corpori. habet non solum perfectionem primam que est esse: sed etiam perfectionem secundam influendo viribus suas corpori et communicando sexti sic similior est deo q̄ separata: licet deus omnino immaterialis et incomponibilis sit: sicut cor motum similius est deo q̄ non motum: licet deus sit omnino immobilis: perfectio enim eorum consistit in hoc. ¶Est preterea perfectior in corpore: quia in eo habet completum esse specificū, quod nō nisi partialiter obtinet separata: quamuis enim integrum esse existēte remaneat separata quod in composito habebat: non tamen habet tūc integrum esse essentie complerum in specie eo modo quo nata est habere: scilicet vt pars in toto: ad quod tamen habendum non ac-



cidentaliter sed essentialiter ordinatur: vnde falsum est animam separatam retinentem idem esse actualis existētie: nihil nisi sui communicationem ex separatione perdidisse: amisit enim esse quoddam tatiui specifici integritatem quandoquidem in sua specie integra non manet: vnde ⁊ beatus Tho. in questionibus de anima. q. j. ad xvj. ait principia essentialia alicuius speciei ordinari non ad esse tantum: sed ad esse huius speciei: licet igitur anima possit per se esse: non tamen in complemento sue speciei esse sine corpore.

q.de.a. q.1.16.

**Ad primum ergo** Argumentorum negatur cōsequentia. Cuius probationem patet ex prima propositione assumere falsum: licet enim communicare supponat primam perfectionem: in communicante tamen perficit ipsam perfectionem secunda qua res perfectio simpliciter dicitur: imo apud Dionysium supremum quod participant creature de deo est: q̄ communicatiue sunt. ¶Dicitur secundo q̄ etiam minor probationis est falsa: scilicet q̄ anima separata hoc solo careat scz communicatione sui: vt patet ex tertia propositione: caret enim integritate specifici sui esse: et hoc est primum et principale quod reddit imperfectionem animam separatam: ideo nanq̄ caret perfectionibus secundis: quia caret integritate specifica et non ecōuerso. ¶Ad confirmationem patet ex prima propositione: quia causa creata ex hoc q̄ causat: habet perfectionem secundam cuius priuatio imperfectio magna est: ⁊ in proposito aliquid plus est: quia anima separata non solū desinit communicare se ⁊ vires suas: sed est in statu rali in quo impedit a sui et virium suarum communicatione. ⁊ hoc est signum imperfectionis non modice. et est ea quam diximus scilicet separatio a completo esse quidditative sue speciei: vt expresse habetur a san. Tho. in questione de spiritualibus creatur. secunda ad quintum. ¶Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur: quod cum esse sit dupler. quiditatiuum ⁊ existentie actualis: primum non remanet in anima nisi partialiter. homo vero habet illud integraliter: ⁊ secundum tale esse homo est perfectio in essendo. Quo ad esse autem existentie potest dici homo perfectio: quo ad modum habendi hunc scilicet quia habet illud vt suppositum. anima autem secundum alium modum perfectio: dici potest: inquantum scilicet tale esse est sibi ⁊ non homini proprium (modo supra declarato) vnde se habent in hoc homo et anima sicut excedens et excessum. ¶Ad tertium negatur consequentia de esse actualis existentie loquendo: non enim res distincta realiter ab alia habet aliam existentiam ab illa: iam enim dictum est partes ⁊ totum habere idem esse. Conceditur autem consequentia de esse essentie: sed hoc nostro fauet proposito. ¶Ad quartum dicitur sicut ante: quod si in antecedente fit sermo de esse essentie: verum assumitur in prima eius parte: sed non in secunda: liquet enim ex supradictis: q̄ esse specificum completum anime corumpitur. ¶Si autem sit sermo de esse existentie, potest dupliciter intelligi. Primo quod esse actualis existentie hominis desinat simpliciter. ⁊ sic est falsum: retrahit enim anima illud ad se. Alio modo potest intelligi quod esse hominis in morte, desinat esse hominis idest desinant informare hominem. et hoc modo conceditur: sicut enim de generatione hominis specialem sermonem facimus: et non sic de ceterorum propagatione animalium. dicente Aristotele, (in secundo de generatione animalium, capitulo tertio.) quod intellectus tantum venit ex extrinseco. et ipse solus est diuinus: eo quod operatio sua non habet communicationem cum operatione corporali omnino: ita de corruptione eiusdem specialis sermo esse debet: dicente eodem. 12. Metaphysice. textu Commenti. 17. quod in quibusdam nihil prohibet formam remanere post: vt si est anima talis: non omnis forsan sed intellectus. ¶Ad quintum negatur prima consequentia. Et ad probationem vtendo distinctione facta dicitur quod cum esse actuale hominis dupliciter sumatur: scilicet secundum se seu simpliciter. Alio modo prout est huius. primo modo remanere non est impossibile corupto homine. secundo modo non est intelligibile quod remaneat. nullius ergo rei esse actuale manet vt eius est quando id cuius est non inuenit. potest tamen simpliciter inuenirī. ⁊ ratio est in proposito sepe iam dicta: quia id esse non est proprium homini sed anime. ideo oportet quod inueniatur semper quando est id cuius est proprium. ⁊ si desinat id cuius erat vt communicatum. ¶Ad sextum negatur antecedens. ¶Ad probationes vero alias factas sunt responsiones alias date. Relinquitur igitur verum esse de esse actualis existentie: quod vnum omnino est esse anime intellectiue ⁊ hominis: quod scōm se indepe[illegible]s est a corpore: vtpote non causatum ab illo: quia

Ad primum.

Ad cōfirmationem.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

Cap. 3.

T.c.17.

Ad. 5.

Ad. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nonest eductum de potentia materie:licet prout est huius scilicet hominis:non nisi in corpore inueniri possit. Caput vj.

Ex visis, patet quomodo essentia inuenitur in diuersis. Inuenitur autem triplex modus habendi essentiam in substantijs: aliquid enim est sicut deus: cuius essentia est ipsum suum esse: et ideo inueniuntur aliqui philosophi dicentes q deus non habet essentiam: qua essentia eius non est aliud q̄ esse eius.

¶Hoc est principium capitulj sexti: quod diuiditur in quatuor partes. In prima agitur de essentia dei. In secunda de essentia intelligentiarum et anime. In tertia ostendit quomodo ista se habeant ad intentiones logicas. In quarta replicatur de essentijs compositis. We essentia ergo dei posituros duas conclusiones et excluſurus duos errores ponit primam conclusionem affirmatiuam talem, Essentia in deo significat ipsum esse eius: hanc conclusionem non aliter q̄ ex supradictis deducendo ponit. fuit nāq; supra probata et ab omnibus est concessa. Est autem intellectus conclusionis q̄ esse actualis existentie diuinum est ipsa quidditas ei⁹: ita q̄ predicatur de deo sicut predicatum primi modi dicendi per se:ita q̄ ista:de⁹ est.est in primo modo perfectatis: quod de nullo alio a deo communis via fatetur: (dato etiam q̄ esse et essentia in creaturis teneatur esse idē realiter:z quia ipsum existere est essentia dei:) ideo a quibusdam Platonicis scilicet dicitur q̄ deus non habet essentiam quasi pura existentia sit.

Caſ. 5. ſ finc. et circa medij.

Dei nō est i genere.

¶Et ex hoc sequitur q̄ ipse non sit in genere: quia omne quod est in genere oportet quod habeat quidditatem pter esse suum:cū quidditas aut natura generis aut speciei non distinguatur secundum rationem nature in illis quorum est genus vel species: sed esse est in diuersis diuersimode.

¶Hic ponitur secunda conclusio et negatiua: deus non est in genere: probatur in litera ex antedictis sic: omne quod est in genere habet quidditatem pter suum esse: deus non habet quidditatem pter suum esse: ergo deus non est in genere. Minor est conclusio precedens. Maior probatur sic: omnia que sunt in genere indistincta sunt in essentia generis vel speciei: distincta autem per diuersimode habere esse illius nature generice vel specifice: ergo esse nature generice vel specifice est pter naturam ipsam genericam vel specificam:et sic omne quod est in genere habet naturam pter suum esse. Antecedens huius consequentie est de se notum: homo enim et leo sunt indistincti in natura animalis: distinguuntur autem inter se per hoc quod diuersimode habent esse animatum: genus enim diuersum habet esse in speciebus: similiter sortes et Plato indistincti sunt in natura humana: distinguuntur autem inter se: quia habent diuersum esse humanum: non enim est intelligibile quod homo habeat idem esse in sorte z Platone:consequentia vero patet ex eo quod non videtur imaginabile quod id quo aliqua distinguuntur non sit pter id quo aliqua conueniunt. ¶Et nota quod ad intentum huius rationis sufficit quod esse sit pter essentiam: id est pter conceptum quidditatiuum:sic enim sufficit differre principium conuenientie a principio differentie: vt patet de genere et differentijs: quorum altero conueniunt:alteris differunt species:et quia in solo deo esse est de conceptu quidditatiuo:ideo solus deus extra genus ponitur. ¶Sed quoniam esse:ideo est pter conceptum quidditatiuum: quia est distinctum realiter ab essentia: et ideo est de conceptu quidditatiuo: quia est idem realiter essentie: ideo ex hac radice: scilicet quod esse et essentia sunt idem realiter in deo procedere dicitur quod deus non sit in genere. ¶Nec te moueat q̄ ratio ista dicredi videtur ab esse actualis existentie ad esse quidditatiuum. quandoquidem in minore est sermo de esse actualis existentie: et postmodum in probatione maioris: quam oportet de eodem esse loqui: transitur ad esse quidditatiuum cum dicitur species conueniunt in genere et differunt in esse diuerso: hoc enim verificatur de esse quidditatiuo specifice accepto: homo namq; et bos conueniunt in animali: et distinguuntur differentijs specificis quibus animal in eis diuersum esse specificum acquirit. Propter hoc inquam non oportet turbari: quoniam (vt in hoc patebit capitulo) differentie naturam generica non diuersificant nisi in ordine ad diuersum esse actualis existentie:et ideo mira subtilitate sanctus Tho. digressus non est primam rationem distinctionis nature generice in inferioribus attendens: hoc autem (infra) melius intelligetur cum communissima singula assignabitur:vnde sumantur genus et differentia.

In hoc eo. cap.

**Ad euidentiam** huius quod hic supponitur: scilicet q̄ in deo esse est de conceptu quidditatiuo: quia est idē essentie: nota tres propositiones. Prima est quidditas que est sua existentia actualis non est ad aliquod genus determinata: hoc declaratur breuiter vnico medio sumpto ex secundo contra Gentiles, cap. xxv. scilicet omnis quidditas in genere limitata est essentialiter designabilis per differentiam a qua mendicat esse in actu: nulla quidditas eadē sue actuali existentie est essentialiter designabilis per differentiā a qua mendicat esse in actu: ergo nulla quidditas eadem sue actuali existentie est ad aliquod genus determinata. Maior notificatur inducendo: animal enim est essentialiter determinabile per differentias: rationalem: scilicet z irrationalē: et ab eis mendicat esse in actu cum impossibile sit esse animal in actuali existentia nisi sit rationale vel irrationale: similiter color essentialiter est determinabilis per suas differentias: per quas existentiam actualem sortitur: non esset potest inueniri color nisi albus vel niger &c. minor autem intelligentibus terminos patet esse quomodo nanq; existētia actualis mendicabit esse in actu ab aliquo alio formaliter? Si enim mendicat esse in actu ab aliqua differentia formaliter: cum esse in actu nihil aliud sit q̄ habere existentiam actualem: sequetur q̄ existentia actualis habebit existentiam actualē formaliter per aliquid aliud a se: sicut animal per rationale formaliter acquirit existentiā actualem: hoc autem non videtur intelligibile. ergo &c.

Quo ſ̄ ſimo con tra Gē tiles. c. 27.

Ide ſ̄ ſimo con tra Gē tiles. c. 27.

Ad euidentiam huius quod hic supponitur: scilicet q̄ in deo esse est de conceptu quidditatiuo: quia est idē essentie: nota tres propositiones. Prima est quidditas que est sua existentia actualis non est ad aliquod genus determinata: hoc declaratur breuiter vnico medio sumpto ex secundo contra Gentiles, cap. xxv. scilicet omnis quidditas in genere limitata est essentialiter designabilis per differentiam a qua mendicat esse in actu: nulla quidditas eadē sue actuali existentie est essentialiter designabilis per differentiā a qua mendicat esse in actu: ergo nulla quidditas eadem sue actuali existentie est ad aliquod genus determinata. Maior notificatur inducendo: animal enim est essentialiter determinabile per differentias: rationalem: scilicet z irrationalē: et ab eis mendicat esse in actu cum impossibile sit esse animal in actuali existentia nisi sit rationale vel irrationale: similiter color essentialiter est determinabilis per suas differentias: per quas existentiam actualem sortitur: non esset potest inueniri color nisi albus vel niger &c. minor autem intelligentibus terminos patet esse quomodo nanq; existētia actualis mendicabit esse in actu ab aliquo alio formaliter? Si enim mendicat esse in actu ab aliqua differentia formaliter: cum esse in actu nihil aliud sit q̄ habere existentiam actualem: sequetur q̄ existentia actualis habebit existentiam actualē formaliter per aliquid aliud a se: sicut animal per rationale formaliter acquirit existentiā actualem: hoc autem non videtur intelligibile. ergo &c.

Quo ſ̄ ſimo con tra Gē tiles. c. 27.

**Secunda propositio** est ista: existentia actualis ad nullum genus determinata: est purum esse: ista patet ex similibus: si nanq; animal nō sit determinatum ad aliquam speciem: purum animal erit: et albedo si non sit coartata in aliq̄ subiecto: pura albedo erit: ita z esse ad nullius nature predicamentalis capacitatem determinatum: purū esse necesse est: et sī abstractio huiusmodi est per op⁹ intellectus: etiam puritas ipsa est ſm rationē. Si autem fuerit ſm rem: z puritas ipsa est ſm rem: vt de se patet.

**Tertia propositio** est ista: esse est de cōceptu quidditatiuo puri esse tantum. Patet ista quo ad vtrancq; exponētem: z quo ad primam quidem: quia non est intelligibile q̄ de puro esse nō predicetur quidditatiue ipsum esse. Si ens de eo aliquid predicari potest quidditatiue: illud oportet esse ipsum esse: cū purum esse ponatur. Et aliter cetera non recipiant esse in suis quidditatiuis conceptibus ex eo patet q̄ cum esse non habeant in sua puritate sed suis quidditatibus coaptatum possunt ſm suas quidditates ablq; esse z non esse diffiniri. Ex his deducit intentū sic: nō existētia est de cōceptu quditatis rei: quia res illa est purum esse: ideo autē res illa est purū esse: quia nō est ad genus aliquod limitata: ideo autem res illa nō est ad genus limitata: quia est idem cum sua existentia: igitur de primo ad vltimū: ideo existentia est de conceptu quidditatiuo rei: quia res illa est eadem sibi existentie. ¶Et quoniam si affirmatio est precise causa affirmationis: negatio est causa negationis ex hoc q̄ res creata non est eadem sue existentie: esse non est de eius cōceptu quidditatiuo. Unde cum deus gloriosus sit suum esse ipse nihil est aliud q̄ ipsum esse ſm rem separatum a naturis p̄dicamentalibus in sua puritate subsistens.

Ad euidentiam huius quod hic supponitur: scilicet q̄ in deo esse est de conceptu quidditatiuo: quia est idē essentie: nota tres propositiones. Prima est quidditas que est sua existentia actualis non est ad aliquod genus determinata: hoc declaratur breuiter vnico medio sumpto ex secundo contra Gentiles, cap. xxv. scilicet omnis quidditas in genere limitata est essentialiter designabilis per differentiam a qua mendicat esse in actu: nulla quidditas eadē sue actuali existentie est essentialiter designabilis per differentiā a qua mendicat esse in actu: ergo nulla quidditas eadem sue actuali existentie est ad aliquod genus determinata. Maior notificatur inducendo: animal enim est essentialiter determinabile per differentias: rationalem: scilicet z irrationalē: et ab eis mendicat esse in actu cum impossibile sit esse animal in actuali existentia nisi sit rationale vel irrationale: similiter color essentialiter est determinabilis per suas differentias: per quas existentiam actualem sortitur: non esset potest inueniri color nisi albus vel niger &c. minor autem intelligentibus terminos patet esse quomodo nanq; existētia actualis mendicabit esse in actu ab aliquo alio formaliter? Si enim mendicat esse in actu ab aliqua differentia formaliter: cum esse in actu nihil aliud sit q̄ habere existentiam actualem: sequetur q̄ existentia actualis habebit existentiam actualē formaliter per aliquid aliud a se: sicut animal per rationale formaliter acquirit existentiā actualem: hoc autem non videtur intelligibile. ergo &c.

Quo ſ̄ ſimo con tra Gē tiles. c. 27.

Ide ſ̄ ſimo con tra Gē tiles. c. 27.

**Tertia propositio** est ista: esse est de cōceptu quidditatiuo puri esse tantum. Patet ista quo ad vtrancq; exponētem: z quo ad primam quidem: quia non est intelligibile q̄ de puro esse nō predicetur quidditatiue ipsum esse. Si ens de eo aliquid predicari potest quidditatiue: illud oportet esse ipsum esse: cū purum esse ponatur. Et aliter cetera non recipiant esse in suis quidditatiuis conceptibus ex eo patet q̄ cum esse non habeant in sua puritate sed suis quidditatibus coaptatum possunt ſm suas quidditates ablq; esse z non esse diffiniri. Ex his deducit intentū sic: nō existētia est de cōceptu quditatis rei: quia res illa est purum esse: ideo autē res illa est purū esse: quia nō est ad genus aliquod limitata: ideo autem res illa nō est ad genus limitata: quia est idem cum sua existentia: igitur de primo ad vltimū: ideo existentia est de conceptu quidditatiuo rei: quia res illa est eadem sibi existentie. ¶Et quoniam si affirmatio est precise causa affirmationis: negatio est causa negationis ex hoc q̄ res creata non est eadem sue existentie: esse non est de eius cōceptu quidditatiuo. Unde cum deus gloriosus sit suum esse ipse nihil est aliud q̄ ipsum esse ſm rem separatum a naturis p̄dicamentalibus in sua puritate subsistens.

Gen. c. xxv.

¶Nec oportet si dicimus quod deus est esse tantum vt in errorem eorum incidamus qui deum dixerunt esse illud esse vniuersale quo quelibet res formaliter est. Hoc enim esse quod deus est huius conditionis est vt nulla sibi additio fieri possit. Unde per ipsam suam puritatem est esse distinctum ab omni esse: propter quod in commento none propositionis libri de causis dicitur quod indiuiduatio prime cause que est esse tantum est per puram bonitatem eius. Esse autem commune sicut in intellectu suo non includit aliquam additionem: ita nec includit in intellectu suo aliquam precisionem additionis: quia si hoc esset, nihil posset intelligi esse in quo super esse aliquid adderetur.



¶Hoc excluditur primus quorumdam error: talis: scilicet deus est commune esse omnium. Imaginati sunt isti q̄ cum omnia conueniant in hoc quod habent esse ipsum esse omnium: quo res formaliter sint in communi, seu in vniuersali sit ipse deus gloriosus: mori sunt autem tali ratione: esse nulla additione specificatum est esse commune: deus est esse nulla additione specificatum: ergo deus est esse commune. Sed peccat ratio ista propter multiplicem maioris intellectum: dupliciter enim intelligi potest esse a nulla additione specificari. Uno modo secundum rem extra animam subsistendo. Alio modo secundum intellectus cogitationem tantum: primo modo maior est falsa: minor autem vera: secundo modo maior est vera: minor autem falsa: esse namq; commune per intellectum in sua abstractione acceptum: nullam contradictionem includit: secundum vero q̄ est extra intellectum sine contractione non inuenitur: omne namq; esse est contractum ad substantiam vel accidens: esse autem quod est quidditas diuina: est purum absq; omni additione secūdum rem z ex ipsa sua puritate: secundum rem est disiunctum ab aliorum esse z hoc: z nullo modo commune sicut albedo separata ex hoc ipso q̄ esset pura albedo: esset distincta albedo ab alijs albedinibus cum substantijs mixtis et non esset albedo in communi. ¶Peccat secundo maior illa: quia contingit adhuc dupliciter esse nulla additione specificari seu contrahi. Uno modo actu tantum. Illo modo actu et potentia: primo modo maior est vera: minor vero falsa: secundo modo maior est falsa: minor autem vera. Esse namq; in communi: licet nulla sit additione contractum est tamen cōtrahibile: aliter nulla res haberet esse: que aliquid addit supra ipsum esse: z sic homo nō haberet esse: cum vltima esse habeat humanitatem quantitatem &c. vnde esse commune actu tantum specificatione caret: esse vero diuinum nullam specificationem habet actu: nec aliquam habere potest: et ideo actu et potentia additione caret. Et hec est solutio quam in litera sanc. Tho. ponit sub alijs verbis dicens q̄ omne commune nec includit nec excludit additionē: id est non includit actu: potest tamen habere illam. Esse vero diuinum non solum non includit illam: imo excludit: id est non solum non includit actu: imo nec potentia: z sic excludit illam: quod enim impossibile est conuenire alicui excluditur omnino ab illo. De his diffuse habes in primo contra Gentiles cap. xxvij.

Excluditur secundus error talis. scilicet deus non est simpliciter perfectus. Ratio autem huius erroris in proposito est ista. Id quod habet esse tantum est imperfectum respectu eius quod habet esse viuere et intelligere: sed deus habet esse tantum. ergo deus est imperfectior alijs. Maior est ex se nota. Minor vero ex dictis deducitur sic. quod est purum esse non est admixtum alijs: puta viuere et intelligere. aliter esset purum et non purum. deus est purum esse. ergo non est admixtus alijs, scilicet viuere et intelligere. et consequenter deus nō habet nisi esse: quod erat probandum. Defectus huius rationis in litera non explicatur: sed infra, imo contra Gentiles capitulo. 29. vbi declaratur quod ex hac propositione: deus est purum esse subsistens, sequitur deum esse vniuersaliter perfectissimum. Et propterea notanter in textu dicitur. (imo habet omnes perfectiones &c.) ac si dicat quod ex hoc non sequitur deum aliqua perfectione carere: sed oppositum potius ex hoc concluditur. Est autem modus ex illo fundamento intentum deducendi talis: id cui conuenit esse secundum totam virtutem seu potestatem ipsius esse: nulla perfectione seu nobilitate essendi caret: sed esse purum subsistens est id cui conuenit esse secundum totam virtutem seu potestatem ipsius esse: ergo esse purum subsistens nulla perfectione seu nobilitate essendi caret. Maior declaratur ex eo quod omnis perfectio cuiuscunq; generis non nisi secundum aliquod esse est. Non enim sapientia perficit hominem nisi ea homo sapiens sit: nec iustitia perfectio hominis dici potest nisi ex homo iustus sit. Si igitur omnis perfectio attenditur secundum aliquod esse: id in quo tota plenitudo essendi reperitur: omnem perfectionem patet habere, et sic repugnat quod id habeat esse secundum totam amplitudinem suam et aliqua perfectione essendi careat. Minor vero exemplariter notificatur: sicut enim si albedo separata inueniretur: nihil ei de virtute albedinis deesse posset. (Ut enim supradictum est.) Ratio quare albedini huic non est tota perfectio possibilis reperiri in specie albedinis est: quia coaptata est receptiuo quod secundum totum posse eius non recipit eam. ita esse ipsum si receptum est in alio: coartatum est ad naturę illius recipientis limites (substantiam, scilicet vel accidens) et consequenter limitatum ad illius generis nobilitatem. Si vero purum et non receptum in aliqua sit natura: illimitatum et infinitum simpliciter est: et omnes perfectiones possibiles in ente reperiri simpliciter prehabet. ¶Cum autem audis quod albedo si separata sit, omnem perfectionem possibilem sue speciei habet. non intelligas (vt veritatis emuli obijciunt) quod negatio: scilicet receptionis eius in alio daret sibi illam perfectionem: sed sicut receptio albedinis est conditio ad sui requisita imperfectionem: ita negatio receptionis est conditio sue illimitate perfectionis comes. Unde efficax argumentum ex receptione z separatione eius sumitur tanq̄ a cōditionibus necessarijs z inseparabilibus. ¶Et qm̄ habere perfectiones omnium generum potest intelligi dupliciter. Uno modo in seipsis. Alio modo in aliquo superiorum ordinis: ideo ad declarādum quomodo ipse deus qui est ipsum esse essentialiter: habeat oēs perfectiones: dicit q̄ deus nō habet oēs pfectiones in seipsis: distinctas abinuicem in propijs naturis: sicut nō habet sapientiā: iustitiā: prudentiam &c. Sic esset in deo oporteret esse maximā cōpositionem, sed habet eas indistincte vnitas in suo esse simplicissimo. Illud quippe esse diuinū equalet oibus pfectiōibus oim generū z excedit singulas z oēs simul: vtpote res supiorus z inaccessibilis ordinis. Cuius exēplum in luce solis habes: vna sola sol potest q̄cquid possunt oia inferiora per tot varias qualitates, ꝓterea a philosopho z Com. (quinto meta. capitulo de pfecto) dicit q̄ deus solus est ens simpliciter perfectū vniuersitatem perfectionum in se habens. ¶Queritur,

Uide ſ̄ t. 2. c. 28

de diſtinctiōe q̄ſitio= num at tributa lium in diuinis

**Hic queritur** An perfectiones existētes in ipso deo sint aliquo modo distincte ablq; omni opere intellectus. ¶In hac questione quinq; agenda sunt. primo declarabitur titulus questionis. secundo recitabitur opinio Sco. cum fundamentis. tertio declarabitur opinio sancti Tho. quarto impugnabitur opinio Sco. quinto respondebitur argumentis in oppositum.

**Quo ad primum** Scito primo perfectionem esse duplicem: quedaz est perfectio simpliciter z quedam est perfectio in hoc vel illo. Perfectio simpliciter est illa que in suo proprio ac formali conceptu dicit perfectionem cum nulla imperfectione vt sapientia bonitas et similia. Perfectio vero in hoc vel illo est que in suo proprio ac formali conceptu dicit perfectionem imperfectioni mixtam vt humanitas equinitas z his similia. Dixi (in proprio ac formali conceptu) quia includere aliquam imperfectionem in conceptu communi sibi z alijs aut materiali non derogat sue perfectioni simpliciter. Sapientia enim licet in sui generis conceptu pura habitu seu qualitate imperfectionem dicat (potentialitatem scilicet) aut dependentiam &c. quia tamen in suo differentiali conceptu hoc formaliter non includit: non prohibetur quin pfectio simpliciter sit. Dixi (dicit perfectionem) propter relationem que in suo proprio ac formali conceptu cum nulla imperfectione nullam perfectionē sonat. ¶Scito secundo q̄ perfectiones esse in aliquo contingit dupliciter. Uno modo formaliter. Alio modo virtualiter. esse formaliter in aliquo est esse in eo: vt forma est in habente ipsam: sicut humanitas albedo quantitas z alia huiusmodi in homine sunt. Esse autez in aliquo virtualiter est esse in eo vt effectus est in sua causa effectiua quemadmodum calor est in sole. Potentia autem comprehendere multum distare inter hos modos essendi in aliquo ex hoc vno eorum effectu pro nunc: quod ea que primo modo sunt intrinsece denominant suppositum tale. Ea autem secundo modo insunt non denominant suppositū tale: vt

ſ̄ perfectiſſim pliciter q̄d ſit,

Universidad de Deusto
Biblioteca



patet in sole q̄ luce dicitur lucidus: caloꝛe autem non dicitur calidus. ¶ Amplius perfectiones esse in aliquo formaliter contingit dupliciter. Uno modo in suis ꝓpriis naturis distinctas ꝛ limitatas: sicut in homine est esse intelligere et velle ꝛc. Alio modo cōtingit eas esse formaliter in aliquo superioris ordinis vnitas et illimitatas: sicut in solis luce sunt virtus calefactiua ꝛ desiccatiua ꝛ alia huiusmodi. ¶ Hec parum distant isti duo modi inter se. Longe namq; excellentius est esse in aliquo secundo modo (vt in exemplo dato apparet.) Quamuis igitur perfectiones omnium generum excellentioꝛi modo sint in deo q̄m in creaturis: quia tamen perfectiones non simpliciter sunt in eo virtualiter tantum (eis enim non denominatur talis.) Perfectiones autem simpliciter sunt in eo formaliter et non in propriis naturis limitate: sed vt in re superioris ordinis realiter indistincte et illimitate. Ideo vertitur in dubium an perfectiones simpliciter existentes formaliter in deo cum reali identitate sint aliquo modo absq; omni opere intellect⁹ distincte. hec de primo.

In quo stat difficultas.

Sco. i. d. 8. q. 3. & totū.

**Quo ad** secundum Sco. in primo sen. dist. viij. q. iij. opinatur perfectiones has esse distinctas precisso omni opere intellectus distinctione ex natura rei formaliter. Appellat autem distinctionem (ex natura rei) que innascitur ex ipsarū rerum natura: ita q̄ absq; omni intellectus operatione est. Formalem vero addit: q̄ nō tamen distinctio ex natura rei est formalis: sed ea tm̄ que ex quidditatibus seu rationib⁹ formalibus fit. Probat aūt intentum suū multis rationibus quarum eas adducēdas censui, que ex puris naturalibus procedunt: quoniam theologiā nunc tradere non intendimus ꝛc. ¶ Arguit ergo primo sic: sapiētia et bonitas absolute distinguūtur formaliter ex natura rei: ergo sapientia infinita et bonitas infinita distinguuntur formaliter ex natura rei: antecedēs est euidens. Consequentia aūt probat: quia infinitas non variat rōnē formalē eius cui addit. In quocūq; eēt gradu perfectionis siue latitudinis intelligatur perfectio aliqua semper retinet eandem rationem formalē vt patet in omnibus. Si igitur sapientie ꝛ sapientie infinite est eadem ratio formalis: et ratio formalis sapientie distinguitur ex natura rei a ratione formali bonitatis necessario sequitur q̄ ratio formalis sapiētie infinite nō includat ex natura rei rationem formalem bonitatis. ¶ Preterea distinctio precedens rationem primi distinctiui non est per tale distinctiuum: sed distinctio nature et intellectus precedit intellectionem, que est primum distinctiuum fm rationem: ergo ꝛc. probatur minor: quia si nulla distinctio eomm precederet: non magis distinguerentur intellectione vt intellectio est q̄m ea vt natura est. Quicquid enim distinguitur intellectione vt est omnino indistincta a natura distinguitur etiam natura. ¶ Preterea: illa que formaliter distincta intelligunt intellectu intuitivo: ergo habent distinctionē vt existentem: sed perfectiones diuine intelliguntur formaliter distincte ab ipso deo intellectu intuitivo: ergo habent distinctionē vt existentem in eis. Talis non potest esse distinctio rationis: oportet enim intellectum diuinum sua intuitione causare aliquam relationem rationis in sua essentia vt existentem: quod est absurdū: igitur talis distinctio est ex natura rei. Maior patet ex differentia inter intellectum intuitiuum ꝛ abstractiuum. Minor vero est clara de se. ¶ Preterea: de⁹ intelligit essentiam suam vt veram: vult autem vt bonam: ergo veritas ꝛ bonitas distinguūtur ante omnē actum intellectus: tenet consequentia: quia distinctio obiectorum precedit distinctionem actuum sicut causa effectum. ¶ Preterea: bonitas et veritas in deo non distinguuntur ex natura rei: ergo sunt formaliter synonima: consequens est contra te: consequentia autem probatur: quia bonitas et veritas non significant nisi ipsas puras perfectiones in re nullo modo distinctas in ea. ¶ Preterea: inter perfectiones diuinas est ordo demonstrationis: quo doctores vnam ex alia demonstrant: est etiam distinctio inter predicationes formales et non formales. Dicitur enim q̄ sapientia non predicatur formaliter de bonitate: est et equalitas secundum Augustinum. xv. de trinitate: igitur distinguuntur ex natura rei. Ut quid enim doctores implent tot quinternos si omnia sunt idem formaliter. Preterea inter perfectiones diuinas ante omnem actum intellectus inuenitur contradictio: ita q̄ deus intellectu intelligit et non vult: voluntate autem vult et non intelligit: ergo inter perfectiones diuinas est distinctio ex natura rei. ¶ Preterea: ad complementum doctrine distinctio fundans distinctionem realem non dependet ab opere intellectus: sed distinctio perfectionum diuinarum fundat distinctionem realem ꝛc. aliationum diuinarum: igitur est ex natura rei: et non ex intellec⁹ operatione ꝛc. hec de secundo.

Scōa

Tertia

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Cap. 3.

Septima.

Octaua.

**Quo ad** tertium pretermissa trinitate personarum: declarande sunt tres propositiones: in quibus consistit sententia sanc. Tho. ꝛ veritatis. ¶ Prima est. In deo secundum se nulla est distinctio actualiter. ¶ Secunda est. In deo secūdum se est distinctio rōnis virtualiter seu fundamētaliter. ¶ Tertia est. In deo vt terminat actum intellectus nostri est distinctio rationis actualiter. ¶ Ad euidentiam prime propositionis sciendum est q̄ aliud est iudicium de rationibus formalibus rerum in propriis naturis: et aliud est iudicium de rationibus formalibus earūdē in re aliqua superioris ordinis formaliter existētib⁹. Res enim in propriis naturis ideo seclusio omni opere intellectus distinguuntur formaliter: quia se mutuo non includunt in suis formalibus rationibus. Ideo aūt ratio formalis vnius non est alterius: quia quelibet earum ita est ipsa q̄ non altera: verbi gratia. Ideo virtus calefactiua et virtus desiccatiua in propriis naturis distinguuntur formaliter ex natura rei: quia virtus calefactiua ita est calefaciendi principium q̄ non desiccandi et econuerso. Res autem adunate in aliquo superioris ordinis: sicut in vna simplici re altiori inueniuntur: ita in illius vnica ratione formali formaliter adunatur: sicq; distinctione formali ex natura rei necesse est careāt: cum desit ibi talis distinctionis radix id dicta (limitatio: scilicet illa qua quelibet earum ita est ipsa q̄ non altera) neutra namq; earum cum sunt taliter vnite: est magis ipsa q̄m alia. Verbi gratia. prosequendo exemplum datum: virtus calefactiua et desiccatiua in luce solis formaliter inuente sicut in vna lucis natura adunatur: ita in lucis ratione formali indistincte formaliter sunt: ita q̄ assignata completa solaris lucis diffinitione: non sit opus vltra eartum querere diffinitiones. Cōpleta enim diffinitione solaris lucis. eam in sua celsitudine qua inferiora indistincte in seipsa preaccipit cum declaret ꝓpter adequationem que debet esse inter diffinitionem et rem diffinitam virtutem eius calefactiuam et desiccatiuam manifestat quādoquidem virtus eius calefactiua non magis est ipsamet, q̄m sit lux et virtus desiccatiua et econuerso. ¶ Cum autem secundum Dionysium quinto capitulo de diuinis nominibus: perfectiones simpliciter sint in deo nō ad propias naturas definite: sed ad ipsā esse illimitationem eleuate: consequens est: vt sicut omnes in vna simplicissima re formaliter adunantur: ita in illius simplicissima ratione formali indistincte formaliter sint. Et sicut sapientia diuina non magis est sapientia q̄m bonitas et veritas et ipsum esse diuinum et econtra: ita ratio formalis ipsius esse diuini non magis includit ipsum esse q̄m sapientiam et bonitatem. (Si enim adequata diffinitio illius rei simplicissime que deus est daretur in illa vnica ratione formali: quicquid est deus includeretur formaliter: aliter diffinitio celsitudinem diffiniti non adequaret: vnde et ipse deus gloriosus: qui seipsum per modum sui intelligit: vnicam tantum rationem formalem format: (verbum scilicet.) ¶ Potes ergo super hec arguere sic: quecumq; formaliter adunantur in vnica et adequata ratione formali ipsius dei non distinguuntur formaliter ex natura rei: sed perfectiones diuine seclusio omni opere intellectus adunantur in vnica et adequata ratione formali ipsius: ergo ꝛc. probatur minor: quia non magis adunantur virtutes qualitarum inferiorū in luce solari q̄m perfectiones simpliciter in deo: sed ille adunantur formaliter vt ex se patet: ergo ꝛc. probatur maior: quia aliter diffinitio non adequaretur diffinito. ¶ Secundo principaliter pro prima propositione arguitur sic. Omnis actualis distinctio ex natura rei fundatur super actuali oppositione ex natura rei: ꝛ inter perfectiones nulla est actualis oppositio ex natura rei: ergo. maior habetur ex. x. metaphysice. text. commen. xviij. minor probatur inductione: q̄ enim ibi non sit oppositio contradictoria neq; priuatiua formaliter: ex eo patet q̄ vtriusq; oppositionis alterum membrum est formaliter negatio quam ponere in deo formaliter nefas est. Nec sufficit q̄ sit ibi negatio fundamentaliter: quoniam distinctio actualiter exigit act. inter oppositionem: oppositio autem actualiter exigit extrema actu. per: vt patet regulariter de omni oppositione. Quod autem non. oppositio inter eas cōtrarie patet ex eo q̄ alterum contrar. um semper est defectuum. x. metaphysice text. commen. xvj. Quod vero non sit oppositio relatiua inter illas manifestū est. ¶ Nec obstat q̄ ex hoc sequi videtur q̄ in deo non sint multe perfectiones: sed vna tantum puta deitas: veritatem esse q̄ deus ipse nō est nisi vna perfectio illimitata: omnino poterabēs in se multiplicatas ꝛ multiplicabiles in alijs effectionibus omnes. ¶ Ad euidentiā tam secunde q̄m tertie propositionis nota q̄ (vt in qu. 3 questione supra diximus) sicut res illa simplicissima quam deum dicimus est id cui assimilantur omnes perfectiones

Scōa ratio.

t.c. 24.

Ter. 16

Cap. 1. q. 2. con clusio prima.



ctiones simpliciter in propriis naturis existētes: ita est id cui assimilantur oēs conceptus formales earū cū nihil aliud sint q̄m ipse perfectiones in esse intentionali. Ex hoc autem q̄ de⁹ terminat cōceptiones has vt obiectum tuetis intellectum: necesse est deū ipm omnium earum correlatiuum intelligi pluribus relationibus rationis fm earū numerum: sicq; distinctionem in se rationis actualiter habere: ita vt deus obiectus pluribus conceptionibus seu rationibus formalibus dicatur habere in se distinctionem rationis formalem actualiter (obiectiue tamen) ꝛ propter pluralitatem conceptuum formaliū: quibus obijcitur: ꝛ propter pluralitatem relationum rationis: quibus refertur seu referri intelligitur ad perfectiones predictas: nam in esse naturali q̄m in esse intentionali. Ex eo autem q̄ in deo seclusio omni opere intellectus est: vnde causare et terminare possit conceptus predictos: dicitur habere in se distinctionem rationis virtualiter seu fundamentaliter. Habet autem hec deus ipse ex summa ꝛ illimitata sui pfectione: cuius sicut nulla creatura est capax in esse naturali: ita nullus intellectus creatus in esse intentionali: quicumq; enim intellectus creatus (etiam videns deum per essentiam) impotens est ad fomandum conceptū vnum diuine adequatum perfectioni. Unde pro secunda propositione argue sic. Omne habens in se vnde causare et terminare ac verificare obiectaliter possit distinctas rationes seu conceptiones formales habet in se distinctionem rōnis virtualiter seclusio omni opere intellectus: deus gloriosus est hmōi: ergo. ¶ Pro tertia vero ꝓpōne argue sic. Se terminās plures ꝛcepi⁹ formales. hz in se actualē distinctionē rōnis: de⁹ est hmōi: ergo ꝛc. Hec de tertio.

**Quo ad** quartum arguitur cōtra Scotum tripliciter. ¶ Et primo sic. Distinctio formalis ex natura rei est maior distinctio distinctione reali: ergo perfectiones diuine non distinguuntur formaliter ex natura rei. consequentia tenet: et antecedēs probatur sic. Distinctio per intrinseca est maior illa que fit per ea que sunt extra intima rei: distinctio formalis ex natura rei est per maxime intima rei. distinctio autem realis per ea que sunt extra intima rei: ergo ꝛc. minor patet ex Sco. in primo senten. dist. secunda dicente q̄ distinctio formalis ex natura rei fit per predicata primi modi que insunt rei in primo signo: distinctio autem realis fit per ea que insunt posl. Maior probatur. distinctio per aliqua liter intima est aliqualiter distinctio. distinctio per magis intima est maior distinctio. ergo distinctio per maxime intima est maxima distinctio. Si enim simpliciter sequitur ad simpliciter ꝛ magis ad magis: maximum necessario sequitur ad maximum ꝛc. ¶ Secundo arguitur sic: perfectiones diuine abstractione precisissima: sunt formaliter infinite: ergo sunt idem formaliter ex natura rei. Antecedēs est Sco. in primo sen. dist. viij. q. iij. in responsione ad argumentum principale: cōsequentia probat supponēdo fm duplicem infinitatem (in responsione ad primum declaranda) dupliciter posse intelligi illud antecedens: scilicet de infinitate infra propriam rationem: ꝛ de infinitate infra entis latitudinem: hic sic, aut intelligis illud antecedēs verificari de infinitate prima: et hoc non: quia nullum primo includit formaliter suum posterius: perfectio autem diuina: puta sapientia: est prior infinitate illa: quia modus eius intrinsecus est ꝛc. Aut intelligitur de secunda infinitate: et tunc sequitur intentum: quia si sapientia diuina precise ꝛ formaliter sumpta est ira infinita: q̄ ad nullam entis perfectionem simpliciter est formaliter terminata: oportet q̄ infra sue rationis formalis ambitum omnem perfectionem simpliciter contineat: ꝛ q̄ nullam a ratione sua perfectionem formaliter excludat: ꝛ consequenter q̄ a nulla formaliter distinguatur ex natura sua: statim enim q̄ ab alijs perfectionibus distingui ponitur, coartata formaliter infra entis ponitur latitudinem: quod est oppositum antecedentis sic intellecti. ponitur enim talem et tantam entis perfectionem formaliter importare: ita q̄ non omnem. Verbi gratia. ponitur q̄ sapiētia formaliter ex natura sua eam perfectionem ponit: quam ens sapiētia addit: ita q̄ non eam quam iustitia sua bonitas enti addit ꝛc. ¶ Tertio sic. perfectiones diuine distinguuntur formaliter ex natura rei: ergo inter eas est relatio ꝛ. tenet consequentia: quia distinctio illa cum sit relatio existēs in rerum natura necesse est q̄ sit realis: sicut et quodlibet aliud ex. ens in rerum natura reale est. consequens autem est contra Alicen. dicentem q̄ eiusdē ad seipsum non est relatio realis.

Tertio

**Quo ad** quintum pro responsione ad primum et destructionem Scoti fundamenti nota q̄ aliquid esse infinitum cōtingit dupliciter. Uno modo fm propriam rationem. Alio modo secundum q̄ ens seu simpliciter. Illud est infinitum fm propriam rationem, quod nullis sue propriet. addimis claudi tur terminis: licet sit ad talem entis gradum definitum: q̄ non omnem essendi perfectionem habeat. Illud vero est infinitum: secūdum q̄ ens seu simpliciter quod nullis infra totius entis latitudinem terminis limitatur: sed omnem habet perfectionem essendi. Exēplum in quantitate molis. Quantitas si daretur infinita: esset secundum quantitatis rationem infinita: esset enim infinita quantitas, non tamen esset fm esse infinita: esset namq; ens finitum et limitatum ad quantitatis genus. Similiter in quantitate virtutis Albedo si esset infinita intensiue esset infinita secūdum propriam rationem. esset enim infinita albedo: non tamē esset infinitum ens: quia ad speciem esset definita. ¶ Non parui aūt refert qua quis infinitate dicat esse aliquid infinitum. Prima enim infinitas cum attendatur penes ea que infra rei illius latitudinem sunt: rationē rei formalem in ea qua inuenit formali limitatione relinquit: vt patet in exemplis datis. Secunda autem infinitas qua attenditur penes ea ad que totius entis latitudo se extendit: rem et eius rationem formalē illimitat et eleuat ad hoc vt ipsa omnis sit perfectio in ente possibilis: et non magis sit ipsa. q̄m quecūq; alia perfectio simpliciter: ac per hoc distinctionem et formalem limitationem qua ab alijs formaliter ex natura rei absolute sumpta distinguebatur, eam comitari non sinit. ¶ Ad propositum ergo descendendo dico q̄ licet sapientie et sapientie infinite prima infinitate sit eadem omnino ratio formalis: tamen sapientie infinite secunda infinitate est longe altioꝛ ratio formalis. Concludit enim in sua ratione formali omnem perfectionem simpliciter, et sic cum in deo sint perfectiones omnes infinite secunda infinitate: oportet omnia vnam esse simplicem rationem formalem. ¶ Ad argumentum sub quacumq; forma fiat: ꝛ fide datur: attendendo equiuocationem infinitatis: quoniam vt dictum est: infinitas prima est illa que non variat rationem formalem: ꝛ que attenditur penes gradus perfectionales propis latitudinis rerum. autem secūda. Unde si perfectiones diuine non essent infinite nisi prima infinitate argumentum cōcluderet: quia autem habent secundam ante omnem actum intellectus: ideo nihil concludit. ¶ Nec obstat q̄ forte infinitas prima cuiuscumq; perfectionis simpliciter inferat secūdam. Sufficit enim q̄ ratione distinguant: vt aliquid secunda fiat q̄ non prima. ¶ Similiter non obstat. si quis perfectiones communissimas puta esse bonitatem ꝛ similes ꝛc. vtrāq; infinitate habere negaret: nesciens in eis imaginari primā: ꝓpterea q̄ propria latitudine careāt. Hoc enim magis nostro fauet proposito: quoniā si vtranq; infinitatem habent (q̄m alibi discutiendū est) distinctione supradicta opus est. Si autem forsan tantū absq; distinctione aliqua negādum est esse et esse infinitum habere omnino eandem rationem formalē: et sic ruit totū scoticum edificium. ¶ Ad scōm loquēdo de distinctione actuali quacūq; negatur minor. Et ad eius ꝓbationē dicit negando omnia assumpta. Sufficit enim ad hoc q̄ aliqua distinguantur intellectione vt intellectio est: ꝛ non natura: distinctio rationis fundamentaliter inter naturā ꝛ intellectionem. Unde quando dicitur. Quecūd distinguitur intellectione: vt omnino indistincta est a natura: distinguitur etiā natura distingue (vt indistincta) actualiter vel fundamentaliter. Et primo modo dic esse falsum. Secūdo modo verum: sed tunc negato minore minor sumendā. (sed intellectio et natura sunt indistincte fundamentaliter ante omnem actum intellectus: habent enim distinctionē rōnis fundamentalē (vt declarauimus.) ¶ Ad tertium negatur minor. licet enim deus intuetur perfectiones suas ab eterno distincte, non tñ ab eterno distinctas actualiter. Licet ponere distinctionem rationis actualiter causari per actū intellectus diuine non sit a philosophia alienū. ¶ Ad quartum negatur consequentia. Sufficit enim q̄ obiecta intellectus et voluntatis predistinguantur fundamentaliter nec est opꝰ distinctione actuali pro tunc: sicut nec intellectus ꝛ voluntas dei pro tunc distinguuntur nisi fundamentali distinctione rationis. ¶ Ad quintum negatur consequentia: Synonymitas enim cū sit passio nominum: non attenditur penes identitatē rationis formalis rei fm se: sed penes identitatē conceptus formalis seu mentalis: voces enim sunt note earum que sunt in anima passionū. vnde cum veritas et bonitas dei habeant diuersos conceptus in nobis, non sunt synonyma. ¶ Ad probationem ergo dicitur q̄ licet significent eandem rem formaliter fm se: solum illā vt rem significatam: tamen significant etiam distincte cōceptus mentales vt rationes significādi, ꝛ hoc destruit synonymitatem (vt dictum est.) ¶ Ad sextum dicitur q̄ ex parte rei sufficit ad omnia illa distinctio rationis virtualiter seu fundamentaliter cum distinctione rationis actuali ex parte nri. Loquimur enim vt concepimus. Formamus autem .ctos conceptus: quoꝝ vnus ex alio cauſatur et de

Ad secundū.

Ad tertium.

Ad qrtum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



alio non predicatur:z habet aliquam habitudinem quã alius non habet. Et ideo demonstrationes predicationesq; formales z idẽticas facimus. Negamusq; de deo sub vno cõceptu: qõ affirmamus de ipso sub alio. Implent ergo libros doctores balbutiendo vt possunt excelsa dei humano more resonantes simplicissimam illam rationem formalem: omne qõ in deo est formaliter cõplectentem: nõ nisi particularibus cõceptibus inspicere: tradereq; potẽtes: z non propter distinctionẽ que ibi sit ex natura rei. Equalitas autẽ inter perfectiões diuinas ante oẽm actum intellectus nõ est nisi fundamẽtalis nõ excessus inter se qui inter eas virtualiter tm̃ distinctas saluaf. ¶ Ad septimum dr̃: q; q; ante oẽm actũ intellectus non inuenif cõtradictio formaliter: sed fundamẽtaliter tm̃: q; alter ũ contradictoriũ est formaliter negatio que non est nisi per opus intellectus: ideo sufficit protunc inueniri distinctionẽ rõnis fundamentaliter: qõ cõcedimus: nec aliud exigif. vt patet de se. ¶ Ad vltimum dicif q; emanatiões diuine distinguunf z realiter z formaliter. z ly distinctiões formalis earũ fundamentũ sit distinctio intellectus et volũtatis: non tm̃ distinctionis realis earum. nõ enim ideo processiones diuine distinguunf realiter: q; altera est ab intellectu: altera a voluntate: sed q; habent realem oppositionẽ relatiuã (vt Boetius tradit.) Falsum ergo assumit q; f. distinctio perfectionum diuinarum fundet distinctionem realem emanationum diuinarum. Ad fundandam aũt distinctionem formalem inter eas sufficit distinctio formalis fundamentalis inter intellectũ z voluntatẽ: sicut et ipse processiones diuine non distinguunf formaliter ex natura rei: secluſa distinctiõe realis: sed distinctione rõnis virtualiter tm̃ ante omne opus intellectus: ita q; absq; reali oppositione relatiua nõ magis distinguunf ex natura rei q; intellectus z voluntas. ¶ Potest aũt breuius ad hoc z similia argumẽta dicif q; in diuinis est ante omnem actum intellectus distinctio formalis non formaliter sed virtualiter idest eminenter contenta hoc modo: q; quodlibet diuinum propria exequitur: ac si esset distinctum formaliter ab alio. Intellectus enim ita intelligit z non vult: z voluntas ita vult z non intelligit: ac si esset distinctio formalis formaliter inter intellectum z voluntatem. z sic de aliis. Fundatur autem talis modus habendi distinctionem formalem supra deitatis eminẽtem vnitatem formalem formaliter: z sufficit ad oĩa saluãda que per distinctionem formalem formaliter saluanda inducuntur: q; illi eminenter equivalet.

Ad septimũ.

Ad octauũ.

De trinitate. cã. 12.

Alia solutio breuis e optima.

¶ Secundo modo inuenitur essentia in substantijs creatis intellectualibus: in quibus est aliud esse quam essentia ipsorum: quamuis essentia sit fine materia: vnde esse earum non est absolutum sed receptum: z ideo limitatum et finitum ad capacitatem nature recipientis. sed natura vel quiditas earum est absoluta non recepta in aliqua materia: z ideo dicitur in libro de causis q; intelligentie sunt finite superius: z infinite inferius. Sunt enim finite quantum ad esse suum quod a superiori recipiunt: non tamen finiuntur inferius: q; earum forme non limitantur ad capacitatem alicuius materie recipientis eas: z in talibus substantijs non inuenitur multitudo individuorum in vna specie, vt dictum est: nisi in anima humana propter corpus cui vnitur.

Jn.c.5.

¶ In hac secunda parte capituli huius de essentijs substantiarũ intellectualium creatarum que in secundo ordine collocanf, quatuor propositiones colligit. ¶ Prima est. in substantijs intellectualibus creatis esse est aliud ab essentia. ¶ Secunda. in eis nõ inuenitur materia. ¶ Tertia. esse earũ est finitum. essentia aũt infinita. ¶ Quarta. nulla earum multiplicabilis est numeraliter nisi vlima: anima. f. humana. Prima z secũda (tanq̃ declaratis omissis) tertiam explanat ratione z autoritate.

**Ad rationis** Autem cuidẽtiam est notandũ q; actus finitur per potentiam in qua recipitur z potentia finitur per actum quem recipit (omnimode tamen.) qõ enim est in potentia nõ est determinatũ: sz determinabile per actũ ad quẽ est in potentia. cum aũt ipsum receperit ab eo formaliter finit. Similiter actus fin essentiam suam receptibilis est in hoc vel illo: z cõsequenter determinabilis ad hoc vel illud subiectũ. Cum potẽtia vero receptus est in hoc tam non remanet in eo amplitudo z indefinitio ad hoc vel illud. est enim ad hoc determinatus. Est ergo Duplex finitas z duplex infinitas. altera. f. ex parte

Actus finit potẽtiam: z cõsequenter

parte potentie. Sed infinitas ex parte potentie imperfectionem sonat: cum sit per carentiam actus potentie finientis. Infinitas aũt actus perfectionem maximam dicit: cuius sit per carentiam potentie actum finientis. In cuius signum dr̃ime fm rem non recepte in aliquo longe perfectiões sunt formẽ receptis vt patet. ¶ Cũ ergo esse substantiarum intellectualium sit receptum in earum essentia: consequens est q; sit finitum eo modo quo actus finitur per potentiam. vnde z contractum z limitarum est ad genus sui recipientis: nature. f. cuius est. ¶ Quia vero essentia earum non est recepta in aliquo cum sit forma non recepta in materia: cõsequens quoq; est q; sit infinita infinitate se tenente ex parte actus: non est enim determinata ad capacitatẽ alicuius materie ipsam recipientis sicut sunt forme rerum materialium. ¶ His prelibatis formetur ratio sic. Jd cuius esse est receptum: forma aũt irrecepta habet esse finitum: essentiam aũt infinitã: intelligentie sunt huiusmodi. ergo. Et nota q; in ratione hac fermo est semper tam de finitate qõ de infinitate se tenente ex parte actus. Tali enim finitate esse intelligentiarum finitum est: z tali infinitate earũ essentia est infinita. Si enim loqui volumus de finitate se tenente ex parte potẽtie earum essentia finita inuenif: eo q; potẽtia in eis est terminata per actũ essendi. ¶ Confirmatur autem hoc autoritate libri de causis: vbi dicif q; intelligentie sunt finite superius z infinite inferius. q; esse earum qõ est supremum in eis est receptum. essentia vero qõ infimum est non est recepta: z q; essentia earum vt respicit id qõ est supra se formaliter: ipsum. scilicet actum essendi est finita recipiendo ipsum: vt autem respicit id qõ est infra se materiam. f. est infinita: vtpote non recepta in ipsa z c.

Probatur tertia positio.

L.c.31.

**Aduerte** Hoc ad multorum supradictorum intelligentiã: z vt euites errorem eorũ: qui horum fundamentum non intelligentes: dicũt q; esse ideo est infinitum simpliciter vt supra diximus: q; in nullo receptum est: cũ essentia tam substantiarum immaterialium qõ compositarum in nullo penitus recepta sit: erit infinita simpliciter: qõ est ridiculum. vnde ex irreceptione infinitatem arguere valde leue videtur. ¶ Scito igitur positionẽ hanc fundari super hac propositione. Omnis res fm suum ordinem receptibilis in alio: realiter irrecepta est infinita infinitate opposita finitati: quam res sui ordinis recepta contrahit. Dixi (fm suum ordinem receptibilis in alio) propter composita z materiam que in tota sua latitudine irreceptibilia sunt. Dixi (est infinita infinitate opposita z c.) q; sicut non quodlibet receptibile est in quodlibet: sed quilibet actus habet proprium receptiuum. vt habetur in scõo de anima. textu Commen. 24. z 26. ita non ex qualibet receptione sequitur quelibet finitas: sed determinata ex determinata z per oppositum ex tali irreceptione talis infinitas opposita. f. finitati: quam (si recepta esset) res illa contraheret. Verbi gratia. albedo cum sit receptibilis in subiecto si ponatur irrecepta erit infinita: non quacunq; infinitate: sed ea que opponitur finitati. quã in subiecto habet. Jn proposito ergo tam esse qõ forma fm suum ordinẽ receptibilis rationem habet (neutri enim recipi repugnat) sed in alio z alio receptiuo. receptiuum enim proprii ipsius esse: est quiditas seu suppositũ. forme vero est materia. Et ideo sicut alterius rationis est receptio forme in materia a receptione esse in essentia (vt supra ostendimus) ita alterius rationis est finitas forme per materiam a finitate esse per essentiam: licet conueniant in hoc qõ vtraq; est per modum quo actus finitur per potentiam: z similiter diuersarum rationum oportet esse infinitatem quam forma sortitur ex hoc quod est irrecepta in materia. z infinitatem quam esse sortitur ex hoc quod in quiditate nulla est receptum. Forma namq; ex hoc quod recepta in materia infra ipsam clauditur: amplitudinem suam qua ad hoc vel illud particulare est indefinita: amittit. z ideo ex hoc quod separata a materia est: non aliter est infinita nisi quia ad nullius materie capacitatem coartata eius terminis caret. Esse autem quia ex hoc quod recipitur in aliqua quiditate ad illius genus z speciem coartatur: si irrecepta ponatur ad nullum genus definitum erit: z consequenter cuiuslibet generis terminos excrens simpliciter infinitum.

Cap.6. tri. 2. q. 5. 3. q. 9.

¶ Habes ergo dubij solutionem ex hoc quod non dicimus: nullum irreceptum infinitum: sed rem secundum suum ordinem receptibilem irrecepta. z ex hoc quod non dicimus omnem rem finitam ordinem receptibilem irrecepta esse eodem modo infinitum: sed diuersimode. ex primo enim patet quod substantia composita nullam infinitatem ex sua irreceptione habet. ex secundo vero q; essentia intelligentie que clauditur in ordine forme cum sit pura forma separata a materia. z non sit ipsum esse: ex sua irreceptione in materia est infinita. sed nõ simpliciter z c. z ex esse quidam quod

Tertia 24. et 26.

Probatur



ipsius esse ordine cõcipitur ex sua irreceptione in quidditate seu essentia est infinitum simpliciter.

Primo poster. t.c.30. 2.3.q.9.

**Habes** Et hinc vides Scotistarum z Scoti (eorum iudicio) peccatum. deprehendas in primo sententiarũ distinc. ij. quest. ij. vbi ab eis imponitur sanc. Tho. ratio vltimo ibi inducta ad concludendam dei infinitatem: que est talis: forma finitur per materiam: ergo forma que non est nata esse in materia est infinita. Jam enim nosti qualem infinitatem ratio hic concludat: et q; infinitas dei altiores negat terminos secundũ sanctum Thomam. ¶ Vnde aduertas triplex ibi peccatum. ¶ Primum est: q; ratio predicta ad concludẽdam infinitatem simpliciter assumpta a nobis dicitur: cum apud nos non concludat nisi infinitatem secundum quid. ¶ Secundum est: quod ratio predicta secundum fallaciam consequentis sophisma asseritur quia forma prius natura est finita in se qõ finitatur per materiam: sicut illud (tertij physicorum) corpus finitur ad aliud corpus: ergo si non est finitum ad aliud corpus est infinitum. Manifeste enim patet error: quia cum dicitur forma finitur per materiam: ly per, denotat causam precisam finitatis secundum quid supradictẽ: non enim forma secundũ se est tali modo finita: cum secundum se sit indeterminata ad hanc vel illam materiam: et ideo bene sequitur: ergo forma que non est nata recipi in materia est infinita secundum quid. Si enim affirmatio est precisa causa affirmationis: negatio erit causa negationis: non est autem talis processus tertij physicorum: quia corpus non finitur per aliud corpus causaliter: et precise. ¶ Tertium est quod inficiari conatur aliud supradictum: scilicet q; essentia intelligentie est finita superius per suum esse. Contra. inquit esse est posterius essentia: et accidens eius apud vos: ergo essentia intelligẽtie in primo signo nature videtur infinita intensiue: z consequenter non finibilis per esse in secundo signo. ¶ Ad hoc siquidem dicitur quod licet esse sit posterius essentia ordine generationis et accidens eius: id est extra conceptum formalem: tamen essentia in illo priori est finita simpliciter: per hoc q; est receptiua ipsius esse: et non est ipsum suum esse z c. sicut enim per hoc q; essentia est ipsum esse est infinita simpliciter: (vt patet in deo ex dictis) ita per hoc q; essentia nõ est suum esse non est infinita simpliciter iuxta maximã illam. si affirmatio est causa affirmationis z c. Quia ergo in omni priori essentia intelligentie est fundamentaliter receptibilis ipsius esse: et ab hoc abstrahi non potest: licet non in omni priori habeat illud: sequitur q; sit simpliciter finita per suum esse. i. per hoc non est suum esse: sed illo actuabilis vel actuata est z c. Sic enim intelligitur cum dicitur q; essentia intelligẽtie finif per suum esse. ¶ Quarta propositio quo ad primam partem superius discussa relinquaf. Quo ad secundam vero: q; scilicet anima intellectiua que est vltima inter substantias intellectuales sit multiplicata numeraliter eget magna consideratione. Jn textu autem assignatur pro causa huius vnio eius ad corpus. omnis enim forma sic vnita corpori: q; dat ei esse formaliter: necessario multiplicatur secundum multiplicationẽ illius: alioquin plura corpora haberent idem esse numero: ab vna enim forma nõ prouenit nisi vnũ numero esse substantiale: et merito ex vnione ad corpus anima multiplicari numeraliter dicitur: quia distinctio numeraliter cum non sit formalis oportet q; sit secundum quantitatem (vt supra declaratum fuit) secundum quantitatem autem esse non posset talis distinctio in anima: si forma non esset rei quãte (vt intelligentie ostendunt.) Efficax ergo ratio ad concludendã pluralitatem numeralem animarum est conclusio aũt falsa est: ergo altera premissarum, non maior, vt probatur: ergo minor que fuit quarta propositio, maior, pbatur ex eo q; remota causa remouetur effectus. Si ergo causa multitudinis animarum est ipsa multitudo corporũ: remota multitudine corporum remouebitur etiam multitudo animarũ. Excluditur autem hic obiectio in litera declarando formas dupliciter plurificari ad plurificationem corporum: scz cum dependentia a materia: z sine dependentia ab illa: et prime quidem destruuntur destructis corporibus, secunde vero remanent: eo q; non nisi occasionaliter eorum individuatio a corporibus est: de harum autem numero est anima intellectiua.

Differẽt inter se.

**Ad horum** Euidentiam nota primo q; idem est iudicium de esse et vnitate et multitudine rei quo ad dependẽtiam z independentiã: ita scilicet q; cuius esse a materia non dependet: nec eius vnitas nec multitudo a materia dependet. Cuius aũt esse a materia dependet, tam vnitas qõ pluralitas et etiã ab illa dependens est: vnũ enim z multa entis passiones sunt.

**Nota** Secundo q; forme sunt in triplici differentia. ¶ Quedam fiunt in materia z educuntur de potentia materie vt forme materiales. ¶ Quedam fiunt in materia sed non educuntur de potentia materie: vt anima intellectiua que vere de fotis. ¶ Quedam nec fiunt in materia nec educuntur de potentia materie vt forme separate a materia: intelligẽtie, scilicet. Nõ potest autem dari quartum genus earum qui educantur de potẽtia materie et non fiant in materia: quia implicat vt de se patet. ¶ Et ille quidem que nec educũtur de potentia materie: nec fiũt in ea omnino independentes et separate sunt a materia et immultiplicabiles numeraliter (vt supra probatum fuit.) ¶ Prime vero et secunde: quia conueniunt in hoc q; fiunt in materia: habent hoc commune q; oportet vtraq; esse coaptatas z proportionatas suis receptiuis materijs in quibus fiunt: ppius enim actus oportet in propijs fieri materijs: vt dicitur secundo de anima. textu xxiij. et xxv. Forma namq; leonis debet esse commensurata corpori leonino: ita quod non equino: z huius leonis forma oportet quod sit commensurata huic corpori leonino ita quod non illi z c. Et ex hoc consequenter conueniunt ita in hoc quod vtraq; oportet simul multiplicari cum propijs corporibus. Quecumq; enim oportet esse inuicem coaptata et proportionata simul recipiunt multitudinem et vnitatem: vt patet in discurrendo in singulis: semper enim multiplicationem formarum in vna specie comitatur multiplicatio corporum in illamet specie et econuerso: aliter vel vna forma esset in diuersis materijs: vel diuerse materie sub vna forma: quorum vtrũq; est impossibile. ¶ Ex eo vero q; prime forme educuntur de potentia materie et non secunde differunt inter se in hoc q; prime habẽt esse dependens a materia sicut a causa materiali earum esse causante z sustentante. Secunde autem habent esse excedens totam materie capacitatem et independens ab ea: vtpote non causate ex illa. Et ex hoc consequenter differunt secundo: q; primarum tam vnitas qõ multitudo a materia dependens est sicut et esse: z ideo sicut destructis corporibus ipse destruũtur: ita vnitas z pluralitas earum. Secundarum vero tam vnitas qõ multitudo indepẽdens est a materia sicut z esse: z ideo sicut destructis corporibus earum esse remanet ita vnitas z pluralitas. Et hoc est quod hic intendit sanc. Tho. dicens (diuiduationem animę. i. vnitatem eius. Et similiter intelligendum est de pluralitate occasionaliter ex corpore dependere. Dependet enim hoc modo: quia fit in corpore: non autem ita q; educatur de potentia corporalis materiei: hoc est quod subdit (quia nõ acquirit illud nisi in corpore) z rationem addit (quia cum habeat esse absolutum. f. indepẽdẽs a corpore: corrupto corpore abiqõ illo remanere potest: z ideo Auicen. dicit indiuiduationem anime ex corpore in sui initio dependere: non autem in fine) quia scilicet non fit nisi in corpore, potest autem esse z de facto est post mortem sine corpore. Et sic soluta est obiectio facta: quia maior est falsa de secundo ordine formarũ qualis est aia humana. ¶ Ad probationem eius iam patet quid dicendum: q; corporum multiplicatio nõ est ppie causa: sed occasio z non nisi in fieri multitudinis animarũ: cessante autem causa in fieri non cessat effectus quo ad esse.

2.5.q.9. conuenit inter se. t.c. 24. et. 26.

**Hic circa** Individuationẽ anime intellectiue: per qõ scilicet individuetur. In hac questione facile da sunt tria. Primo recitabitur opinio Sco. Scõo declarabit opinio. s. Tho. Tertio respondebitur argumentis in oppositum.

De idiuiduatiõe anime intellectiue sco. 1. d. 3. q. 7. 1 c. q.

**Quo ad** Primum Sco. in secũdo sentẽ. distin. iij. quest. vltima z in quolib. q. ij. sequens positionem suã de hecceitate (qua propria hecceitate) individuationis tenet animam (sua propria hecceitate) indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



quolib. q.2. parū post princi. pium. Prima ratio. Scda ratio.

niduari. Arguit⁹ sic contra.s. Tho. eo primo quo aliquid est in actu extra cām ꝛ intellectū eo primo est hoc: sed aīa sicut ꝛ quelibet entitas precipue absoluta seipsa primo est in actu extra causas ꝛ intellectū. ergo anima seipsa primo est hec. Maior probat. q; vniuersalitas siue esse non hoc non conuenit rei nisi in intellectu. Minor patet ex eo qō res seipsa primo recedit a non esse. ¶ Preterea ois distinctio formalis seu nō per materiam est specifica per te. ase intellectiue distinguuntur formaliter seu non per materiam. ergo distinguuntur specifice: conclusio est falsa. ergo altera premissa: non minor. q; anime intellectiue separate carent materia. ergo maior: que est fundamentum positionis tue. ¶ Quod si dicas q; anime habēt inclinatiões ad diuersa corpora: ꝛ per has distinguunt.

¶ Contra. Anima prius natura est terminus creationis: qui vt talis formaliter est hoc ꝙ vniatur materie. ergo prius natura anima est hec ꝙ vniatur materie: ergo anima individuatur: ꝛ nō per vnionem ad corpus: antecedēs probatur sic. prius est quod potest esse sine alio: ꝛ aliud non sine illo ex. 5. Metaphy. ter. Commē. 16. anima non solum sm essentiam: sed etiam sm existentiam potest esse sine vnione ad materiam: non autem absq; hoc sit terminus creationis ꝛ hic. ergo anima est prius natura terminus creationis ꝛ hec quam sit in materia. ¶ Si dicatur q; anima non est hec per actualem vnionem seu existentiam in materia: sed per aptitudinem essendi in illa. ¶ Contra. hoc nō euadit difficultatem: quia natura absoluta est prius natura ipsa sua aptitudine: quia enim anima est hec: ideo habet hanc aptitudinem ad hoc ꝛ illi repugnat ꝛc. vt arguatur sic. quod conuenit vni ꝛ repugnat alteri eiusdem speciei non conuenit per se huic sm id qō commune est istis: vel saltem preexigit eorum necessario distinctionem. sez huius ab illo: sed hec aptitudo conuenit huic anime ꝛ repugnat illi. ergo necessario preexigit distinctionem huius ab illa: igitur non individuantur aptitudinibus. ¶ Confirmatur. ratio aptitudinis formaliter loquendo non est ad se: nec est ratio entis in actu. ergo non potest esse individuatiuum principium anime. Antecedēs probat pro prima parte. q; si esset ad se posset intelligi non ad aliud vt ad terminū: qō est falsum. pro secūa parte quoꝫ probatur q; qō necessario exigit aliquid non existens ipsum est non existēs in actu: aptitudo aūt est ad terminum non existentem. ergo eius ratio non est ratio entis in actu. consequentia patet: q; distinctio relativa presupponit distinctionem absolutam: q; enim anima est hec: ideo habet hanc aptitudinem ꝛ non e contra. ꝛ q; hec anima est singularis sin gularitate actuali siue in actu non est hec aptitudine ad hoc corpus. Hec sunt que isti in hac re sentiunt.

T.c.16.

## Nos autem

Peripatetica fundamenta sequētes animam individuari commensuratiōe substantiali ad hoc corpus dicimus ꝛ hanc animam ꝛ illam distingui commensurationibus suis ad hoc ꝛ illud corpus: probationes autem huius (supra adducte fuerunt cum deductum fuit distinctionem numeralem non nisi a qtitate originari posse.) ¶ Commensufficiet declarare quomodo sit hoc quod dicimus. ¶ Commensuratio dupliciter sumitur. Uno modo pro relatione commensurationis. Alio modo pro ipsa substantiali coaptatione rei. primo modo commensuratio est res respectiua essentialiter: ꝛ in genere relationis. secundo modo est res absoluta: ꝛ de predicamento rei commensurate: est enim idem essentialiter quod ipsa: sed differens ab ipsa sola ratione: ꝛ similiter dico de inclinatione: aptitudine: coaptatione: figuratione: ꝛ similibus que ad exprimendum propositum assumuntur. ¶ Absolutum quoq; pro nunc sumitur dupliciter. Uno modo a termino: ꝛ sic dicimus substantiam quantitatem ꝛ qualitatem esse entia absoluta. Alio modo a receptiuo seu subiecto: ꝛ sic nullum predicamentorum accidentium est absolutum: sunt enim essentialiter receptibilia in substantia. Cum ergo dicitur quod anime suis commensurationibus individuantur intelligendum est commensurationibus substantialibus que sunt res absolute a termino: ꝛ si non a receptiuis ꝛ non commensurationibus que sunt relationes ꝛc. Sicut namq; de essentia anime in cōi est quod essentialiter sit proportionata corpori ꝙ philosophico organico: qō in eius diffinitione ponitur: ita de essentia anime humane est commēsurari corpori humano: est namq; ita perfectiua corporis humani q; nō bouini: sic quoq; de essentia huius anime est commensuratio ad hoc corpus: ꝛ sic commensuratio ad corpus humanum non sequitur animam iam humanam: sed constituit ipsam humanam. Per hoc enim primo differt anima hominis ab anima bouis: q; illa est propinqus actui corporis humani. ista vero bouini. (Constat autem q; idem est esse actum propinquum corporis humani ꝛ esse substantialem substantiā

T.c.16.

2.B.a.1. cō.6.

## Caput V.

ratam perfectionem eius.) Ita substantialis commensuratio huius anime ad hoc corpus non sequitur animam hanc: sed constituit ipsam hanc: est enim hic anima substantialiter propinqus actus huius corporis: vnde hic anima ab alia primo differt. ꝛ illa est propius actus huius corporis: illa vero propinquus actus alterius: ꝛ hoc est qō. s. Tho. in scdo contra Gen. cap. 81. tradit (ꝛ in questionibus de anima.) ꝛ vbicūq; de hac re loquitur. Est aūt conueniēs propositio ista principijs Arist. docet enim (in primo libro de partibus animalium) q; propie differentie alicuius diuisi debent esse per se distinguentes illud in eo qō tale. verbi gratia, propie differentie animalis non debent esse album ꝛ nigrum: que non diuidūt animal in eo qō animal. Stat. n. idētitas animalis cū illarū diuersitate: nec debent esse nauigatiuum ꝛ volatiuum: qr nō diuersificār hec per se naturam sensitiuam: sed debent esse tale sensitiuum vel tale. Animal enim in eo q; anima cum sensitiuo consistēnō diuersificatur per se nisi per differentias sentiendi. Unde cuz anima in eo qō talis essentialiter sit actus corporis philosophici propinqus differentijs dividitur per hoc q; actus talis corporis vel talis: ꝛ iterum actus talis corporis: puta humani propinqus differentijs dividitur (materialibus tamen) per hoc q; est huius corporis vel illius. Individuantur ergo ipse anime commensurationibus substantialibus non absolutis a receptiuis: sicut ꝛ ipse anime essentialiter sunt non absolute a perfectibilibus corporibus earum receptiuis. Et non considerare hoc est causa erroris eorum qui de omnibus volunt eodem modo iudicare (vt sunt Scotiste) quibus dam nō considerant propinquas rerū naturas: ꝛ res suis conceptibus adequare volunt: accidit vt de omnīū individuatione eandē proferant sniam ꝛ in eorū numero sint: de quibus dicit scdo celi. tex. Cō. 80. q; quesrunt vtrūq; non habeant contradicere sibiipsis.

## His visis

¶ Ad solutionem argumentorū procedendū est. enim quelibet res posita extra intellectum ꝛ causam sit hic: non tamen eodem primo est: ꝛ est hic. Est enim ipso esse primo. (Hec) aūt hecceitate primo: multa enim inseparabiliter sese comitātur: que non eodem principio habēntur primo: sicut quodlibet ens aliud a deo extra intellectum ꝛ causam est: ꝛ est dependens: non tamen eo dem primo est ꝛ dependet. Minor quoq; est falsa: res enim non se ipsa primo: sed per existentiam actualem distinctam realiter a se extra nihil ponitur (vt supra) declaratum fuit ꝛc. ¶ Ad secundum negatur minor. Due enim anime humane separate non distinguuntur formaliter seu per materiam: licet sint pure forme a materia abstracte. Aliud enim est dicere, omnis distinctio formalis est specifica. aliud omnis distinctio formarum. ¶ Distinctio enim formalis cum sit illa que ex principijs diffinitiuis constat specifica est: quecunq; enim habent diuersas diffinitiones specie differunt: cum saltem differentias vltimas habeant non easdem: quarum diuersitas sufficit ad diuersitatem specificam: sed talis non est inter animam sor. ꝛ pla. habent siquidem eandem diffinitionem. ¶ Distinctio autem formarum cum sit: vnde cunq; inter formas diuisio accidat in duabus animabus separat. idest inuentur ex hoc quod diuersis corporibus coaptate sunt. Unde non est similis ratio de eis ꝛ de alijs substantijs separatis: que corporibus vnibiles non sunt. Et sic responsio ibi data est bona si sane intelligatur modo scilicet exposito quod anime inclinationibus substantialibus ad diuersa distinguuntur. ¶ Ad id quod primo obijcitur contra. Dicitur quod non concludit intentum. Concludit enim: ergo anima prius natura est hic. ꝙ habeat actualem vnionem ad corpus: cum debeat concludere. ergo anima prius natura est hec ꝙ sit coaptata seu inclinata ad hoc corpus. Non enim dicimus animam individuari formaliter per actualem vnionem ad corpus: sed per coaptationem substantialem ad hoc corpus quam prius natura debere anime: quam ipsam actualem vnionem: patet ex eo quod omnia hic per se terminat creationem ꝛ non anima hoc existens: ꝛ ex eo q; inesse presupponit esse: item particulari tam immediatione est quam inesse. Unde responsio recitata est bona (cum grano tamen salis). Dicimus enim animam individuari per aptitudinem substantialem seu coaptationem formaliter: per vnionem vero actualem ad corpus conditionaliter: idest tanquam per conditionem (sine qua non) ꝛ quia prius natura inest rei ratio formalis ꝙ concreto sine qua non. ideo ꝛc. ¶ Ad argumentum contra hoc patet responsio ex dictis. Assumit enim hoc falsum. scilicet quod natura huius anime sit prior aptitudine sua substantiali. Unde maior argumenti ibi formati pro secunda parte distinctionis est falsa. s. quēcunq; quodlibet conueniens vni ꝛ repugnans alteri eiusdem speciei

Ad primum.

ca.5.1. + Ad cum.

Differens ab ipsa sola ratione

Differens ab ipsa sola ratione

Differens ab ipsa sola ratione



dem speciei distinctionem ipsorum. Sed anima ꝙ nō repugnat leoni: sed facit distinctionem ipsorum: licet quod conueniat vni speciei ꝛ repugnat alteri. quidem generaliori opus est ꝙ preexigi tur aliquam specierum ꝛ non sit satis ꝙ faciat earum distinctionem. Verbi gratia, rationale conuenit homini et repugnat leoni: et irrationale conuenit leoni et repugnat homini: et tamen rationale ꝛ irrationale non preexigunt distinctionem hominis et leonis: sed faciunt. Unde subsumas sub illa maiore, sed hecceitas anime sor. conuenit sibi et repugnat anime Platonis: ergo hecceitates supponūt ipsas distinctas: ꝛ sic suggedebis Scotum argumenti sui ꝛc. ¶ Ad confirmationem cum dicitur: ratio aptitudinis nō est ad se: dico quod ratio aptitudinis substantialis de qua loquimur est ad aliud: sed non vt ad terminum: sed vt recipiens. Probatio autem contra hoc nihil facit: concedo enim quod potest intelligi non ad aliud vt ad terminum non autem non ad aliud vt receptiuum: sicut quantitas et qualitas absolute sunt a termino et non a subiecto. ¶ Ad id quod secundo loco in antecedente ponitur, scilicet quod ratio aptitudinis non est ratio entis in actu. Dico primo quod falsum est. Aptitudo enim ad rendum: scilicet risibilitas habet rationem entis in actu primo: licet potentiam ad actum secundum. Probationis vero vtraq; propositio est falsa: ꝛ maior quidem scilicet quod necessario exigit aliquid non existens: ipsum est non existens in actu: quelibet enim potentia actiua in actu primo tantum exigit operationem suam non existere: et tamen ipsa est existens in actu. Minor vero quia aptitudo substantialis anime ad corpus non excludit corpus: sed compositio ex contrarijs est que facit aptitudinem anime esse absq; actuali vnione. ¶ Dico secundo q; equinocamus de aptitudine. Aptitudo enim ista quam in anima intelligimus non nisi commensuratio seu substātialis figillatio ipsius anime ad hoc corpus: quā constat esse in actu: ꝛ dum est corpou vnita: ꝛ dum est separata ab eo: sicut in exemplo supraposito de cera liquet. Argumentum autem procedit: ac si aptitudo ista esset quid potentiale expectans aliquid quod reducat ipsam in actu ꝛc. Ad consequentiam patet quid dicendum sit: quia non est talis distinctio relativa: sed absoluta relative ad receptiuum ꝛc.

¶ Et quia in istis substantijs quidditas non est idem quod esse: ideo sunt ordinabiles in predicamento et propter hoc inuenitur in eis genus species et differentia: quāvis earum differentie propie nobis occulte sint. In rebus enim sensibilibus etiam ipse differentie essentiales nobis ignote sunt: vnde significantur per differentias accidentales: que ex essentialibus oriuntur: sicut causa significatur per sunm effectum: sicut bipes ponitur differentia hominis. Accidentia autem propria substantiarū immaterialium nobis ignota sunt: vnde differētie earum, nec per se: nec per accidentales differentias nobis significari possunt.

¶ In hac tertia parte capituli huius declaraturus sanctus Tho. quomodo quidditates substantiarum separatarum se habeant ad intētiones logicas. s. genus speciem ꝛ differētiā ꝛc. Quarum notatis se absoluit excludendo post duas obiectiones. Proponit ergo primo cōclusionem talem. Intelligentie sunt in predicamento: probatoq; eam sic. Dē id in quo differt esse ab essentia, est in predicamēto. intelligētie sunt huiusmodi: ergo ꝛc. minor supra probata est: maior vero probari potest sic. nomine habens esse limitatum est in genere. si enim limitatum esse habet ad aliqd genus definitum est. Quod enim ad nullū genus definitum est: aut per se subsistit: vnde aut qđo esse limitatum hz esse omne aūt ens in quo esse distinguitur a sua essentia hz esse limitatum (vt supra declaratum fuit) ergo oē tale est in predicamento. Ex quo corollarie concluditur q; habent genus speciem ꝛ differentiam. Addit aūt quāuis occulte sint nobis earum differētie: ꝛ vt rideret dubitationem qua quis dicere posset: qđo scis in eis esse differētias: si illas ignoramus: stat enim scire de eis qōne an est: ꝛ ignorare questionē qđ est: nouimus inquā dictam esse in illis: sed que sint ille latent. Ignorantem autem intelligentiarū dicte sm se: q; cōe est omnibus substātijs habere occultas differias propias sm se: ꝛ in hoc conueniunt cū substantijs inferioribus, latent etiam sm accidētales. ppterea q; que sunt earum passiones: que excedūt facultatem naturalem intellectus humani: qui se hz ad manifestissima in natura: sicut oculus noctue ad lumen solis: ꝛ in hoc differunt a sensibilibus substantijs: quarum propie differen-

Circa hanc

Particulam dubitatur an intelligentie nostra nobis quidditatiue cognoscibiles in hac vita ꝛc. ¶ In hac. q. septē agenda sunt: primo declarabo titulum ꝛ intentionem qōnis, scdo adducetur opinio Auerrois, tertio impugnabitur: quarto respondebitur suis rōnibus: quinto declarabitur opinio sanc. Tho. sexto adducentur rationes Joannis de Jandumo contra sanc. Tho. septimo eis satisfiet ꝛc.

## Quo ad

primum nota q; aliud est cognoscere quidditatem seu cognitio quidditatis: ꝛ aliud est cognitio quidditatiua seu cognoscere quidditatiue. Cognoscit enim leonis quidditatem quicumq; nouit aliquod eius predicatum essentiale. Cognoscit aūt quidditatiue non nisi ille qui omnia predicata quidditatiua vsq; ad vltimam differētiam nouit ꝛc. Cum aūt cognoscamus intelligentias esse substantias: et esse intellectuales ꝛc. liquet q; earum quidditates cognoscimus: vnde hoc in dubiū non vertitur: sed questio est an quidditatiue cognoscere eas possimus vt penetremus: scilicet vsq; ad vltimas earum differentias: et licet hec questio habeat opiniones plurimas: vt patet tertio de anima, commento. xxxvj. quia tamen nō nisi cum Scotistis ꝛ Auerroistis hic agitur. ꝛ Sco. opinio in conclusione non discrepat: vt patet in primo senten. dist. iij. cum solo nobis disceptandum est Auer. ¶ Hec de primo.

De cognitione substantiarū separatarum in hac vita.

Differt cognitio qđditatis a cognitione qđditatiua.

Puta alexandri Alphārabij auēpace et rheim.

Sco. p. d. 3. q. 3. in solone dubij dē motic. q. circa med.

## Quo ad secundum

Auer. in tertio de anima, cōmen. xxxvj. supposita fictione sua in cōmē. quinto opinatur q; intellectus possibilis: vt appropriatus nobis adeptus olim intellectis speculatiuis: ac p hoc continuatus intellectui agenti vt forme per illum intelliget substātias separatas: ꝛ consequenter nos quibus per hoc fiet intellectus agens forma: sicut modo est intellectus possibilis: ita q; sicut modo per intellectum possibilē intelligimus materialia: ita tunc per intellectū agentē intelligim⁹ substātias separatas. ¶ Probat aūt intentionē suā duab⁹ rōnibus. ¶ Prima ratio fundat supra duas propositiones. Quarū prima est: intellectus ꝛ prima intellecta speculatiua se hbit sicut forma ꝛ materia. Probat illa sic. illa quorum est vnamet operatio: ita q; operatio vnius cōmunicet alteri se hbit: sicut agens ꝛ instrumentum vel sicut forma ꝛ materia, sed intellectus agētis ꝛ primoꝝ intellectorum speculatiuoꝝ est vnamet operatio: ita q; operatio intellectus agentis. s. facere intellecta in actu cōmunicat primis intellectis speculatiuis, ergo intellectus agens et prima intellecta speculatiua se habent sicut agens ꝛ instrumentum: vel sicut forma ꝛ materia: patet minor: q; intellectus in habitu p̄ nō solum intelligere: sed facere conclusiones intellectas in potentia intellectas in actu, vtrūq; enim experimur in nostra esse potestate. Intelligere ꝛ facere conclusiones actu intellectas mediantibus primis intellectis: que solo lumine intellectus agentis fiunt intellecta in actu. In maiore vero notanter dicitur (ita q; propria operatio vnius cōmunicetur alteri) quia plures trahētes nauem ad eandem operationem concurrunt non tamen sicut materia ꝛ forma: nec sicut agens et instrumentum: propterea quia alter alterius propriam operationem non sortitur. Clarum est autem q; cōmunicans operationem suam alteri concurrēdo ad idem se habet ad illud: sicut agens principale ad instrumentum quemadmodum carpentarius sedis factionem serre communicat: vel sicut forma ad materiam: sicut calor calefactionem aque calide communicat. Et licet vtraq; pars disiuncti conclusi sit vera: quia tamen prima pars manifestior est et minus ad propositum: ideo Commentator secundam partem declarat. s. q; prima intellecta speculatiua et intellectus agēs se habēnt vt materia et forma: ꝛ hoc facit declarando q; intellectus agens: ꝛ nō solū prima: hz alia intellecta speculatiua se hbit sicut forma ꝛ materia. Manifestat aūt hoc sic. Quandocumq; est aliquod receptiuum aliquorum duorum ordinem inter se habentium id quod est perfectius et formalius est sicut forma: id vero quod est imperfectius et minus formale habet rationem materie. Sed intellectus possibilis est receptiuus intellectorum speculatiuorum: et intellectus agentis ordinem inter se habentium: ita q; intellectus agens est perfectior ꝛ formalior intellectis speculatiuis: ergo intellectus agēs ꝛ intellecta speculatiua se hbit sicut forma ꝛ materia. Dicit aūt in maiori, ordinem inter se habētium: q; aliter ppositio non esset vera: sicut pz de albedine ꝛ dulcedine lactis: quarū neutra est alterī forma. Cum esset ordinata sunt necessario, verificatur ppositio: vt patet: cum aer recipit colorem ꝛ lumen. Minor patet ex eo q; intellectum recipitur in intelligente.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Scda propositio a uerro. ibidem circa: parum ante finem.

Intellectus autem possibilis intelligit intellectum agentem in quantum intellecta speculativa &c. & sic patet prima propositio. ¶ Secunda propositio est intellectus possibilis ut appropriatus nobis: quia recipit intellecta speculativa & intellectum agentem in potentia tanquam: quia quandoque partim in actu & partim in potentia, quia quandoque totaliter in actu. Ista propositio quo ad intellecta speculativa est clarissima: intellectus nāq; infantis est in pura potentia: sicut tabula rasa in qua nihil est depictum: postmodū vero recipit primoū principiorum notitiam: deinde multarū conclusionum successive acquirit notitiam: & sic fm aliquid est in actu: puta fm principia: & fm aliquid in potentia: puta fm conclusiones: & postremo acquisitis oībus conclusionibus est totaliter: & fm omnia in actu tam principia q̄m conclusiones. Dato si concesseris primam propositionem illicefcet tibi hec secūda propositio quo ad scām partem. Si enim intellectus agens est forma intellectorum speculativorum eadem erit proportio connectionis ad intellectum agentem que est inter intellectū possibilem & intellecta speculativa quo ad hoc: q̄ si totaliter vnitо taliter & reliquo cōiunctus erit: & si partialiter vnit: partialiter & reliquo cōiunctus erit. ¶ His premissis formatur prima Auer. ratio sic. omne qō mouet ad acquisitiones alicuius vt forme: illa perfecte acquisita pōt operari operatione propria illius forme: sed intellectus possibilis vt appropriatus nobis mouetur ad acquisitionem intellectus agentis: vt forme. ergo illo acquisito potest operari operatione propria illius. Sed operatio propria intellectus agētis est intelligere substantias separatas quidditative. ergo intellectus possibilis poterit per illum intelligere substātias separatas: & cū intellectus possibilis operatio nouа nos denominet: cōsequēter nos per intellectum agentem intelligimus substantias separatas &c. Maior patet exemplariter cum aqua mouetur ad formā calefactibilem: acquisito illo pōt calefacere: & similiter apparet in omnibus. Minor vero probatur duplicter. Primo ex duabus propositionibus premissis sic: q̄ficūq; aliquid mouetur ad aliquа duo recipienda ordinata inter se: ad id q̄ est formalius & perfectius mouetur: vt ad formam: ex prima propositione: sed intellectus possibilis mouetur ad intellecta speculativa: & intellectum agentem: q̄ q̄ficq; est in pura potentia: quandoq; partim in actu: & partim in potentia. ex secunda propositione ordinem inter se habentia: q̄ mediantibus intellectis speculativis recipitur intellectus agens: & intellectus agens est formalior & perfectior. ergo intellectus possibilis mouetur ad acquirendum intellectum agentem vt formam. ¶ Secūdo probatur illa minor sic. intellectus possibilis mouetur ad acquisitionem intellectus agentis vt finis. ergo vt forme. Antecedens patet ex eo q̄ ipse intellectus agens est efficiēs illius motus quo mouetur intellectus possibilis ad ipsum. in separatis enim a materia idem est efficiens & finis motus: vt Commen. 36. 12. Metaphy. habetur. consequentia vero patet ex scōo Phy si. ter. Comme. 70. vbi dicitur q̄ finis motus & forma idem sunt. & hanc probationem tangit Auer. 12. Metaphy si. in fine Commen. 38. ¶ Secunda ratio Auer. ponitur secundo Metaphy. Commen. primo. Si intelligentie non essent a nobis cognoscibles natura ociose egisset: consequens est falsum. consequentia probatur. q̄ fecisset id qō est in se naturaliter intellectum: non intellectum ab alio: sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo visu. ¶ Et quoniam hec consequentia cum sua probatione de visibilis a. s. Tho. iudicatur. preterea q̄ frustra est qō non potest consequi finem suum: & intelligentiarum finis non est intelligi a nobis: dato enim quod intelligi esset finis earum: sufficit earum intelligibilitati vt a seipsis intelligantur: non enim sequitur ab intellectu humano non intelligitur. ergo a nullo: sicut non valet: sol non videtur a noctua. ergo a nullo visu. ¶ Ideirco Joannes de Gandauo in tertio de anima. dupliciter probat illam consequentiam. ¶ Primo dicens q̄ Commentator non supponit q̄ finis substantiarum separatarum sit intelligi a nobis: sed supponitur q̄ intelligentie ex se sint intelligibles ab intellectu nostro: cum contineantur sub eius obiecto primo. scilicet ente. & tunc bene sequitur. intelligentie sunt ex se naturaliter nobis cognoscibiles. ergo intellectus noster naturaliter natus est eas intelligere. naturaliter enim actuo quale q̄. intelligentia debet correspondere naturalē passibum quale est intellectus: aliter potentia actiua esset frustra in natura. ¶ Secundo reducitur ab eodem illa consequentia: q̄ etsi intelligendarum finis primarius non sit intelligi ab intellectu nostro. est tamen earum finis secundarius. Dicunt enim prima intentione propter se: secundario autem propter alia. & dicitur scōo celi. Com. 21. & ideo sequitur q̄ intelligentie saltem quo ad finem secundarium [illegible] frustra: & sic natura secunda aliquid ociose. Propterea inquit cō[illegible]

Cō. 36. t. cō. 70

Cō. 38. Scda pō principio. ibidē circa text. Cō. 13. contra Bē. ca. 45. p̄ mediū. pūa q. 88. ar. 1. ad primū qō. 37. post mediū.

Forma tur pma rō Auer.

Cō. 21.

# Caput VI.

[illegible] propositionibus per se notis: & non [illegible] possibilis.

¶ potest adhuc tertio deduci illa consequentia ex dictis Commentatoris. tertio de anima. Commen. 36. vbi terminans rationem Themistij dicit q̄ si intellectus noster est materialis: consequentia ista tenet: intellectus noster intelligit sensibiles factas immateriales. ergo intelligit res fm se immateriales. Et fundatur hoc dictum supra verbum Aristo. tertio de anima. ter. Com. 7. dicentis. q̄ intellectus excellenti intelligibili apprehenso vigoratur ad altius intelligendū. Ex quibus habek in proposito q̄ immaterialitas est sufficiens causa virtuti cognoscitive q̄ intelligere possit substantias separatas: vnde sic probatur consequentia. Intelligentie non sunt ab intellectu nostro cognoscibiles. ergo a nullo alio sunt cognoscibiles. ergo frustra sunt cognoscibiles: sicut sol frustra esset visibilis si a nullo posset videri. prima consequentia tenet ex eo quod si immaterialitas non dat intellectui nostro illas intelligere nulli hoc dabit: quia tam declaratum est immaterialitatem esse sufficientem causam huius: sicut quia sensitivum est sufficiens causa sensus tactus: si ponitur in vna specie animalis non daret tactum: nulli alij hoc daret. Secunda consequentia clara est exemplo. Quilibet ergo intellectus potest substantias separatas cognoscere ex sua immaterialitate: plus tamen & minus secundum quod plus & minus perfectionis habent. Hec de secundo.

**Quo ad** Tertium arguitur contra hanc opinionem dupliciter. Et primo probatur. quod talis continuatio posita non perducat intellectum possibilē: vt nobis appropriatum ad intelligendas substantias separatas: ad quod continuatur intellectui agenti non nisi vt forme intellectuum speculativorum non potest per illum intelligere substantias separatas quidditative sed intellectus possibilis: vt appropriat⁹ nobis continuat intellectui agenti non nisi vt forme intellectoū speculativorum. ergo intellectus possibilis vt appropriatus nobis per talem continuationem non potest intelligere substātias separatas quidditative. Maior probatur (supponendo quod intellectus agens habet proportiones diuersos ordinis ad supiora & inferiora substātias immateriales. scilicet & intellecta speculativa). Ad superiora enim comparatur vt contemplativus: & non vt eorum forma. Ad inferiora vero vt factivus & forma. hoc stante patet vis maioris. Quandocunq; enim aliquod vnum habet diuersi ordinis proportionem ad diuersa: ad quod continuatur. et fm quod habet proportionem ad inferiora: ex hoc non continuatur fm quod habet proportionem ad superiora. Committitur enim manifeste fallacia accidentis ex vno aliud concludendo. Jd ergo quod continuatur intellectui agenti vt forme intellectorum speculativorum non ex hoc continuatur ei: vt contemplativo substantiarum immaterialium. Minor vero ex Commen. dictis habetur: nullum alium modum potentis in proposito quo continuetur possibilis cū agente nisi per intellecta speculativa: vnde dicit quod cum est in pura potētia ad intellecta speculativa est & in pura potentia ad intellectum agentem: cum vero partim est in actu & partim in potentia respectu illorum est etiam sicut respectu istius: & cum fuerit totaliter in actu fm intellecta speculativa erit totaliter copulatus intellectui agenti. ¶ Secundo probatur. quod posito quod talis continuatio ad hoc perduceret intellectum possibilem minquam tamē nos ad hoc perducere posset: & arguo sic. Jd quod continuatur intellectui agenti non nisi vt colorātum lumine: & intellectui possibili non nisi sicut colorātum virtute non potest denominari operans propria operatione luminis: sicut visus seu intellectus agentis: aut possibilis: sed homo phantasians habet huiusmodi continuationem cum his intellectibus. ergo non potest denominari faciens intellecta: & intelligens substantias immateriales que sunt operationes intellectus agentis: nec intelligēs res sensibiles q̄ est operatio intellectus possibilis. Maior est nota ex terminis. non enim. potest vere dici quod colorātus illuminet: aut videat. Minor autem patet ex tertio de anima text. commenti. 18. & 30. Hec obstat aliquo modo similitudini date q̄ homo propria actu cogitatiue spiritualizat phantasmata. Colorātum vero non spiritualizat & colorat. ¶ Quoniam si fingamus colorarum in seipso non posse [illegible] oculos meos illuminī: sed spiritualizatum tantum in speculo quē propria operatio speciem in se colorati spiritualizaret: sine [illegible] currerent quatuor pedibus: & tamen [illegible] speculum obiectum luminī & visui non vere posset denominari luminans: neq; videns. & hec ratio apparet mihi demonstrativa: & alias si deus nō esset nobis vitam: eius efficaciam plenius ostendemus. Hec de tertio.

**Quo ad** Quartū. Ad primā rationis Auerroīs. Et q̄ ma[illegible] est vniuersaliter falsa si teneat⁹ vt tenet de [illegible]

Cō. 1. Aūi. col. 3. t. 4. pun. Cc. 7.

Ratio Auer. Ad pmā immediate supra.

Ad secūdam.

Tertio de alia tex. c. 7.

Opi. s. Th. pri. q. 88. a. 3: ptra Gen. c. 4. 2. metaph. circa tex. c. 1.

# De ente et essentia Caput VI. 147

deret. patet autem hanc esse aliam. ex eo q̄ tamen q̄ id quod acquiritur aliquam formam participet aliquam operationem illius forme: illam scilicet que conuenit forme secundum id quo recipit receptibilium: et ratio huius est assignata in prima ratione contra Auerroim facta: quia scilicet non oportet rem continuatam forme habenti diuersas proportiones ad inferiora & superiora. ex hoc q̄ perfecte continuatur ei secūdum inferius q̄ continuetur ei secūdum superius. Unde ex hoc q̄ intellectus possibilis acquisiuit intellectum agentem vt formam: licet sequatur q̄ possit operari operatione intellectus agentis: vt est forma intellectorum speculativorum: quia vt sic acquiritur scilicet formare intellecta in actu & extendere se ad omnia intelligendo ad que se extendit intellectus agens vt factiuus: non tamen sequitur q̄ possit omnia intelligere que respicit intellectus agens vt contemplatiuus. ¶ Ad secundam rationem respondetur negata consequentia. et ad primā probationem dicitur q̄ committitur fallacia consequentis a superiori ad suum inferius affirmatiue: concessio enim q̄ intelligentie sunt cognoscibles ab intellectu nostro: q̄ continentur sub eius primo obiecto non sequitur. ergo sunt a nobis intelligibiles quidditative. Non enim omne contentum sub ente est quidditative a nobis intelligibile: eo quod ens dicere sit obiectum adequatum intellectui nostro extensiue non tamen est adequatum adequatione mutua intensiue. et est dicere q̄ licet omne ens possit a nobis intelligi: nō tamen omne ens potest a nostro intellectu penetrari vsq; ad vltimas differentias. hoc enim modo quidditas rei materialis est obiectum adequatum intellectus nostri: scilicet adequatione intrinseca. solam nāq; eam et omnem intellectus noster natus est intelligere quidditative. ¶ Ad secundum modum deducendi consequentiam similiter respondetur. licet enim detur q̄ intelligi a nobis sit finis secundarius intelligentiarum: non tamen valet. ergo. intelligi quidditative a nobis est finis secundarius: imo hoc est impossibile. ¶ Similiter ad tertium modum dicitur. q̄ licet immaterialitas sit sufficiens causa virtuti cognoscitive q̄ possit intelligere substantias separatas: non tamen valet. ergo ex immaterialitate habet q̄ possit cognoscere eas quidditative. ¶ Auctoritas autem Aristot. adducta cum recte intelligitur non obstat. Aduertendum est enim sensum respectu excellentis sensibilis duo sonare: et q̄ scilicet non perfecte cognoscit illud: & q̄ patitur passione corruptiua ab illo. intellectus autem respectu excellentis intelligibilis primum tantum habet scilicet quod perfecte non intelligit illud: passibus enim expers est: & ratio est: quia secundum sequitur materiam: cuius actus est virtus sensitiua. non autem intellectiua. primum vero sequitur in proportionem potentie ad obiectum que salvatur ita in virtute immateriali sicut materiali. Sicut enim noctua ex sua specie visum impraportionatum claro lumini habet: ita homo ex sua natura intellectum impraportionatum claro intelligibili separato: scilicet secundum rem a materia. Conueniunt ergo intellectus et sensus in primo: sed differunt in secundo. Ex qua differentia Aristot. ubi dicit ouri q̄ sensus post excellens sensibile sensatum debilitatur: intellectus autem post excellens intelligibile intellectum non alteratus magis potest intelligere alia: q̄ intelligendum est secundum modum sibi possibilem. Ex hoc autem non licet inferre. ergo potest quidditative cognoscere substantias immateriales: sed ergo non procedit ex eius alteratione quod illas non possit comprehendere. quod gratis concedimus: habet enim homo intellectum rationalium qui oritur in umbra intelligentie apud Jsaac. et ideo proportionatur naturaliter ad intuendum intelligibile non purum & clarum: sed obumbratum materie: quale est quidditas a sensibilibus abstrahibilis. Hec de quarto.

**Quo ad** Quintum ponenda est opinio sanc. Tho. quam ex prima parte. q. lxxxviij. & tertio contra Gentil. cap. xlv. & secundo metaphy. assumo. Tenet ipse hanc conclusionē. Anima humana corpori coniuncta [illegible] potest quidditative cognoscere substantias immateriales: quod presens dupliciter probatur. Primo sic. Intellectus existens in potentia non fit ad recipiēda intellecta abstracta ab intellectu agente: non potest intelligere quidditative substantias immateriales: intellectus humanus est huiusmodi. ergo. Maior ex terminis patet: opposirum enim predicati infert oppositum subiecti: quod enim potest intelligere substātias separatas quidditative non est tantum in potentia ad recipienda abstracta ab intellectu agente: quoniam substantie separatas

Ioā. de Gan. q. 37. ante medium prima.

Cap. 9. Cap. 8. Scda.

Confirmatio.

Tertia.

t. c. 146

Universidad de Deusto
Biblioteca



in dei substantiam quia nescimus eius perfectione debita nobis secundum nostram naturam: hoc est voluntarium nolita enim ratione hoc contingit esse: quia nequeo ad corpus hoc impedire non potest: vt probatum est. Hec ex dicto.

v. par. qō. 88. ar. 1. et qō. 89. artic. 1. 2.c.

**Quo ad** Primum pro responsione ad hec argumenta notandum est. q' fm doctrinā. s. Tho. prima parte. q. 88. & 89. inter cognitionē animę coniuncte & separate hoc interest q' coniuncta. sicut habet modum essendi cōcernendo corpus: ita habet modum intelligendi conuertendo se ad phantasmata: ita q' ex conformitate modi operandi ad modum essendi fit vt anima coniuncta sit conuersa ad phantasmata fm intellectum possibilē: vt passiuū ad actuum: & adeo vt non nisi ab illis cum intellectu agente recipere possit species. Separata autē a corpore: sicut habet alium modum essendi abs̄q; corpore informationē data habet & alium modum intelligendi: vt etiam ex conformitate modi operandi ad modum essendi fiat vt anima separata conuertatur fm intellectum ad superiora vt actiua: vt ab eis influxum specierū recipiat: vtpote in modo essendi similis illis reddita & corpore relicto liberior: quodāmodo facta amplius phantasmatibus nō alligata.

Differūt alia separata & cōiuncta. primo.

¶ Ex hoc autem oritur alia differentia: q' scilicet anima coniuncta non pōt substantias immateriales cognoscere nisi per species a sensibilibus acceptas. Alligatus est enim eius intellectus phantasmatibus. Separata vero potest illas per species proprias cognoscere: cum conuersa iam sit ad superiora.

Scdo

Tertio

¶ Nascitur quoq; ex his tertia differentia apud subtiliter speculantes animam esse partem speciei & vnius corporis propter melius: quia. s. cognitio quā habet anima per species acquisitas est cognitio distincta & quidditatiua pertingens vsq; ad vltimas rerum differentias. Cognitio autem quam separata ex speciebus influxis fortitur confusa est: et in cōmuni res notificat. Cum enim anima naturaliter sit pars hominis naturalem modum intelligendi ex propria natura sibi vendicat per species acceptas a phantasmatibus intelligere & nō per species influxas: hic esti modus intelligendi naturalis est intellectus ex sua natura: & ideo sicut intelligētie perfectam rerum notitiam per species influxas hēnt: sic anima per species acquisitas de sensibilibus notitiā habere pōt perfectā: species esti influxe facultatem naturalē intellectus eius excedūt. Est hic modus superiori ordini cōnaturalis & proprius: & anime non conuenit nisi per quandam defectiuā participationem. Cum sit preterea talis inter substātias intellectuales ordo q' quo proximiores sunt primo: omnia per solā suam substantiā intelligēdo penetrant: eo per vltiores species rerū notitiā perfectam naturaliter capiūt: vltima inter eas anima. s. intellectiua ex natura sua adeo debarticulatas exigit species vt singularum quidditatū singulas oporteat habere similitudines: propter q̄s & corpori vnitur vt eas inde accipiat. & ideo vis eius intellectiua cū per species superiores: quales sunt influxe: intelligere tentat: oppumit quodāmodo: & cōfusa tantū notitiā hz: sicut discipulus vnius: tales conceptus preceptoris apprehendere nō valens abs̄q; distincta cognitione remanet. Huius aūt signum est q' inter homines qui sunt perspicacis ingenij: statim ꝓpositis principijs ad cōclusiones sese cōferunt: & ex eisdē principijs multas cōclusiones speciales deducunt. Habentis autē ingenij non sic: principijs applicatis a preceptore ad singulas cōclusiones in forma syllogistica: & cū exēplis materialibus distinctā perceptionem veritatem. ¶ Ex his iam potes intelligere q' anima nec cognoscere potest separata quidditatiuā cognitionē substantiarū immaterialiū habet naturaliter pōt: & qō plus est: habes ex his q' anima separata per species influxas: nec bouem nec leonem: quidditatiue cognoscit: sed omnia preter suipsius naturā in cōi nouit. Ubi autē inuenies a san. Tho. dici q' anima separata quidditatiuā immaterialiū nouit &c. recolito ab ipso vocari quidditatiuam cognitionem eam quā habet de illis quę sunt separata per propias species quam habere non potest.

Ad primum

Capi. 9

Capi. 8.

Ut ipse met Jo. testat. i q. 37. 3. de aīa. Ad secundū alia solutio.

## Ad rationem

Igitur primam dicendum est. q' licet intelligere substantias immateriales sit nobilissima operatio anime intellectiue: intelligere tamē eas quidditatiue est operatio sibi impossibilis: nec Arist. in primo aut. 2. ethico. dixit oppositum: imo questio mota ab ipso intelligere manam in contemplatione substantiarum separatarum pot sibili quecunq; sit alia. ¶ Similiter dicitur ad secundū q' vnio animę ad corpus non impedit cognitionem quidditatiuam substantiarum immaterialium: quandoquidem illa non est secundum omnem naturę statum est impossibilis. ¶ Quod si de tribus rationes formentur ad concludendum animam vnitam posse habere talem notitiam substantiarum immaterialium. eius ... perfectā speciem separata habet. ¶ Respondetur ad ... negando q' in ... gere substantias immateriales ... ter operatio anime. licet in nobilissima ... enim perfectionem simpliciter ponit ... anima intelligere substantias sensibiles distincte et quidditatiue: et substātias immateriales per effectus sensibiles & communia: q̄s intelligere ea in confuso: & sit secundum quid nobiliter illa consulamte lectio: ex hoc q' est per earū species et immaterialiter modo. Unde dico q' non incōuenit animam nostrā impediri ab operatione nobilissima secundū quid propter perfectionem sibi nobilissimam simpliciter acquirendam ex vnione ad propriam materiam: vnde non sequitur vnionem esse preternaturalē sed naturalissimā: vtpote ꝓpter pfectionē sua simpliciter: & presertim quia cognito illa quam habet separata est sibi quasi preternaturalis: sicut & modus essendi quem habet &c. ¶ Ad secundam dicatur quod impeditur anima ex vnione ad corpus ad receptionem talis influxus ex hoc q' modum essendi in corpore sequitur modus operandi non nisi per cōuersionem ad phantasma: naturalis enim conuersio anime ad phātasmata est impeditiua conuersionis ad superiora. probatio autem contra hoc nihil facit: contingit enim alio modo impedimentum dari: vt iam patet.

Alterum

Secundo

